© by Biblioteca Apostolica Vaticana



R. G. LITURGIA. I 90

ΕΥΧΟΛΟΓΙΟΝ

SIVE

RITUALE

GRÆCORUM.

EYXOΛOΓION

SIVE

RITUALE GRÆCORUM

COMPLECTENS

RITUS ET ORDINES

DIVINÆ LITURGIÆ, OFFICIORUM,
SACRAMENTORUM, CONSECRATIONUM, BENEDICTIONUM, FUNERUM,
ORATIONUM, &c. CUILIBET PERSONÆ, STATUI, VEL TEMPORI CONGRUOS,
JUXTA USUM ORIENTALIS ECCLESIÆ.

Cum selectis Bibliothecæ Regiæ, Barberinæ, Cryptæ-Ferratæ, Sancti Marci Florentini, Tillianæ, Allatianæ, Coresianæ, & aliis probatis MM. SS. & editis Exemplaribus collatum.

Interpretatione Latina, nec non mixobarbarorum vocum brevi Glossario, aneis figuris, & observationibus ex antiquis PP. & maxime Græcorum Theologorum expositionibus

ILLUSTRATUM.

Opera R. P. JACOBI GOAR, Parisini, Ordinis FF. Prædicatorum, S. Theologiæ Lectoris.

EDITIO SECUNDA

Expurgata, & accuratior.

VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA.

M. DCC. XXX.
SUPERIORUM PERMISSU.

NICOLAO CARAGIANO
VIRO NAVO ET INDUSTRIO
BARTHOLOMÆUS JAVARINA
TYPOGRAPHUS
S. D.

OPus hoc tam eruditum, idemque tam rarum, ſuaſore & auctore te, Vir præſtantiſſime, typis meis recudendum ſuſcepi: in quo cognoſcere potuiſti, quantum judicio tuo tribuam. Nunc cognoſce, quantum auſpicio & patrocinio. Alii ſibi magna nomina quærunt: ego magnum hominem quærere volui. Jamdiu enim in te admiror (quis autem non admiratur?) incredibilem quamdam conſilii & prudentiæ vim, qua mercaturæ rationes

nes

nes univerſas ita tenes, ut fortunam auctoraſſe quodammodo videaris, & rationi ſubjeciſſe. Porro mercaturam cum dico, nervos civitatis dico, unde privatæ publicæque opes, unde nationum potentia, unde humani generis felicitas. In hoc laudis genere cum tantopere excellas, non tamen hoc uno contentus es; ſed in litteras quoque & eruditionem excurris. Horum alterutrum ingenia vel maxima fatigat; utrumque fatigare tuum non poteſt. Quandoquidem autem Græcis ſtudiis, hoc eſt patriis, maxime delectaris, habes hic, unde animum paſcas cognitione pulcherrima eademque utiliſſima. Sed non eſt opus, ut tibi commendem, quod tibi jamdiu familiariſſimum eſt; atque adeo quod aliis multis probatum iri confido, quia tibi probatur. Pauci enim ſunt in re hac qui utantur judicio ſuo: peſſimeque nobiſcum ageretur, ſi illi dumtaxat libros compararent, qui librorum pretium ipſi per ſe cognoſcerent. Hac ſpe vel in primis fretus, Goari Euchologio animum adjicere non dubitavi; nullique aut diligentiæ, aut impenſæ peperci, ut cum a me exiret, nomen tuum ferre cum dignitate poſſet. Ecce tibi totam voluntatis induſtriæque meæ rationem; cui ſi tu pro tua humanitate favebis, invidorum rumuſculos identidem in me conatusque meos excitari ſolitos, magno animo contemnam. Vale.

ILLU-

ILLUSTRISSIMO DD.

NICOLAO DE BAILLEUL

CHRISTIANISSIMO REGI A SANCTIORIBUS ET SECRETIORIBUS CONSILIIS,

Summoque ejus Ærarii Præfecto, Reginæ Regentis Cancellario Principis Galliarum Senatus Præſidi, &c.

ULTRO ſe prodit in publicum Euchologicum opus, nec latere divinius in tenebris poteſt, quod ut luci daretur, & publici fieret Juris, flande ſuggeſſit, paterne ſæpius monuit, tandem ſuaviter impulit animus ille Tuus, quo publicis commodis totus addictus, ſicut communis Regis Ærarium, tuo neglecto, temporariis in dies adaugere ſtudes divitiis; ita de myſtico meo (quod juſtis vere titulis Tuum eſt) peculio, ſpiritualibus Eccleſiæ tuæ ſavoris aliquid acceſſionis, non abſque mei periculo, fieri voluiſti. Nec inuria Te primum adit, ut Tuis conſiliis e tenebris erutum, primam ſui frontem Tui ſplendore nominis illuſtratam gerat, & quod nonnulla ſub Tuis auſpiciis, cum a me, tum ab exteris objecta ſuperavit impedimenta, ceu votiva ſui ipſius tabella, Tibi ſe primum ſiſtat, nec

minus a me gratibus, quam a Te gratiis insignitum, Tui nominis inscriptione sibi decus & auctoritatem sentias adjunctam. Favet, annuit, jubet Ecclesia Constantinopolitana, quæ sicut in suis Proceribus (inter quos supremum Logothetam locat) Palatinorum nomina Procerum veneratur, ita pietatem & Claritudinem Tuam venerari gestit in Euchologio suo, & a Tua vicissim dignitate ἀρχοντικῶν ἀξίωμα comparare. Patere igitur, Illustrissime, ut dum Græco ex semine consortioque Latinum fœtum hoc in nostra communi patria me peperisse, fautor illius, imo pene auctor, gratularis; ejus Te φωτίσματος, hoc est secundæ nativitatis & lucis in orbe Christiano capiendæ, non tam Latino more Susceptorem deligi, quam Græco ΣΥΝΤΕΚΝΟΝ instituto, congratuler nuncupari. Facies sane, si is es, qui esse soles, Humanissimus, Æqui amantissimus, strenuus rerum nobilium Assertor, ac vindex. Humanitate jam Tibi feliciter urbis Regiæ populos devinxisti, æquitate Senatum Principem, Senatus ipse collega, Tibi felicius comparasti: animi celsitudine & ad res sublimes innata aptitudine Regem ipsum primoribus Regiæ potestatis administris annumeratus, felicissime promeruisti. Beneficæ Tuæ humanitatis officia plebs votis clamat, Senatus æquitatem Tua inter suos cooptatione laudat, Regina Sigillorum suorum delatione, Rex demandata Ærarii sui prædicat custodia; sic ut nullus supersit erroris suspicioni locus, ubi tot in unum ad unius merita comprobanda succiduis temporibus oracula conspirarunt. Nam quod paucis, quod ferme nulli contigit, ut jus æqua lance & cum facilitate, omniumque sibi animos devinciens e Prætoriano tribunali diceret inter cives, & Regiam plebeculam paterno studio pasceret & foveret, sollicita cura protegeret, ejus deinde municipalia jura, immunitates, libertates a Principibus concessas fartas vellet & tectas, eoque diuturniores efficeret, quo cum Principis obsequio redderet conjunctiores; hoc Tibi tamquam meritis comparatum obtigit, ut quod alii pluribus votis ambierunt, id ultro Tibi populares Ordines deferrent, Princeps decerneret, universa Parisiorum congauderet civitas, non semel modo, sed & secundum, sed & tertium, cum sibi Decurionum Præfectum dari, quem prius ipsa Protectorem, cives Patrem, cunctorum opes Vigilem, ædes ipsæ Custodem agnoscerent & prædicarent. Exinde cum perpetuos Tibi fasces populi meditarentur Comitia, Te sibi Curia voluit, & quem repetitis ac continuis votis singulæ per Urbis regiones personabant Tribus, primis & insulatis Senatus Proceribus adlectum, Capitolium extulit; nec διβολέας Bicolorem vestem quam detulerat, in plenam Purpuram Populus invidit mutari, qui suis insignibus Senatoriam dignitatem fuerat ominatus, & plus cunctis prodesse sentiret, quo fieres excelsior. Hinc Regina Imperii Gallici, tunc consors, nunc moderatrix, sublimia conspicari semper consueta, eas in Te probavit animi dotes, quas Populus venerabatur, suspiciebat Senatus, & Te suum renunciavit Cancellarium, quem Populus tutorem, Senatus auctoritatis vindicem cooptarat prius. Nusquam tamen a pascendæ (ut a principio consueveras) plebis cura, aut a cohonestando Senatus supremo collegio liberatum Te voluit, ut majestate ita prudentia pollens Regina; quinetiam militiæ nervos, pacisque munimen, Tibi uni commisit, cum Regii Publicique Ærarii summam Præfecturam in Tua fidelitate vigilantiaque reposuit, intelligens in tuto esse universa, quæ Tuæ fidei creduntur, & sollicitudini commendantur: Quid in negotiorum turbinibus, in casuum procellis timeat industria Tua? Regiam Lutetiæ Cymbam dudum Navarcha vexisti, succrescentem in dies Cæsarem Gallicum vehis, cum Fortunas ejus regis, Regnique Fortunam omnem moderaris: eoque coram sapientibus, & probis beatius, quo virtus, quæ Te in publico domique circumstipat, regni communes opes, quæ putarent alii Fortunæ dona, privatos in Lares, quippe sacros integritati & innocentiæ, non admittit,

tantum abest ut privatos in usus convertat. Laribus in illis, sancto in Musæo, & secretiore devotionis tuæ penetrali, quinimmo sacratiore in animi Tui æde, ubi perenniter curas Publico, labores Regno, Regi vitam, Deo pietatem, cultum, animam litas, Euchologicum volumen, ceu sanctam Ecclesiæ Græcæ supellectilem, venustum modernæ pietatis, antiquæ venerandum simulachrum, Tuo nomini consecratum, appenditur. Admittes jam editum librum, quem ut ederetur, auctoritate juvisti, tutaberis ex materia divinum, ex verbis colendum munus, & votum maxime Te dignum, qui dum caduca & temporanea administras, sacra tamen & cœlestia meditari non desistis. Annuet, ut fido, votis humanus quidem ille Tuus in litteratos omnes animus, longe vero propensior in observantissimum Parisiensem nostrum S. Mariæ Conventum, cujus inter membra Dei benignitate numeror, universamque Prædicatorum familiam, quæ sua Tibi, meo nomine, quantulacumque reddit vota: quodque reliquum est εὐχαῖς καὶ λόγοις Deum interpellat, ut cujus nutu atque consilio ad moderandum Justitiæ Regnique asylum admotus es, ad id muneris Te longum, & nisi vota modum excederent, æternum sospites. Lutetiæ Parisiorum in Cœnobio Sanctissimæ Mariæ Annunciatæ Ordinis Fratrum Prædicatorum, Kalendis Januarii, Anno R. S. H. M.DC. XLVII.

ILLUSTRISSIMÆ Dominationi tuæ devotissimus

FR. JACOBUS GOAR. S. T. L.
Ordinis Prædicatorum.

INTERPRETIS

AD LECTOREM PROOEMIUM.

NAutis amplas quantumvis & copiosas Geographiæ & Hydrographiæ tabulas & indices nactis familiare est, ut si in illis quas lustrarint alii diligenterque depinxerint regionibus, novum ipli sinum, promontorium, urbem, portum, novos homines, nova regna, mores inauditos detegant & agnoscant, hæc propriam industriam commendaturi, vel rei nauticæ notitiam, & aliorum promoturi utilitatem, prioribus excusis tabulis appingere, novisque commentariis consignare non vereantur: auctores pariter quamplures (ceu nautas celebriores totum, quacumque patet, orbem cursim describentes) ubi scriptis suis, ritus Ecclesiæ pene universos, comprehendisse demiror, prosperum aliquem successum, ex meo qualicumque conatu exceperurum speravi, si Ecclesiæ solius Orientalis mores, eosque minus notos, Euchologii textum & sensum interpretatus, aliorum elucubrationibus adnectam: cum ex eorum cognitione, utilitas eadem illorum auctorum lectioni accedere possit, quam confert amplissimo regno peragrando portus, fluvii, saltus, regionis unius notitia, ex cujus defectu hæsitare plerumque, errare frequenter, periclitari sæpius, in barathrum & præcipicium se agere nonnumquam viatorem contingit. Ecclesiam ergo Græcam, amantissime Lector, velut peregrinam, & nobis hanc mundi partem incolentibus ignotam plurimis Provinciam, in Euchologii sui tabula tibi designo, imo totius ipsius Ecclesiæ, immensis licet diffusæ spatiis, partem non modicam simul delineandam suscipio. Novum enim orbem ut non adinvenit Ameticus, sed ejus unius quem Deus olim condidit partem detexit, & moribus licet diversos, communi tamen nobiscum stirpe reperit homines progenitos: aliam pari modo Ecclesiam non suscipio delineandam, sed eam quæ spatiis, & usibus (utinam non animis) a nostra quidem dissita viderur, ex uno tamen Salvatoris effluo latere olim profluxit, & ad unius Sponsæ cum reliquis membris venustatem exprimendam, ut quondam juverit, & nunc in subditis fidelioribus juvet, describendam suscipio. Ecclesia siquidem universa cum non minus mundo, unitate gaudeat; plures tamen in se complectitur Ecclesias, velut orbis provincias, aut urbes. Cum unica sit, inquam, & unius amicæ unice dilectæ nomine, a sponso Domino compelletur, multiplici nihilominus apud diversos populos agendi confacundine, miraberis discrepare: & cum moribus diversis divinum numen profiretur aut colit (si tamen uno fidei charitatisque spiritu nexuque informetur & colligatur) non secus plures in uno Deo beatitudinem

beatitudinem percepturos, quam superficie metam unam in centro viis variis reperturas lineas mittit, ipsa filios fovet & constringit. Non ita namque hæc ab illa, vel Orientalis Ecclesia a nostra discrepat (de primæva illius ætate, vel de sana quæ tempore hoc restat parte, heu modica licet, loquor) ut ubique in iis quæ ad omnimodam fidei unitatem, & conformem religionis observantiam pertinent, non conveniat cum ea, & ita conveniat, ut sine vituperio possit simul in ritibus discrepare. Quæ res, amabo te, ad unius Dei simplicitatem, & ad animæ cujuslibet nostrum perfectionem accedere prope videtur, illius quidem, qui triplicem in natura non respuit personarum distinctionem; hujus vero, quæ quamvis perfecte unica sit, diversis nihilominus est insignita facultatibus, quæ unum Deum unica simplicissima constantem essentia, tribus & simplicissimis in se personis distinctum agnoscit, amat, & adorat, cujus virtus infinita omnium rerum activa, totius unitatis ei principium, & earumdem una est ratio distinctionis; illaque eadem est ratio existens in universo corpore, in quo quia universalis est, tam multos & dissimiles, ut sensus docent, producit & operatur effectus: atque ita nullus nisi forsan ignarus, rituum diversitatem in Ecclesia, Dei sponsa, & vivo perfectionum ejus speculo, audebit condemnare, quæ unam quam ab incunabulis amplexa est (quamvis in aliquibus defecerit) antequam extrema clade mundus intereat, profitebitur fidem; prout hucusque eumdem sacramentorum, esti unum ab alio ritu vel ministro differat, usum cum laude retinuit. Quid? si ipsa Sponsum suum uniuscujusque gentis idiomate laudare non erubescit, putas a cæremoniarum varietate, tamquam ab inconstantiæ crimine aut mentitæ unionis, agetur rea & damnabitur? Nequaquam. Nam si multis modis expositæ soli, pro vario lucis aspectu, vel corporis motu, tam varios colli sui colores discriminet columba: ecce tibi Ecclesia est quæ de foraminibus petræ angularis in cruce confractæ prodiit, & ad quæ si mala avis involet, se recipit. Audis ut formosam illam Dominus appellet, dum invitat: sed unde tantam sibi pulchritudinis fecit accessionem? non aliunde quam ex unitate, quæ cum varietate conjuncta, suum adauget splendorem, de qua felicius supra cæteros more suo Regius Prophera cecinit. *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate*. Variæ cæremoniæ simbriæ sunt aureæ, varietatibus distinctæ, quarum diversitate ad unius Dei cognitionem simul & amorem allicit, allectos excipit, afficit exceptos. Una est Orientalis Ecclesia, una est Occidentalis, unum Deum auctorem omnium suspicit, ac veneratur, penes externos venerationis ritus hæc ab illa discrepat: quia unus & idem operatur in ea Spiritus, qui se Sponsæ facturum muræenulas aureas vermiculatas argento profitebatur. Deus ergo Opt. Maximus cum sit unicum fidei, quam utraque Ecclesia profiteur, objectum: hinc si alterutrius sequaces quæ sit spes illorum, quid expetant & expectent, velis interrogare? respondebunt beatitudinem esse totius suæ expectationis objectum, quoniam in unica Sacramentorum perceptione nascuntur, aluntur, & perficiuntur. Nam si Latina totum orbem cum Græca partiatur & dividat, quid mirum si

variis dividantur agendi rationibus? sensus verborum eumdem Dei cultum apud utramque sonat: sonus linguarum discrepat. Duo sunt Sponsæ ubera quæ dilectus vino meliora prædicat: ad ea duabus hinc inde manibus liberos applicat, applicatos lactat, lactatos inebriat: homines tamen duplici utentes corde fugit, quia unico vivit: quo impensè adeo Sponsum redamat, ut vel ipsa Sponsi corde vivat, vel Sponsus suo seipsum velit amare: uno etiam utero non geminum modo fœtum, sed geminum etiam populum complectitur, & uno sinu fovet. Geminas etiam, quodque magis mirandum tibi est, sibi invicem adversas habet manus Sponsa: sed quid obest si se aversentur earum convexæ partes, si tamen palmæ conveniant? si una alteri succedat in opere, & ad eumdem se simul accingant laborem? Morem itaque suum in Ecclesia Græcus adhibeat, & a suis ritibus numquam Latinus recedat; & huic ille utinam conjunctus, uni Sponsæ capiti adhæreat, in quo vivat, & a quo in charitatis opus dirigatur. Paulum Doctorem se habuisse Græcia prædicat, non insicies jero: sed Latinam a Petro, quem & Græcia ἀποστόλων κορυφαῖον, & πρωτοκορυφαῖον salutat, & ab ipso quoque Paulo fidei rudimenta, & agendi documenta suscepisse meminerit, & advertat. Potuitne Petrus, quæ Pauli doctrinæ contraria essent, statuere? Scelus est ista cogitare. Potuit quidem diversa, sed quæ in eumdem scopum referret, observanda præcipere. Adde quod Paulus ipse contrarios ritus in diversis Ecclesiis, si Baronio fidem detrahere nolimus, instituit. Utinam manens in sua vocatione Græcus modernus, pari benevolentia Latinorum nomini consuleret, qua Latini Græcorum existimationi plurimum tribuunt, Patres eorum commendant, scripta venerantur, sectantur doctrinam; & si quem in eis humanæ fragilitatis lapsum advertant, nec laudare possunt, nec debent admittere, ubique tamen pro viribus & industria excusant. Sed forsan rogabis, qua ratione, aut in quibus, cum de ritibus præsertim agitur, utraque poterit Ecclesia convenire? In promptu responsum habes, si utramque ab Apostolis stabilitam fuisse, & edoctam, & a sanctis plerisque viris plurimo tempore dixeris administratam. De Latina impium foret contrarium suspicari: de Græca Euchologium præsens insigne tibi ob oculos proponit monumentum: Ritus videlicet ab Apostolis institutos, in pluribus cum Latinis concordes, vel saltem illis non adversos, plurimos a Patribus successu temporis amplificatos, nullum solida auctoritate, vel ad minus veteri acceptione non firmatum: si quid amplius expostulas aut arguis, addam MM. SS. cum editis collationem, subjungam & notas, quæ difficultatis cujusvis enatæ dissolvent, si bene reor, argumentum. Sarta tecta est existimatio mea. Non enim correctoris, si nævum aliquem deprehenderis, suscepi provinciam, neque Commentatoris sustineo personam: secundum hoc otium desiderat, aliosque novi, qui διηγματικῶς hæc velint perferutari: mihi satis fuit διηγματικῶς illa enucleasse: primum vero summi Pontificis mandatum postulat & auctoritatem, Græcorumque ad id accedentium consensum, ne quid in suis ritualibus ignorantia Latinorum, quod facile fieret, corruptum objicere possent, aut invidia confictum. Totum ego quod octo annis in Oriente versatus, recte satis in eorum Ecclesiis fieri oculis percepi, mente intellexi, Græcorum quoque ipsorum voce docente dicti, profero: horum quædam nostram fidem solide confirmant, nostros comprobant ritus, & antiquos cæremoniarum stabiliunt usus. Verum, Lector amantissime, ut conspicuam & nulla ex parte non manifestam habeas nostri laboris seriem, attende. Edita quæcumque Euchologiorum exemplaria novitatis & mutationis admissæ receptæque suspecta, nonnullos habituros ratus, nullus illa fore auctoritatis, si MM. SS. ritibus in eis repertis attestantia deficerent, duxi; quibus itaque potui, tum labore, tum industria, comparata cum editis contuli; & si utrorumque numerum scire desideras, percenseo. Edita quidem sunt ea, quæ annis 1544. 1550. 1570. 1571. 1600. 1629. & textus ipse quem sequor, & exhibeo, Venetiis 1638. publici Juris est factus. MM. SS. vero cum nullibi parvia potuerit exhibere, præter fragmenta liturgiarum, paucarum orationum, ritus Ordinationum, & Canonis Methodii de Lapsis in Regia Bibliotheca sparsim extantia; totum & integrum Euchologii volumen alibinde exquirere compulit necessitas: unde non copiam quam neglexi, sed delectum, quem ambivi, offero. Primum eorum vetustissimum a V. C. & eruditissimo Leone Allatio plura fœcula, a quibusdam octavum etiam antiquitate superare creditum, e Bibliotheca Conventus Florentini Sancti Marci Prædicatorum Ordinis, in Emin. D. Cardinalis Barberini aliam translatum, a Patribus quibusdam nostris, unius ex Concilii Florentini Assessoribus fuisse proprium dicitur, a quo ibidem relictum, post annos nonnullos Juris ejusdam civis nobilis factum, ab eo dicto Conventui datum, in foliis liminaribus hæc me, pluribusque aliis testibus, scriptum adhuc Latinis verbis defert. *Ex. de primo banco. Orationes Missæ, & totius Officii secundum Basilium, Conventus Sancti Marci de Florentia Ordinis Fratrum Prædicatorum. De hæreditate Nicholai de Nicholis.* Unde quia e Conventu Sancti Marci ad Eminent. Card. Barberini Jus transiit; utriusque nec non discriminis ab aliis Euchologicis MM. SS. Barberinis, quibus usus sum, indicandi causa, ubique in hoc opere *Barberinum Sancti Marci*, censui nuncupandum. Secundum illud idem est, *Euchologium Parviarebale*, quod ut scribit Arcudius lib. 6. Concordiæ cap. 5. *in Concilio Florentino Georgius Veri Cretensis Presbyter Græcus Juliano Presbytero Cardinali S. Sabinæ donavit, ut in calce manu ipsius sunt Cardinalis notatum est*, quo donatus deinde Bessarion Cardinalis, Cryptæ Ferratæ factus Abbas, illud eidem Monasterio post obitum legavit asservandum. Tertium Allatii est, ejusque characteres quarti certo sæculi vetustatem Allatii ejusdem sententia exprimunt. Illud, me judice, jussu vel mana Germani Amathuntis Episcopi, & summi Græcorum in insula Cypro Antistitis anno Domini 1260. inter vivos agentis fuit exaratum: idque opinandi argumentum mihi est, tum quod præter Pontificia munera, nil fere exhibet, & in Pontificiis quæ continet diplomatibus, Germani ejusdem ubique præfigit nomen, ac insuper Synodi Provincialis sub illorum celebratæ complectitur acta; tum quod translumptum Bullæ Alexandri quarti Græce redditæ, & a molestiis Latinorum Episcoporum Germanum eumdem vindicantis adjunctum ab anno 1287. hucusque servavit integerrimum; ac denique quod Palæologorum sceptrum Orientis ea tempestate moderantium nomen celebrat in εὐχαριστίᾳ officio. Ejusdem ætatis videtur esse quartum MS. e superius laudato Cryptæ Ferratæ Monasterio, a Reveren-

do Dom. Basilio Falasca Monachorum S. Basilii penes summum Pontificem Procuratore Generali, viro propter Græcas litteras & institutra Monastica commendatissimo, amice mihi exhibitum: hoc nequaquam Græcorum Orientalium, sed Occiduorum, id est, in Occiduis Siciliæ vel magnæ Græciæ partibus degentium proprium, a quovis obvio judice confitebitur. Meminit siquidem Siciliæ Principum Ρηγείς, Ρηγίσσης &c. & Episcoporum Ρολάνδος, Ανσέλμου &c. quæ Latina sunt nomina: Regem autem non βασιλέα, (hoc enim nomine solum Imp. salutant Græci) sed Ρῆγα vocat: ac præterea Sacramentorum Baptismi, Matrimonii, & Extremæ Unctionis ordinem, vel consensum, vel usus Latinorum accommodarum, (quod a suis majoribus, vel iterum Græcarum ignaris quibusdam privatis Episcopis præstitum, non dissimulant ipsi Basiliani Occidui) complectitur. Hoc ubi sum usus, Cryptoferratense Falascæ vocavi. Aliud autem Monasterii ejusdem volumen Euchologicum, ab eo qui dedit, & Monasterio præsuit, Cryptoferratense Bessarionis a me est nuncupatum. Quintum Barberinæ Bibliothecæ aliud ornamentum est, quod & idcirco Barberinum secundum vocito, vel numero 88. signatum. Alia præterea MM.SS. fragmenta tum ex ejusdem Emin. Card. Bibliotheca, tum amicorum studio mihi oblata: puta Basilii missam cylindro antiquorum more circumvolutam in memorato Cryptæ Ferratæ monasterio repertam, in cujus calce manifeste legitur ἐτελέσθη ἡ ἱερὰ ἀναπαὶ μεγάλου Βασιλείου λειτουργία τῷ ϛ΄ ἐτει μηνὶ Νοεμβρίῳ κ΄ ἰνδ. χειρὶ Αρσενίου Ακρείδου ἁμαρτωλοῦ· ᾧ οἱ ἐντυγχάνοντες πάντες ἐπεύξασθε· *Hæc magni Basilii missa descripta est, anno* (ab orbe condito) 6510. (id est a Christo nato 1041.) *No.* 15. *manu Arseni Acridani peccatoris, cui, qui legeritis bene precamini*: aliamque item ejusdem Basilii Liturgiam ab Isidoro Comneno Smyrnensi mihi nuper Liburni obvio donatam: vel alia non contemnenda repetitis vicibus, a Georgio Cretensio medico & Theologo Chiensi missa, vel denique minoris momenti panca quædam hinc inde, & præsertim ex Regiis MM.SS. num. antiquis 365. 465. & 1741. collecta. Undecumque aliquid tibi excerptum protulerim, aut examinandum oculis objecerim, nil tibi timebis, (Catholice Lector) ab illapsi abusus, vel a pravi cultus, aut etiam ignorantiæ corruptela. Puri sunt a depravationis noxa, a me codices electi, Ecclesiæ Romanæ addicti, qui quondam illis usi sunt; & quia de ritibus Ecclesiasticis nulla est nobis cum Græcis controversia, veneranda eorum vetustas, & si dicere liceat, canities puritati, veritati, & sinceritati eorum testimonium profert non excipiendum. Exinde quam pura, quam vera, quam sincera sint edita exemplaria (si quam panca in meis notis indigitata exceperis) ipse percipies. Hac autem præhabita tum Græci textus integritate, aut fideli ejus collatione & examine, tum etiam successiva præcipuorum rituum ab antiquo constantia, peregrinas hujus Euchologii voces studium nostrum expendet; antiquas, in novum sensum detortas exponet, novas illustrabit, quarum obscuritas aut ignorantia, ignarum quemque percelluisset animo, aut ingratam, & non undequaque notam tibi reliquisset rituum cupidinem vel inspectionem. Cæremoniarum quas tractavi, varietas voluptatem parere poterit, & utilitatem. Quis lepor in Græcorum vocibus, quis decor in vestibus, quæ sanctitas in moribus, gestis, nutibus, quæ gravitas in officiis, cum præsertim, ut in hoc opere videre est, ad Latinos ritus propius accedunt; eumdem retinent sensum, eumdem unius Dei testantur, & exhibent cultum: in cujus rei fidem Latini hinc, inde Græci, cum opus fuit, & pro morum affinitate licuit, testimonium, illudque unum tantum, ne verbis fidem adstruere viderer, addaxi. Peregrinatus sum in Græciam, unde non omnino peregrinus sum reversus. Possunt, ut commune loquitur effatum, peregrini non panca de suo dicere. Sed quis homo religiosus auderet coram eruditis atque ideo testibus oculatis, apud suos reversus inaudita confingere? Egregium Arcudii opus habes, de utriusque Ecclesiæ in potioribus consensu inscriptum, cujus testimoniis sæpe utor, quamvis frequentius oppugnem, ubi error, vel zeli indiscretio (qui juvenis & inexpertus patriam suosque reliquit) a suis illum avocat; utriusque ut plurimum Symeonis Thessalonices Episcopi egregii rituum Græcorum interpretis scripta, & doctrinam Leonis Allatii, Georgii Coretii, Pantaleonis Ligaridii, aliorumque quondam, tum voce, tum scriptis, me commonentium, & tandem proprium experimentum, oculosque proprios, ne alienis solum ductus, errem, aut saltem hæream, sequor. Satis multa evulgo, & forsan nimis: quæ si non acute saltem tute: si quædam obscure, secure tamen: intento digito lucem monstravi, fontem ostendi, viam designavi: felicius forsan alius eam excurret, spatiaque ejus cuncta metietur. In hac extrema Præfationis parte candide ex animoque pronuncio, eam sermonis rationem secuturum, qua utuntur ii, qui pro auctoritate de Religione tractant. Cur enim ego abhorream a sermone sacro, a portica Salomonis, a judicio Sapientium, qui in gratiam Sapientiæ simpliciter loquuntur? Ornari res ipsa negat, contenta doceri, alienos respuit colores. Græca Latine reddere fideliter volui, ad eorum voluntatem, opinor, qui cupitne curiosius utraque comparare; propterea singula verba propemodum singulis respondentia feci, ne ad paraphrasim diverterem. Tu fructu industriæ meæ qualicumque utere, aut veniam da. Vale.

APPROBATIO DOCTORUM
SACRÆ FACULTATIS PARISIENSIS.

NOs subsignati in sacra Theologiæ Facultate Parisiensi Doctores fidem facimus perlectam a nobis Euchologii Græcorum versionem, item notas in illud editas a R. P. Jacobo Goar Prædicatore; Et quidem versionem Græco textui omnino respondentem reperimus, notas varia eruditione refertas non parum Ecclesiæ utiles judicavimus, nihilque in iis fidei bonisque moribus repugnans deprehendimus. Datum Lutetiæ 20. Februarii Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto.

DAMONT.

GUISCHART.

FACULTAS REVERENDISSIMI PATRIS GENERALIS
Ordinis Prædicatorum.

FRater Thomas Turcus Sacræ Theologiæ Professor totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis ac servus. Tibi R. P. F. Jacobo Goar Lectori, nec non magistro studentium almi nostri Conventus sanctissimæ Annunciatæ Parisiensis. Tenore præsentium & nostri auctoritate officii Præcipimus in meritum sanctæ obedientiæ ut servatis servandis circa editionem librorum, Euchologium Ecclesiæ Orientalis a te de Græco in Latinum versum, & Scholiis ac Commentariis illustratum in lucem edere non differas: quinimmo quamprimum publici juris facias, quod pro omnium Orientalium Orthodoxorum commodo, & pro asserenda utriusque Ecclesiæ non solum in sacris dogmatibus, sed etiam sacris ritibus & eorum sensu, concordia. Datum Romæ in Conventu nostro Sanctæ Mariæ super Minervam, die nona Junii anni 1644. sub propria nostra subscriptione & officii nostri sigillo.

F. Thomas Turcus Magister Ordinis.

Locus Sigilli.

R. fol. 21.
F. Franciscus Bartolinus Magister & Secretarius.

Testimonium Theologorum ejusdem Ordinis.

HActenus Orientis Ecclesiam malæ suspicionis apud non paucos rumor asperserat, quasi penitus ab Occidentali discreparet, & in Sacramentis, hoc est ipsis Ecclesiæ Catholicæ fundamentis aberraret; Sed Reverendum Patrem Jacobum Goar in Orientem destinasse, ac inter Græcos detinuisse divina providentia videtur, ut simul utramque jungeret, & acerrimum Græci Ritus tamquam per omnia Catholici vindicem se præberet ac defensorem: eo fide lius, quo non fide tenus dumtaxat accepta, vel probatissimis Doctoribus memoriæ commendata, sed ipsis oculis usurpata tradens, cum Discipulo quem diligebat Jesus dicere fidenter audeat. Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostræ contrectaverunt, dum per solidum Octennium conviveremus Græcis, annuntiamus, ut in Ecclesia Catholica cum rituum diversitate Sacramentorum societatem vel potius unitatem esse omnes intelligant, & societas ista sit Novatoribus unitatis Ecclesiasticæ juratis hostibus æternam confusionis, & impugnatæ veritatis meridiana luce clarioris argumentum. Quare opus istud dignissimum censeo, quod pro communi Catholicæ Reipublicæ bono typis mandetur, & in lucem quam citissime prodeat, utpote non solum approbatione, sed præcipua commendatione multis nominibus egregium. Datum Parisiis in Conventu Sanctæ Mariæ Annunciatæ Ordinis Fratrum Prædicatorum strictioris observantiæ, Kalend. Decembris ann. 1646.

Frater Philippus Bordereau ejusdem Conventus alumnus, & primarius sacræ Theologiæ Lector.

EGO F. Joannes de Rechac dictus a Sancta Maria Ordinis Fratrum Prædicatorum, strictioris observantiæ, Conventus Sanctæ Mariæ Annunciatæ Parisiensis, Sacræ Theologiæ Professor, & Historiographus Generalis ejusdem Ordinis, fidem facio perlectis, & accurate visis ac revisis Commentariis & annotationibus super Εὐχολόγιον Græcorum, mihi nihil occurrisse quod insignem eruditionem non sapiat, sacros Ecclesiæ Romanæ ritus non illustret, Orientalis & Græcæ Majestatem in divinis celebrandis non exhibeat, vetustiores Primitivæ cæremonias sub ipsis Apostolorum temporibus non exsuscitet, sinceramque de Sacramentis Doctrinam & antiquis sacrorum peragendorum mysteriis affatim non subministret: quæ cum mihi certiora sint, quippe qui fuerim in Oriente Missionarius, & necdum auritus, sed testis oculatus eorum omnium quæ in hoc libro continentur, dignum maxime censeo præsens opus quod in lucem edatur, universumque percurrat orbem, ut omnes sciant Ecclesiam Orientalem & Græcam suos adhuc primævos ritus fideliter asservasse, nec ad ejus splendorem aliud deesse, quam Romanæ fidei unitatem, & cum Romano capite adeo peroptatam unionem: quod annuente Jesu Christo Capite seu Romanæ seu Græcæ, præstabit istud opus, cum in eo Rituum Orientalis & Græcæ Majestas exprimatur, a qua nil detrahendum, & quæ si Græcis intacta relinquatur, & Romanæ fidei, & Romano Capiti libenter adhærebunt. Quantum ergo fidelis quisque debet utrumque exoptare, tantum ego prælo dignum hoc opus judico. In cujus rei fidem manu propria præsentibus subscripsi. Die 25. Novembris anno 1646. In Conventu præfato.

F. JOANNES DE RECHAC a Sancta Maria
Ord. FF. Præd. qui supra

NOI REFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOA.

HAvendo veduto per la Fede di Reviſione, & Approbatione del *P. F. Tommaſo Maria Gennari Inquiſitore* nel Libro Intitolato: *Euchologion, ſive Rituale Græcorum del P. Giacomo Goar dell'Ordine de' Predicatori* non v'eſſer cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica; e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro; niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concedemo Licenza a *Bortolamio Giavarina Stampatore* che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite copie alle Publiche Librarie di Venezia, e di Padoa.

Dat. 6. Luglio 1729.

(Gio: Franceſco Moroſini Kav. Ref.

(Andrea Soranzo Proc. Ref.

(

Agoſtino Gadaldini Segr.

ΕΥΧΟ-

ΕΥΧΟΛΟΓΙΟΝ

VOCEM εὐχὴ juxta pleraque ſua ſignificata aliunde tibi notam, ſacro iſto in volumine, non niſi pro prece ad Deum fuſa, ac benedictione, quam homini ob certum finem, creaturiſve aliis, ob rectum earum uſum impertitur, vel pro oratione quam ad Deum pro pietate illius ſollicitanda, & clementia in aliquibus implorandа, fundere conſueta eſt Eccleſia, uſurpabis Lector benevole: ac propterea ΕΥΧΟΛΟΓΙΟΝ *Collectionem orationum Eccleſiaſticarum, benedictionumque ſeriem eſſe*, nullo negotio percipies: quamvis non ſono, ſed fine vocis attento, poſſit quoque *Rituale*, *Manuale*, *Sacerdotale* Eccleſiæ Græcæ intelligi. Sacra namque peragendi ritus, Sacramentorum quorumcumque Ordo, varia, juxta neceſſitatem inſtantem, precum ratio, in Latino Sacerdotali Eccleſiæ miniſtro præſcripta; eora pariter in hoc volumine Sacerdoti Græco, ſecundum Orientalis Eccleſiæ conſuetudinem, ſequenda proponitur. Hujus ſin verba quæ feriunt aures, ſed ſenſum ex inſtituto Eccleſiæ reconditum attenta mente penetraveris, & εὐχῆς λαγὸν ſueris adeptus, nil tibi ferme ignotum tenet Εὐχολόγιον: Eccleſiaſticæ ſiquidem *Orationis ratio*, ejus ſenſus eſt, ſpiritusque, unde venit, aut quo tendat, ſemper inveſtigandus; ne ſine myſterio cæremoniarum cortex, aut littera necem infligens, ſpiritus vitam impertientis vice obtineatur. Euchologium porro qui antiquitatem venerari decernet, eumdem illi ſenii annorumque numerum, atque Eccleſiæ tribuet: cum ab ejus incunabulis, Chriſtus, Apoſtoli, Patres ſancti, & animarum Paſtores, benedictionibus orationibuſque quas ſequerentur, uſitandis vel edendis animum appoſuerint: nec non etiam, quod ſcribit Tertullianus de teſtim. animæ cap. 2. *Penes Deum benignitatis & bonitatis, omnis benedictio inter nos. ſummum eſt diſciplinæ & converſationis Sacramentum. Benedicat te Deus, tam facile pronuncias, quam Chriſtiano neceſſe eſt.* His ſi fidem præſtes, de Euchologii inventore & auctore non ambiges: ejus tamen notmam, ſicut & uſum, in Moſaica lege ſuperioribus ſæculis, & ſub ipſa lege reperies. Orationes enim ſuas, ad diverſa quæque luſtranda, ſanctificanda, tractanda, percipiendave, a Moyſe, vel antiquis progenitoribus, ſucceſſivo Patrum in filios documento exceperunt Hebræi: Deuſque ipſe Opt. Max. cum creaturis a ſe primum in lucem editis benedixit, bene precandi, Euchologiique componendi exemplum ob oculos poſuit, tradidit, commendavit. Benedixit idcirco Abraham, Melchiſedech: Pharaoni, Jacob: Aaron, plebi: David, Berſellai: Symeon, Mariæ & Joſeph: quidni & puerulo Jeſu, quandoquidem & puerulos Chriſtus ipſe Jeſus ex Patrum forſan traditione, proſpero manuum tractu, & precabunda voce excepit? An non elevatis manibus, dum ſe ſe auferret a Diſcipulis, felicibus illos mundumque univerſum votis cumulavit? quem propterea benedicentem imitantur, tunc cum ſacrificio peracto, Sacerdotes benedictionibus populum abunde ditatum dimittunt. Nuptiis etiam benedicimus, quas Deus verbo conſecravit, Chriſtus præſentia ſua ſanctificavit. Panem benedictum in Eccleſia, vel in communi menſa ſumimus, edocti Chriſtum, non niſi poſt benedictionem, cælitus pane ſubminiſtrato turbas in deſerto paviſſe, & corpus ſuum, panem verum dediſſe Diſcipulis. Aquæ tandem, cibis, frugibus, locis, domibus benedicimus; quia teſtante Paulo, *ſanctificatur creatura per verbum Dei & orationem:* ut quæ in bonam a Deo creata eſt, exigentibus hominum peccatis, vel operante dæmonis invidia.

in eorum perniciem non cedat. Est quoque aliud Orationis genus, quo non tantum Deum ut benefactorem imploramus, sed & ipsi sua de suis offerimus, vel creaturam ejus cultui deputamus, & nosmetipsos tandem sacros efficimus, vel sanctitatem ab eo puramus mutuari. Contingit id vel cum grates pro beneficiis rependimus, cum dedicamus vasa, altaria, templa, Sacramentorum materias, gratiæ promptuaria, postulamus fieri, & denique nos ipsos quavis ratione, orationis tamen ope adjuncta, sanctiores reddere censemus: atque ita non in hominis solius usum, sed maxime in Dei obsequium deputata creatura sanctificatur per verbum Dei & orationem. Hic geminus est cælestis & ad cælestia tendentis orationis polus, Invocatio & Consecratio; totam orationis molem voluit Cajetanus in gemina membra hæc distribui; nos verocum eo, quamvis Euchologii hujusce partem, ad unam ex illis, quod Lector subtilis, cum lubuerit, deprehendet, putamus revocandam.

ΠΙΝΑΞ ΣΥΝΘΕΩΑΓΙΩ

ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ ΕΥΧΟΛΟΓΙΩ ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΩΝ.

INDEX CUM DEO SANCTO EORUM

QUÆ IN EUCHOLOGIO CONTINENTUR.

Ordine & Officia ex MM. SS. excerpta lineola " notantur Reliqua seriem in editis hucusque servatam demonstrant.

Διάταξις τῆς Ιεροδιακονίας, ἤγουν, πῶς ὑπηρετεῖ ὁ διάκονος ἐν τῇ Ιερᾷ.

Εὐχαὶ τῶ λυχνικῶ.
Εὐχαὶ ἀντιφώνων ἑσπερινῶν.

Ακολουθία τῶ ὄρθρου.
Η Θεία καὶ Ιερὰ λειτουργία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ιωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.
" Ἄλλη Θεία καὶ Ιερὰ λειτουργία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ιωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. Ανεπίγραφος.
" Η Θεία λειτουργία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ιωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου.
" Η Θεία λειτουργία Ιωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.
Η Θεία λειτουργία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου.
" Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου ἱερουργία, καὶ τάξις τῆς μεγάλης εἰσόδου.
Ακολουθία τῆς προηγιασμένων τῶν ἁγίων Τεσσαρακοστῆς.
Ερμηνεία τῆς Θείας λειτουργίας τῶν προηγιασμένων.
Η Θεία λειτουργία τῶν προηγιασμένων.

Ανεπίγραφος.

" Τοῦ μακαρίτου Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης Κυρίου Συμεών, περὶ τοῦ ναοῦ, καὶ εἴσοδος εἰς τὴν λειτουργίαν.
Τάξις γινομένη ἐπὶ χειροτονίᾳ ἀναγνώστου & ψάλτου.
" Εὐχὴ ἐπὶ χειροτονίᾳ ἀναγνώστου & ψάλτου.
" Τάξις ἐπὶ πρωτοστασίᾳ ψάλτου.
" Ακολουθία εἰς ἀναγνώστην.
" Εὐχὴ ἐπὶ χειροτονίᾳ Δεσπότου & Κυροφόρου.
Τάξις γινομένη ἐπὶ χειροτονίᾳ ὑποδιακόνου.

" Ανεπίγραφος.

" Τάξις γινομένη ἐπὶ χειροτονίᾳ διακόνου.

" Ανεπίγραφος.

" Ἐπὶ χειροτονίᾳ διακόνου.

ORdo sacri ministerij, quomodo videlicet Sacerdoti Diaconus ministrat. Pagina 1
Lucernarij orationes. 28
Vesperetinorum Antiphonorum Orationes. 44
Officium Laudum. 39
Divina & sacra missa Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi. 47
Altera divina & sacra missa Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi. 58
Alterum exemplar absque titulo. 85
Divina missa Sancti Patris nostri Joannis Archiepiscopi C P. Chrysostomi. 85

Divina missa Joannis Chrysostomi. 89
Divina missa Sancti Patris nostri Basilii magni. 135
Sancti Patris nostri Basilii magni Sacrificium, juxta magnæ Ecclesiæ ritum. 153
Officium de Mysteriis ante Consecratis sanctæ Quadragesimæ. 159
Divinæ missæ Præsanctificatorum declaratio. 161
Divina Mysteriorum ante Consecratorum missa. 162
Aliud brevissimum exemplar absque titulo. 173
Beati Metropolitæ Thessalonices Domini Symeonis de Templo, & in missam enarratio. 179
Ordo fieri solitus in Ordinatione Lectoris & Cantoris. 194
In Ordinatione Lectoris & Cantoris Oratio. 195
Ordo in promotione Cantoris. 195
Officium in Lectorem. 196
Oratio in Deputati & Ceroferarii Ordinatione. 198
Ritus observandus in Ordinatione Subdiaconus. 203
" Ritus idem juxta diversa exemplaria. 204
Ritus faciendus in Ordinatione Diaconi. 209
" Ritus idem juxta aliud exemplar. 210
In Ordinatione Diaconi. 211

Oratio in Diaconiſſæ Ordinatione. 218
Ordo ſanctæ magnæ Eccleſiæ in Officiis Clericatis ſervandus. 222
De Eccleſiaſticis Officiis. 226
Expoſitio Officiorum ſanctæ & magnæ Eccleſiæ. 227
Ordo in magni Œconomi promotione. 232
Ordo in inſtitutione Archidiaconi ſervandus. 235
Ordo Officii quo Archipresbyter conſtituitur. 238
Ritus in Ordinatione Presbyteri ſervandus. 242
Ordo fieri ſolitus in Ordinatione Presbyteri. 244
Mandatum pro confeſſionibus excipiendis. 248
Ritus in Ordinatione Epiſcopi ſervandus. 249
Epiſcopi Ordinatio. 251
Ordo in Conſecratione Epiſcopi obſervandus. 252
Orationes in mulierem puerperam die natâ ejus pueri primo. 261
Oratio in mulierem puerperam primo die partus ejus dicenda. 263
Altera pro mulieribus aſſtantibus oratio. ibid.
Oratio in mulierem puerperam poſt viginti vel quindecim dies. 264
Oratio ad crucem ſignandum puerum accipientem nomen octavo die nativitatis ſuæ. ibid.
Orationes in mulierem puerperam poſt quadraginta dies. 267
Oratio in mulierem, cum abortitur. 271
Canones ſanctorum Apoſtolorum & divinorum Patrum: De ſancto Baptiſmate. 273
Oratio ad faciendum Catechumenum. 274
Renunciatio & pollicitatio a Patriarcha facta ſanctâ Paraſceve ante Paſcha congregatis Catechumenis omnibus in ſanctiſſima Eccleſia. 279
Ordo ſervandus circa eos qui ex Hebræis ad Chriſtianam fidem accedunt. 282
Oratio ad faciendum ex Ethnico Catechumenum. 285
Officium S. Baptiſmatis. 287
Orationes S. Baptiſmatis Sabbato S. veſpere. 291
Diaconica S. Sabbæ in Baptiſmo. 292

Oratio a Sacerdote facienda cum debet baptizare. 294
v Aliud officium S. Baptiſmatis. 361
Oratio S. Baptiſmatis in puerum lecto proximum. 370

" Εὐχὴ ἐπὶ χειροτονίᾳ ἐξαρχείας.
" Τάξις τῆς ἁγίας μεγάλης ἐκκλησίας εἰς ὀφφίκια κληρικά.
" Περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὀφφικίων.
" Ἑρμηνεία τῶν ὀφφικίων τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης ἐκκλησίας.
" Τάξις ἐπὶ ἀρχιερέως μεγάλης οἰκουμ.

" Τάξις γινομένη εἰς τὸ γενέσθαι ἀρχιδιάκονον.
" Τάξις ἀκολουθίας εἰς τὸ ποιῆσαι πρωτοπρεσβύτερον.
Τάξις γινομένη ἐπὶ χειροτονίᾳ πρεσβυτέρου.

" Τάξις γινομένη ἐπὶ χειροτονίᾳ πρεσβυτέρου

" Ἐπιλαμβάνεται.

Τάξις γινομένη ἐπὶ χειροτονίᾳ ἐπισκόπου.

" Χειροτονία ἐπισκόπου.
" Τάξις γινομένη ἐπὶ χειροτονίᾳ ἐπισκόπου.

Εὐχαὶ εἰς γυναῖκα λεχὼ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς γενέσεως τοῦ παιδὸς αὐτῆς.
" Εὐχὴ εἰς γυναῖκα λεχὼ λεγομένη τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς γενέσεως αὐτῆς.
" Εὐχὴ ἑτέρα πρὸς τὰς λοιπάς.

" Εὐχὴ εἰς γυναῖκα λεχὼ εἴκοσι ἢ δεκαπέντε ἡμερῶν.
Εὐχὴ εἰς τὸ καπνοφραγίσαι παιδίον λαμβάνον ὄνομα τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ τῆς γενέσεως αὐτοῦ.

Εὐχαὶ εἰς γυναῖκα λεχὼ μετὰ μ. ἡμέρας.

Εὐχὴ εἰς γυναῖκα ὅταν ἀποβάλλεται.
Κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν θείων πατέρων· Περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

Εὐχὴ εἰς τὸ ποιῆσαι κατηχούμενον.

" Ἀπάτεξις καὶ σωμάτεξις γινομένη ὑπὸ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ τοῦ Πάσχα συναγομένων πάντων τῶν κατηχουμένων ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ.
" Τάξις γινομένη ἐπὶ τοῖς τῶν Ἑβραίων τῶν τῷ Χριστιανῶν πίστει προσερχομένων.
" Εὐχὴ εἰς τὸ ποιῆσαι ἐθνικὸν κατηχούμενον.

Ἀκολουθία τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.
" Εὐχαὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἐν τῷ ἁγίῳ σαββάτῳ ἑσπέρας.
" Διακονικὰ τῶν ἁγίων Σάββα τοῦ εἰς τὸ βάπτισμα.
" Εὐχὴ, ἣν ποιεῖ ὁ ἱερεὺς μέλλων βαπτίζειν.

Ἀναπίγραφος.
" Εὐχὴ τῶν ἁγίων βαπτισμάτων εἰς ἀποδιοσκευάπιον.

Ἀναπίγραφος.
Εὐχὴ εἰς τελείωσιν.

" Εἰς τὸ κουρεῦσαι παιδίον.
" Εὐχὴ εἰς τὸ κουρεῦσαι παῖδα.
" Εὐχὴ εἰς τὸ κουρεῦσαι παιδίον δευτέρα.
" Εὐχὴ εἰς τελείωσιν.
" Εὐχὴ εἰς παγωνοκουρίαν.
" Εὐχὴ ἐπὶ πώγωνος κειρομένου, ἢ κεφαλῆς.

" Εὐχὴ ἐπὶ τῷ ἀναδήσασθαι κεφαλιὰ γυναικός
Ἀκολουθία γινομένη ἐπὶ μνηστείᾳ, ἤγουν Ἀρραβῶνος.

" Εὐχὴ ἐπὶ μνηστείᾳ.
Ἀκολουθία τῶν στεφανωμάτων.
" Εὐχὴ εἰς γάμους.
" Ἀκολουθία τῶν γάμων.
Εὐχὴ ἐπὶ λύσει στεφάνων τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ.

" Εὐχὴ εἰς τὸ ἐπάραι τὰ στέφανα.

Κεφάλαια περὶ διγάμων.
Ἀκολουθία εἰς δίγαμους.
Ἀκολουθία τοῦ ἁγίου ἐλαίου.

" Τάξις γινομένη πῶς δεῖ ποιεῖν τὸ ἅγιον ἔλαιον εἰς ποτισμούς.
Ἀκολουθία τοῦ μικροῦ ἁγιασμοῦ.

" Εὐχὴ εἰς τὸ ὕδωρ τῶν ἁγίων βαπτισμάτων τῶν ἁγίων Θεοφανείων λεγομένη ἐν τῷ φιάλῃ τοῦ μεσαιτλικ τῆς ἐκκλησίας.
" Εὐχὴ τῆς ἁγιασείας λεγομένη ἐν τῷ ἐμβάτῃ ἐκφωνητῶς.
" Εὐχὴ τοῦ κολυμβίου τῶν Βλαχερνῶν.
Ἀκολουθία τοῦ μεγάλου ἁγιασμοῦ τῶν ἁγίων Θεοφανείων.

Ἀναπίγραφος.
" Τάξις γινομένη εἰς ὕδωρ τῶν ἁγίων Θεοφανείων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

" Διακονικὰ εἰς τὸν ἁγιασμὸν τῶν ἁγίων Θεοφανείων.
" Εὐχὴ εἰς τὰ ὠλόγματα τῶν ἁγίων Θεοφανείων.
" Ἀκολουθία τοῦ ἁγιασμοῦ τῶν ἁγίων Θεοφανείων.
Ἀκολουθία εἰς ἀρχάγγελον φασφορολιπα.

" Ἀκολουθία τῶν προσχημάτων ἀρχαρίας.

" Τάξις γινομένη εἰς τὸ φορέσαι τινὰ ἔσσον μόνον, ἢ καμηλαύχιον.
" Εὐχὴ ἐπὶ μελλόντι λαμβάνειν σχῆμα μοναστρίας.
Ἀκολουθία τοῦ μικροῦ σχήματος, ἤτοι τοῦ μανδύου,
" Ἀκολουθία τοῦ μοναδικοῦ, σχήματος.
Euchol.

" Ablutio poſt S. Baptiſma. 271
Oratio in prima capillorum detonſione. 306
Oratio ad tondendum puerum. 307

Detondendo puero oratio ſecunda. ibid.
Oratio ad capillorum detonſionem. ibid.
Oratio in barbæ detonſionem. 308
Oratio in barbæ vel capitis detonſionem. 309
Oratio ad velandum & exornandum mulieris caput. ibid.
Ordo ſervari ſolitus in Sponſalibus celebrandis, videlicet in nuptiarum ſubarrhatione. 310
Oratio in Sponſalibus. 311
Officium Coronationis Nuptiarum. 314
Oratio in Nuptias. 316
Officium Nuptiarum. 321
Oratio cum ſolvuntur Coronæ Nuptiarum octavo die. 325
Oratio ad tollendas a recens nuptis Coronas. 326
Capita de Bigamis. 327
Officium in Bigamos. 328
Officium S. Olei, id eſt Unctionis Extremæ. 332
Ordo ſervandus cum pro ægrotis Oleum ſanctum faciendum eſt. 346
Officium Aquæ benedictæ minoris 358
Oratio in aquam SS. Baptiſmatum SS. Theophaniorum in fonte mediæ aræ juxta Eccleſiam dicenda. 363
Oratio miniſterii in cratere vel fonte clara voce dicenda. ibid.
Oratio Natatoriæ Blachernarum. 364
Officium majoris Aquæ benedictæ in SS. Theophaniis. 366
" Aliud Aquæ benedictæ Officium. 374
Ordo ad aquam SS. Theophaniorum (benedicendam) in Eccleſia obſervandus. 374
Diaconica in SS. Theophaniorum benedictionem. 374
Oratio ad benedictionem SS. Theophaniorum. 375
Officium benedictionis SS. Theophaniorum. 376
Officium in Novitium habitum Monaſticum ſuſcipientem. 378
Novitii veſtibus initialibus induendi Officium. 379
Ordo ſervandus cum quis habitum ſolum & pilcum indut. 379
Pro Monacha habitum ſumptura Oratio. 372
Officium parvi habitus, id eſt Mandyæ. 382
Officium Monaſtici habitus. 389

Oratio super Mandyam fuscepturum. 390
Ordo solitus observari in Ordinatione: id est Promotione præfecti Ecclesiæ, sive Oeconomi Monasterii, aut Cellarii. 391
Ordo servandus in Superioris promotione. 392
Oratio in promotione superioris in venerando Patriarchio. 395
Oratio in Moniales. 396
Officium magni & Angelici habitus. 403
Oratio ad Cucullum deponendum. 419
Oratio ad deponendum Cucullum: octavo die. ibid.
Ad Excuculationem octavo die faciendam. 420
Ex responsis Reverend. Patriarchæ Domini Theodori. 421
Officium exequiarum. 423
Oratio in mortuum. 433
Oratio pro defuncto. 433
Oratio in sepulchro habenda, cum Chrisma, vel oleum in modum crucis tertio super cadaver infunditur. 437
Oratio sepulchralis generalis. 437
Oratio pro lugendibus suos defunctos. 437
Officium funeris Monachorum. 438
Oratio pro defunctis Monachis. 449
Officium funereum in Sacerdotem vita functum. 451
Oratio pro mortuo Sacerdote. 465
Oratio sepulchralis pro Episcopis. 466
Officium funereum pro viris sæcularibus. 469
Canon funereus pro mulieribus defunctis. 471
Canon funereus pro pueris vita functis. 474
Oratio pro infante mortuo. 478
Ordo solitus observari, si contigerit aliquod execrandum, qualecunque illud sit, in aquæ puteum incidere. ibid.
Oratio ad benedicendam aquam, sive in puteo, sive in cisterna, cum immundum quodpiam animal, aut quodcunque aliud in eam inciderit. 479
Oratio in puteum contaminatum, nec non in ejus aquam. 480
Ordo servari solitus si contigerit aliquid execrandum aut immundum in vini, olei, aut mellis, aut alterius cujuscunque vas nuper incidisse. 481
Oratio super vasa coinquinato. 482
Oratio super frumento, farina, vel alia quavis specie contaminata. 482
Super omni specie coinquinata. 483

Εὐχὴν ἐπὶ τὸ μίλλοντες λαμβάνειν μανδύαν.

Τάξις γινομένη ἐπὶ χειροτονίας, ἐν ᾧ ὅταν προχειρίσηται ἐκκλησιάρχαν, ἢ οἰκονόμον μονῆς, ἢ πιθακίτην.

Τάξις γινομένη ἐπὶ προχειρίσει ἡγουμένου.

Εὐχὴ ἐπὶ προχειρίσει ἡγουμένου ἐν τῷ ὠάτῳ πατριάρχει.
Εὐχὴ εἰς μοναστείας.
Ἀκολουθία τῶν μεγάλων ἀγγελικοῦ σχήματος.

Εὐχὴ εἰς τὸ ἀποκουκουλίσαι.
Εὐχὴ εἰς τὸ κατεύχεσθαι τὸ κουκούλιον τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ.
Τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ εἰς τὸ ἀποκουκουλίσαι.

Ἐκ τῶν ἀποκρίσεων τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Θεοδώρου.
Ἀκολουθία τοῦ ἐξοδιαστικοῦ.
Εὐχὴ εἰς κοιμηθέντας.
Εὐχὴ ἐπὶ τελευτήσαντες.
Εὐχὴ ἐν τῇ πόρῃ ἀνίκα βάλῃ μύρον ἢ ἔλαιον σταυροειδῶς τρίτον ἐπάνω τῆς λειψάνου.

Εὐχὴ ἐκτενὴς καθολική.
Εὐχὴ ἐπὶ πενθούντας.

Ἀκολουθία τοῦ ἐξοδιαστικοῦ τῶν μοναχῶν.
Εὐχὴ εἰς κοιμηθέντας μοναχούς.
Ἀκολουθία νεκρώσιμος εἰς ἱερεῖα τελευτήσαντα.

Εὐχὴ ἐπὶ τελευτήσαντος ἱερέως.
Εὐχὴ ἐκτενὴς εἰς ἐπισκόπους.
Ἀκολουθία νεκρώσιμος εἰς κοσμικοὺς ἄνδρας.

Κανὼν ἀναπαύσιμος εἰς κοιμηθέντας γυναῖκας.

Κανὼν ἀναπαύσιμος εἰς νήπια τελευτήσαντα.

Εὐχὴ ἐπὶ τελευτήσαντος νηπίου.
Τάξις γινομένη εἰ συμβῇ τι μιαρὸν εἰσελθεῖν ποτὲ ἐμπεσεῖν εἰς φρέαρ ὕδατος.

Εὐχὴ ἁγιάζουσα ὕδωρ, εἴτε ἐν φρέατι, εἴτε ἐν λάκκῳ ἐμπεσόντος ἀκαθάρτου, ἢ θηρίου, ἢ οἱουδήποτε φαύλου.

Εὐχὴ εἰς φρέαρ μιανθὲν, ἢ εἰς ὕδωρ.

Τάξις γινομένη εἰ συμβῇ τι μιαρὸν, ἢ ἀκάθαρτον ὁρισθάντος ἐμπεσεῖν εἰς ἀγγεῖον οἴνου, ἢ ἐλαίου, ἢ μέλιτος, ἢ ἄλλου τινός.

Εὐχὴ ἐπὶ σκεύους μιανθέντος.
Εὐχὴ ἐπὶ σίτου μιανθέντος, ἢ κελεύσει, ἢ εἴδους τινός.
Ἐπὶ παντὸς εἴδους μιανθέντος.

Εὐχὴ ἐπὶ θεμελίου οἴκου.

Εὐχὴ ὅταν μέλλει εἰσέλθειν εἰς οἰκον νέον.

Εἰς οἶκον.
Τάξις γινομένη ἐπὶ θεμελίῳ ἐκκλησίας.

Εὐχὴ λεγομένη εἰς θεμέλιον ἐκκλησίας, ὅπερ καὶ σταυροπηγίον τινες ὠνόμασαν.

Εὐχὴ ἑτέρα ἐπὶ θεμελίου ἐκκλησίας.

Περὶ σταυροπηγίου.
Ἀκολουθία τοῦ σταυροπηγίου.
Τάξις γινομένη ἐπὶ σαλευθείσης ἁγίας τραπέζης.
Ἄλλη τάξις ἐπὶ σαλευθείσης ἁγίας τραπέζης.
Εὐχὴ ἐπὶ ἀνοίξει, ἐκκλησίας ἀπὸ αἱρετικῶν βεβηλωθείσης, Ταρασίου πατριάρχου.

Ἀκολουθία ἐπὶ λύσεως ναοῦ ὑπὸ αἱρετικῶν μιανθέντος.

Εὐχὴ ἐπὶ ἀνοίξει ναοῦ βεβηλωθέντος ὑπὸ ἐθνῶν, ἀλλὰ διὰ τῶν αἱρετικῶν.

Ἑτέρα εὐχὴ λεγομένη ὑπὸ Ἀρχιερέως ἐπὶ καθαιρέσει τῆς ἁγίας τραπέζης ἐν ᾗ ἐλειτούργησαν αἱρετικοί.
Εὐχὴ λεγομένη ἐν τῇ εἰσόδῳ πρὸ τῆς σωτηρίου, ἐπὶ ἀνοίξει ναοῦ ἐν ᾧ σωσίβιον θεῖον ἀνθρώπου βιαίως.

Τάξις γινομένη τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ ἐν τῇ ἐκπλύσει τῆς ἁγίας τραπέζης.
Περὶ τῆς ἁγίας τραπέζης ἧς τὰ ἅμφια διεφθάρησαν.
Ἀκολουθία τοῦ ἁγίου μύρου.
Εὐχὴ, ἅγιον ποίησις μύρου γινομένου τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος ὑπὸ μόνου ἐπισκόπου.
Εὐχὴ ἐπὶ ποιήσει μύρου γινομένου τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ.
Ὕλη τοῦ ἁγίου μύρου.

Ἀνεπίγραφος.

Περὶ τῆς τοῦ μεγάλου μύρου κατασκευῆς ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς ΚΠ.
Τάξις γινομένη εἰς τὸ ποιῆσαι ἢ κατασκευάσαι τὸ ἅγιον μύρον.

Τάξις γινομένη ἐπὶ καθιερώσει ἀντιμισίων.

Τάξις γινομένη περὶ ἀντιμισίων.
Εὐχὴ ἐπὶ τῷ προσφέροντι ἀπαρχὰς ἐπώρας.
Εὐχὴ ἐπὶ προσφέροντι καρπὸν νέον.

Εὐχὴ ἐπὶ τῷ καρποφορεῖσθαι.

Oratio in fundamento domus ponendo. 483
68 ἀπέρχεται 68 εἰς τὸ σίγνον τῆς μονῆς , καὶ χαράξας ἐν αὐτῷ σταυρὸν , στρέφεται πρὸς δυσμάς καὶ στὰς ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ , χαράττει σταυρὸν , καὶ ἀπέρχεται καὶ θυμιᾷ , πρῶτον τὴν εἰκόνα τὴν εἰς τὸ στασίδιον τοῦ προεστῶτος ἱσταμένην , εἶτα τὸν προεστῶτα , καὶ καθεξῆς τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ δεξιοῦ χοροῦ . μετὰ δὲ τὸ θυμιᾶσαι πάντας τοὺς χορούς , ἵσταται εἰς τὸ μέσον τοῦ χοροῦ , καὶ βλέπων πρὸς νότον , ποιεῖ σταυρόν . Θυμιῶν δὲ , καὶ προσκυνεῖται παρ' ὧν θυμιᾷ καὶ ἀντιπροσκυνεῖ μικρόν . μετὰ δὲ τὸ ποιῆσαι τὸν σταυρὸν , ἀπέρχεται , εἰς τὸν δεξιὸν χορόν . καὶ θυμιάσας ἐκεῖ τὰς ἁγίας εἰκόνας , θυμιᾷ καὶ τοὺς ἀδελφούς . ἄνωθεν ἀρχόμενος ἀπὸ τῶν εἰκόνων , καὶ ἀπερχόμενος ὡς πρὸς τὰς ὡραίας πύλας προσκυνούμενος ὁμοίως καὶ ἀντιπροσκυνῶν μικρόν . πληρώσας δὲ κἀκεῖνον τὸν χορὸν , πάλιν ἵσταται εἰς τὸ μέσον , βλέπων πρὸς ἄρκτον , καὶ ποιῶν σταυρὸν , ἐξέρχεται εἰς τὸν νάρθηκα , καὶ θυμιάσας κἀκεῖ πάντας , εἰσέρχεται διὰ τῶν ὡραίων πυλῶν , καὶ χαράξας σταυρὸν κατ' ἀνατολάς , θυμιᾷ τὸν προεστῶτα καὶ πάλιν εἰς τὸ μέσον χαράττει σταυρὸν , καὶ θυμιάσας τὰς ἁγίας εἰκόνας , εἰσέρχεται καὶ ἀποτίθησι τὸ θυμιατὸν ἐξερχόμενος προσκυνεῖ μικρὸν τὸν προεστῶτα μακρόθεν , καὶ ἵσταται εἰς τὸν συνήθη τόπον . μετὰ δὲ τὸ τέλος τῆς γ΄. ᾠδῆς λέγει ὁ διάκονος . Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ , τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν , ἀντιλαβοῦ , σῶσον ἐλέησον . Τῆς παναγίας , ἀχράντου ὑπερευλογημένης , καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς . Ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν , καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν , τῷ πατρὶ , καὶ τῷ υἱῷ , καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι , νῦν καὶ ἀεὶ , καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων . καὶ μετὰ τὴν ἕκτην , ποιεῖ ὁ ἱερεὺς ἐκτενῆ μικρὰν ἱστάμενος ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας θύρας ἀσκεπὴς , καὶ ἐκφωνεῖ . Σὺ γὰρ εἶ ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν . εἰς δὲ τὴν ὀγδόην , ποιεῖ μετάνοιαν ὁ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ τῷ προεστῶτι , καὶ εἰσέρχονται ἐντὸς τοῦ βήματος , καὶ ἐνδύεται συνήθως τῆς δὲ ὀγδόης πληρωθείσης . ψάλλει ὁ διάκονος μεγαλοφώνως . Τὴν Θεοτόκον καὶ μητέρα τοῦ φωτὸς ἐν ὕμνοις μεγαλύνωμεν . καὶ στιχολογεῖται , ἡ τιμιωτέρα , εἰ δὲ μὴ ψάλλει τὸν ἀρχὴν τοῦ εἱρμοῦ τῆς ἐνάτης τῆς ἑορτῆς . καὶ οὕτως ἐξερχόμενος ἵσταται ἐν τῷ συνήθει τόπῳ . ὁ δὲ διάκονος θυμιᾷ πάντας συνήθως , καὶ ἀποστρέψας ἵσταται ἐν τῷ τεταγμένῳ τόπῳ . μετὰ δὲ τὴν θ΄. ποιεῖ ὁ διάκονος μικρὰν συναπτὴν καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς . Ὅτι σὲ αἰνοῦσι πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν , καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμ-
69 πουσι . 69 τῆς δὲ δοξολογίας ἀρχομένης εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος , ὁ δὲ διάκονος , ταύτης πληρωθείσης λέγει . Πληρώσωμεν τὴν ἑωθινὴν δέησιν ἡμῶν τῷ Κυρίῳ , καὶ τὰ λοιπά . Καὶ εὐθὺς λέγει ὁ ἱερεύς . εἰρήνη πᾶσιν . ὁ διάκονος . Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν . Καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν μυστικῶς . Κύριε ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν . καὶ ἐκφωνεῖ . Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν , Χριστὲ ὁ Θεός . ὁ διάκονος. Σοφία . ὁ ἱερεύς . Ὁ ὢν εὐλογητὸς ὁ Χριστὸς Θεὸς ἡ-

cris foribus thuribulo crucem efformat . & *fuffumigatis primo cunctis a dextris pictis imaginibus ad fignum Monafterii patronum vadit*, *verfufque illud cruce efformata*, *ad occidentem converfus*, & *in medio templo ftans ibi rurfum cruciformiter incenfat* : & *ultra progreffus prius fuffumigat imaginem fuperioris fedili appenfam*, *mox fuperiorem ipfum*, *deinceps chori dextri Fratres*. *Utroque autem choro incenfato*, *in medio ftans* , & *ad meridiem converfus*, *crucem efformat*. *Dum vero fuffumigat*, *reverentiam exhibent fuffumigati* , & *viciffim paululum inclinatus honorem rependit* . *Facta autem ultima hac cruce* , *ad dextrum chorum fecedit* , & *imaginibus ibi pofitis thure honoratis* , *eodem etiam a fanctis imaginibus facto initio* , *Fratres luftrat*, *ad fpeciofas ufque portas digreffus*, *cunctique illum venerantur* , & *ipfe viciffim aliquali veneratione alios excipit* . *Peracto ritu circa hunc chorum*, *rurfum in medio confiftit refpiciens ad Boream* , & *cruce efformata* , *ad Veftibulum progreditur* , & *omnibus ibidem fuffumigatis* , *iterum fpeciofis portis* , *introgreffus* , *cruce ad orientem expreffa* , *Superiorem incenfat*, & *iterum cruce in medio efformata* , & *facris imaginibus thure exceptis* , *intrat in facrarium*, & *thuribulo depofito*, *foras egreffus Superiorem a longe veneratur* , & *confueto fiftit loco* . *Completo autem tertio cantico*, *dicit Diaconus* : Adhuc & iterum in pace Dominum precemur . Sufcipe , falva , miferere . Sanctiffimæ illibatæ , fuper omnes benedictæ : *Et exclamat Sacerdos* . Quia tu es Deus nofter , & tibi gloriam rependimus : Patri , & Filio , & fancto Spiritui , nunc & femper & in fæcula fæculorum . *Et fexto cantico terminato protenfam orationem minorem habet facerdos* , *ftans nudo capite e regione facrarum valvarum* : & *exclamat* . Tu enim es rex pacis , & tibi gloriam referimus . *In feptimi autem fine* , *Sacerdos cum diacono facta fuperiori venia* , *facrum Tribunal fubintrant* , & *confueto more induitur* . *Octavo autem ad finem deducto* , *fonora voce cantat diaconus* . Deiparam , & lucis matrem in hymnis celebremus. *Et per verfus recitatur* . Præ Angelis veneranda . *Sin vero* , *initium Tractus noni cantici dici fefti occinitur*, *atque ita egreffus folito fibi loco confiftit* , & *thure* , *ut moris eft* , *cunctos excipit*: *Diaconus autem reverfus proprium tenet locum*. *Poft nonum autem canticum prolata a Diacono parva Collecta*: *facerdos exclamat* . Quia te laudant omnes cælorum virtutes , & tibi gloriam referunt . *Et Hymno* , Gloria in excelfis *incepto facerdos facrum Tribunal fubit* ; *eo vero finito Diaconus dicit* . Matutinam noftram fupplicationem domino terminemus , & *reliqua* . *Et confeftim facerdos dicit* . Pax omnibus . *Diaconus* . Capita noftra Domino inclinemus . *Et facerdos fecreto orationem fubjungit* . Domine qui in excelfis habitas & *exclamat* . Tuum eft enim mifereri & falvare . *Diaconus*. Sapientia . *Sacerdos* . Qui eft benedictus Chriftus Deus nofter , ubique . *Et canitur* . Confirma Deus reges . *Sacerdos* . Deipara fuper omnes fancta , falva nos . *Et canitur* . Præ cunctis veneranda . *Deinde iterum dicit* . Gloria tibi Chrifte Deus fpes noftra , gloria tibi . *Et fic dimiffit* : *fi dominica fuerit* , *his verbis* . Qui furrexit a mortuis , precibus illibatæ fuæ matris fanctorum gloriofiorum & percelebrium Apoftolorum , & omnium fanctorum mifereatur , & falvet nos , ut benignus & clemens . *Si Chrifti Domini feftum fuerit* , *aut celebris alicujus fancti* , *fanctum oleum datur* , *hoc pacto* : *omnibus juxta fancti imaginem quæ exponitur* , *adoranda convenientibus* & *canen-*

tibus, Diaconus in circuitu suffumigat, imagini sancti & deinde superiori prius hoc honore delato: Sacerdos autem e latere imaginis stans naesorium tenet, & accedentes in fronte unctos benedicit: cumque cuncti fuerint uncti, exclamat, Exaudi nos salvator noster, spes omnium finium terræ, & eorum qui sunt in mari longe, & propitius propitius esto peccatis nostris, & miserere nostri. *Et exclamat.* Misericors enim & hominum amator existis, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper & in sæcula sæculorum. Pax omnibus. *Diaconus.* Capita nostra Domino inclinemus. *Et Diacono pro more sibi consueto stolam suam apprehendente, sacerdos demissa casula dicit orationem, in supplicationibus quærendam.* Dominator Domine Jesu Christe, Deus noster, precibus super omnes benedictæ gloriosæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ. *Festis vero diebus Annunciationis, in Ramis Palmarum, splendidæ Paschatis Dominicæ fiunt hæc extra Monasterii claustra, & peraguntur cuncta juxta seriem in præscripta supplicatione positam, consecratur & aqua benedicta die Epiphaniæ, & vespere, & mane: idemque prima Augusti celebratur, aqua Diaconus subsequente sacerdote crucem deferens procedit, & thus adolet ipse: & in orationibus dicit solummodo.* Dominum precemur. *Et sacerdos cuncta de more peragit, prout in Rubricis præscriptum legimus.*

Finis seriei sacri Ministerii.

μῶν πάντων. καὶ ψάλλεται τό, σῶσον ὁ Θεὸς τὸν λαόν σου. ὁ ἱερεύς. Υπεραγία Θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς. καὶ ψάλλεται, ἡ τιμιωτέρα. εἶτα πάλιν λέγει. δόξα σοι Χριστὲ ὁ Θεός, ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, δόξα σοι. καὶ γίνεται ἀπόλυσις. 70 εἰ μὲν ἐστι κυριακή. Ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ μητρός, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐλεήσαι καὶ σώσαι ἡμᾶς, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος. Εἰ μὲν ἐστι δεσποτικὴ ἑορτή, ἢ μεγάλη ἁγίου μνήμη, 71 δίδοται καὶ τὸ ἅγιον ἔλαιον, ἤτοι. πάντων συναχθέντων 72 πλησίον τῆς εἰκόνος τοῦ προσκυνήματος καὶ ψαλλόντων, ὁ μὲν διάκονος θυμιᾷ κύκλῳ, ὑπὸ τοῦ ἱερέως ἀρξάμενος πρῶτον. θυμιάσας τὴν εἰκόνα τοῦ ἁγίου. ὁ δὲ ἱερεὺς ἱστάμενος πλαγίως τῆς εἰκόνος, κατέχων ἀλειπτὸν χερσὶ τοὺς προσιόντας ἐν τῷ μετώπῳ, καὶ εὐλογεῖ. ὅταν δὲ χρισθῶσι πάντες, ἐκφωνεῖ. Ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν, καὶ ἵλεως ἵλεως γενοῦ ἐπὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς. καὶ ἐκφωνεῖ. Ἐλεήμων γὰρ καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρί, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Εἰρήνη πᾶσι. ὁ διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν. καὶ κρατοῦντος τοῦ διακόνου τὸ ὠράριον, ὡς ἔθος, λέγει ὁ ἱερεὺς χαλάσας τὸ φελώνιον τὴν εὐχὴν ταύτην. Ζήτει ταύτην εἰς τὴν λιτήν. Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν διὰ πρεσβειῶν τῆς παναγίας ὑπερευλογημένης ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Κατὰ δὲ τὴν ἑορτὴν τοῦ εὐαγγελισμοῦ, τῶν βαΐων, καὶ τῆς λαμπρᾶς κυριακῆς τοῦ πάσχα, γίνονται ἔξω τῆς μονῆς, καὶ γίνεται ἐν αὐτοῖς ὁμοίως τῇ προγραφείσῃ λιτῇ. γίνεται καὶ ἁγιασμὸς τῶν φώτων, καὶ ἀφ' ἑσπέρας καὶ πρωΐ, καὶ κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Αὐγούστου, ἔνθα ὁ διάκονος 73 βαστάζων τὸν σταυρὸν ἐξέρχεται τοῦ ἱερέως ἑπομένου. καὶ θυμιᾷ ὁ διάκονος. λέγει δὲ μόνον ἐν ταῖς εὐχαῖς. τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. ὁ ἱερεὺς ποιεῖ πάντα καθὼς ἐστιν ἔθος, 74 καὶ ἐν τοῖς τυπικοῖς εἰσι γεγραμμένα.

Τέλος τῆς διατάξεως τῆς ἱεροδιακονίας.

IN ORDINEM SACRI MINISTERII NOTÆ.

1 Διάταξις.) Quamquam volumen præsens, sub Εὐχολογίου titulo nonnisi εὐχῶν συναγωγήν, precum seriem, Orationumque collectionem promittat; partes tamen ejus quælibet, Ὀρδο insigne nequaquam præ se ferunt; quandoquidem ex illis, hæc τάξεις, nonnullæ διατάξεις, aliæ denique ἀκολουθίας appellationem proprio sibi jure promeruerunt. Quarum titulus est, τάξις, illæ *ordinem seriemque rituum Ecclesiasticorum* ostendunt; διατάξις sonant προγραφή quid, *edicta nempe sanctionesque majorum*, a quibus τάξεις ritus, miro quodam ordine in Ecclesiam sunt inducti, vel restituti; & tandem ἀκολουθία preces ipsas & officia, quorum partes bene disposito & ordinato nexu inter se cohærent, seque consequuntur; quasi hac ratione *sequentia* vel *sequela* dicerentur, manifestat.

2 Ἱεροδιακονίας.) Commutarunt recentiores codices διακονικοῦ vocem, hic ab antiquis scriptam, in hanc aliam modernam magis, ἱεροδιακονίας: duplicemque eorum nomine, mutationis hujus profero rationem. Primam, quod cum in Monasteriis accuratiori cultu, & solemniori apparatu, quam in aliis Ecclesiis persolvant officia Græci; cumque *Diaconos Monachos* ministeriis sacris inservientes, ut Deo sacris votorum obsequiis dicatos ἱεροδιακόνους (sicut *Presbyteros Monachos* ἱερομονάχους) vocitare sint assueti: hi ritus exinde, quasi a Monachis Diaconis diligentius exculti, & observati, non jam διακονικὴ διάταξις, sed potius ἱεροδιακονίας sunt appellati. Alia causa est, quod cum ministerio quovis communi vel prophano defungens, potuerit olim nuncupari διάκονος, ut tamen Ecclesia ministeriis suis sacris deputatos significet, διακόνου vocem sibi reservatam esse voluit: ad illa vero officia legitime obeunda cum ab Episcopis consecrentur, hinc illi ut in sacris occupandi, ἱεροδιάκονοι, & actiones sacræ, quibus defunguntur ἱεροδιακονίας nomen sibi compararunt. Relicta itaque διακονικοῦ voce quasi nimis ampla) ut quæ vestes, ministeria, verba, locum, cuncta denique ad Diaconum spectantia complectatur (*Diaconica* namque etiam sunt, quæ Diaconus in Ecclesia recitat & ἴσχειν χώραν ἐν διακονικῷ, *locum habere in Diaconico*, dixit Synodus Laodicæna de Diaconorum loco & confessu, conjicio Ecclesiæ Græcæ præfectos ἱεροδιακονίας dictionem, ut propriam magis & congruam, ejus loco substituisse.

3 Φιλοθέου.) Hujus διατάξεως ordinis & ritus, non auctor (a suis enim Græcis antiquarum cæremoniarum tenacibus & studiosis sectatoribus minime receptus fuisset) sed scriptor est Philotheus, inter Patriarchas Constantinopoleos, novæ Romæ, centesimus vigesimus primus, secundum Onuphrium in Chronico. Vixit is sub Joanne Palæologo Andronici Junioris filio, ut testatur quædam ejus oratio de cruce, in qua, φυλάττουσι, inquit, τὸν παῖδα παρακαταθήκην τὸν νέον ἡμῶν βασιλέα, μηδένα μὴ ἀδικηθέντα· τὸν ἐκ πατρός, καὶ πάππου, προπάππου τὴν βασιλείαν διαδεξάμενον. *Custodiunt pretiosum depositum, juvenem nostrum Regem: qui nullam hucusque injuria affecit:* (præ infantia nimirum) *& a patre* (Andronico Juniore) *& avo* (Andronico seniore) *& proavo* (Michaele Palæologo) *regnum suscepit.* Joannes autem hic Michaelis pronepos, anno 1341. cœpit imperare. Philotheus ergo jam senex in teneræ principis illius ætate, trecentos ante annos, præsens opus scriptis commendavit.

4 Ἐν τῷ ἑσπερινῷ καὶ τῷ ὄρθρῳ.) Quotidianus Ecclesiæ usus, Patrumque antiquorum auctoritas Apostolicis institutis, scriptura, & ratione fundata. Matutinum, & Vespertinum Conventuum solemniori apparatu ubique peragi ostendit. Usum Ecclesiæ Latinæ, Sacerdotemque amictu pluviali ornatum, thus in altari adolentem, quotidie præ oculis habemus: Græcæ vero hoc in loco consuetudinem addiscimus, in qua Diaconus sacris vestibus indutus, Sacerdoti suis pariter instructo, in Vesperis & Matutinis magis insignium festorum ministrare cernitur: *Utriusque enim officii etiam ex veteri testamento solemnis est celebratio*, ait Isidorus de Offic. Eccles. lib. 1. cap. 20. quam quidem ut in veteri adumbratam seu inchoatam, in novo vero consummatam & absolutam, legere possumus, in prolixo Cassiani opere, de Canonico diurnarum orationum & Psalmorum modo.

5 Δεσποτικῶν ἑορτῶν καὶ θεομητορικῶν.) In tres classes festa distribuunt Græci, in δεσποτικά, *quæ Christi Domini sunt*: θεομητορικά, *quæ Dei matris*: καὶ τῶν ἁγίων, *quæ sanctorum sunt propria*. Glycas sex diebus cuncta Deum condidisse contemplatus, sex etiam festis seu potius œconomiæ suæ in carne mysteriis, cuncta renovasse arbitratus est 4. parte Annal. ubi hoc ordine leguntur enumerata: Nativitas, Baptismus, Passio, Resurrectio, Ascensio, & Pentecostes. Verum cum Transfigurationis dies solemnissimus sit Græcis, miror cur hebdomadi festorum diem unum detraxerit Glycas. Fidelius itaque Dominica festa his versibus alii recensent:

Τὸ χαῖρε, γέννα, Συμεών, καὶ Ἰορδάνης.
Θαβώριον, Λάζαρος, τὰ βαΐα, ξύλον
Ἔγερσις, ἄρσις· πνεῦμα.

Annunciatio, Nativitas, Præsentatio Christi in Synceris ulnis, ejus Baptismus, Transfiguratio, Lazari resurrectio, dies Palmarum, Crucifixio, Resurrectio, Ascensio, & Pentecoste. Eadem porro Dei matris festa celebrat Ecclesia Orientalis, quæ & Occidua, præterquam Visitationis, cujus est apud nos recentior institutio.

6 Τοῦ προσκυνήματος.) De hujus Vocabuli sensu consulendum Onomasticon.

7 Ἀγρυπνία τῶν παθῶν.) Nox quæ Parasceven sequitur, solemne festum est Græcis, &, ut jam observatum est, inter festa Dominica computatur: illamque orationibus, supplicationibus publicis per vias decantatis, & vigiliis intenti transigunt, tali etiam cultus apparatu, ut ipsamet Roma suorum Græcorum nocturnam processionem magna cum admiratione suscipiat.

8 Εἰς τὸ ἐλθεῖν λειτουργόν.) Auctores Ecclesiastici Græci, qui vocem hanc λειτουργός, a cujuscunque ministerii publici, etiam prophani significatione, ad officium Missæ celebrandæ, primitus olim & in Ecclesiæ nascentis exordio traduxerunt; non ubique illa, in hoc proprio & rigido sensu utuntur, sed & eamdem ministerium quodcumque sacrificandi muneri annexum, vel ad illud ordinatum, connotare demonstrant: qua ratione Diaconus λειτουργός hoc loco dicitur. Quamvis enim Græcorum lingua vulgaris solum Sacerdotem hodie λειτουργόν, & sacrificandi munus quo defungitur, λειτουργίαν nuncupet: indubium est nihilominus, Subdiaconis & Diaconis eamdem appellationem fuisse communem, apud Dionysium de Eccles. Hierar. cap. 3. ubi: τῶν λειτουργικῶν διακοσμήσεων ἐκκριτοι σὺν τοῖς ἱερεῦσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον προτιθέασι τὸν ἱερὸν ἄρτον: *E ministeriali dignitate selecti cum Sacerdote ad altare sacrum panem præsentant;* imo & Lectoris missæ inservientis ministeria, λειτουργικὰ dicuntur: unde & inter Ecclesiæ Græcæ officia, separatus est liber τῶν λειτουργικῶν τοῦ ἀναγνώστου. *Lectoris commentarius.* Tam peculiari vero ratione sacra peragere, & in sacrificando partes suas agere videtur Diaconus, ut de eo Concilium Aquisgranense dicat, *Sine Diacono Sacerdos nomen habet; officium non habet.* Et iterum: *Ipsis Sacerdotibus propter præsumptionem, non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis traditus fuerit a Diacono;* ut nempe ordine debito celebret: quamvis etiam sine Diacono celebrantem utraque Ecclesia non damnet. & si quandoque συλλειτουργός advenit, & λειτουργεῖ cum Sacerdote jus obtinet, id fit ut recte censet Symeon Thessalonicensis lib. de Templo, τὸ διακονικὸν λειτουργικὸν ὑπουργοῦντος, διὰ τὸ περὶ τοῦτο τάξιν ἐπέχοντος, ἢ μὴ δυναμένου χωρὶς ἱερέως τι πράττειν. *Diacono ministerium sibi vindicante, & famuli vices agente, seu qui sine Sacerdote nil possit præstare.*

9 Παῖς μετανοιῶν. Monachi pœnitentium statum professi, & pœnitentiæ operibus dicati, non hujusmodi tantum opera μετανοίας, sed & Cœnobia ipsa, eremorumque cellas, seu pœnitentiæ officinas, ad quas convolarunt, ab antiquo ve-

cavernæ. Hinc προσευκτήρια ædificasse legitur, qui monasterium condidit, & προσεύκεσθαι in eo habere etiam hodie dicunt κοινόβια religiosi, quò habitaculorum perpetuam, per habitus Monachalis susceptionem, in eodem fixerunt. At cum afflictiones laboresque corporeos, pœnitentiæque opus quodcunque potuerunt interpretari προσεύκεσθαι, & primarium præcipuumque pœnitentiæ argumentum fuerit olim illa corporis dejectio humilisque animi in terram demissio, qua προσευκόμενοι pœnitentes insigniores peccata deflebant, preces aliorum implorabant, & requirebant quem venire; existide Deo cultum exhibitura, vel sacras imagines veneratura quælibet genuflexio, vel corporis inclinatio, ut Monachis προσκυνεῖν vocitari cœpit: addo, quod cum summum erga flagitiosos peccatores, vel a fide lapsos benevolentiæ indicium fuerit pœnitentiæ locus concessus, & indulgentiæ consequendæ facta promissio: ipsi votis quibus potuerant cani in Ecclesia postulabant omnisque illorum sermo, προσεύχεσθαι, oris gemitus omnis, & cordis suspirium vocem hanc προσεύχεσθαι, fugitabant. Hanc ideo vocem cum Monachi ex pœnitentiæ arrepto instituto familiarem sibi reddidissent, ad salutem quoque impertiendam & reddendam, illa eadem usi fuere. Unde tandem contigit, ut honor quicunque, reverentiaque Ecclesiæ pastoribus vel ministris exhibita, in pœnitentiæ operatæ, vel professæ argumentum προσεύχεσθαι, a Græcorum vulgo sit dictus: & jam si Sacerdotibus vel Monachis occurrant, inter salutis oblatæ spatium, manu pectori admota, dicunt προσεύχεσθαι cum ut illa voce honorem se illis præstare indicent, tum etiam ut eorum suffragiis, pœnitentiæ tempestibi a Deo concedi deposcant. Illi vero eadem voce, & salutem & honorem grato animo referentes, bene precantur. Hinc trita sacris sententiæ προσεύχεσθαι καλόν; & προσεύχεσθαι βέλτιον, patet. Cæterum duplici modo fit illa: vel enim in ore manibusque rerum arbitris, cum genuum inflexione profundissime deorsum inclinant, & procumbant; & tunc est προσεύχεσθαι μεγάλη, quæ etiam εὐχαριστία: si minus corpus inflectant, dicitur μικρά: cum vero plures pro more perfolvunt, ultimas semper minores & minores faciunt, simulque orationculam aliquam proferunt. De his Horologium, καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων κοινῶν, σταθεὶς τὸν τρισάγιον μετὰ κλίσεως, λέγεις τὴν εὐχαριστίαν εὐχήν, & significatum se quadragesimæ, tres magnas Veneres facimus, superscripsere Orationem dicentes: & est hujusmodi illa. A professo enim illius in prima vice dicitur, Κύριε καὶ δέσποτα τῆς ζωῆς μου, πνεῦμα ἀργίας, περιεργίας, φιλαρχίας, καὶ ἀδολεσχίας μὴ δῷς μοι. Dum secundo inclinant: πνεῦμα δὲ σωφροσύνης, ταπεινοφροσύνης, ὑπομονῆς, καὶ ἀγάπης χάρισαί μοι τῷ σῷ δούλῳ. Dum tertio, καὶ Κύριε βασιλεῦ, δώρησαί μοι τοῦτο τὸ ἐμὸν τὸ ταπεινὸν, ἵνα μὴ κατακρίνω τὸν ἀδελφόν μου ὅτι δικαιωθήσομαι ἐν τῷ κρίνεσθαι τὸν ἀδελφόν. Ἰδιώτης autem id est, simplicioribus & illiteratis Monachis, hanc solam vocem, Κύριε ἐλέησον τὸν ἁμαρτωλόν, recitare est imperatum.

10 Εἰς τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων Χριστὸς.) Quo in loco, vel ejus templi parte sit appensa Christi imago, quæ proponitur tam fusi modi inclinatione veneranda; percipies is solus qui templa Græca viderit, vel aliquam eorum formam coram oculis delineatam habuerit. Et quamvis auctores non paucos reperias, qui antiquarum Ecclesiarum constructionem, cum veterum auctorum testimoniis, cum suis conjecturis docti effingere moliantur: illi tamen, ut sentio, gratius Moysis ingenio opus aggredi valentur, cum nonnisi ad instar propositi sibi in monte exemplaris, tabernaculum hoc ædificaverit; ibi vero quod visu non perceperunt, animi artificio vel labore construere, ornare, depingere conantur. Ego vice versa, ut auctorum dictis non alienus sensus tribuatur, templorum prout hodie in Oriente visuntur, Ichonographiam exsculptam apponoque qua, & Scriptoribus antiquis (sunt enim antiquitatis Græci valde studiosi) nec non & ritibus cæremoniisque illorum, (quod notari est institui) in officio divino aliisque sacris actionibus, utuntur soliis, prompte apteque percipiendis, multam lucem emanaturam confido.

* Prima fi-gura.

Sit ergo tabula hæc prima, quæ celeberrimam & ornatissimam Monasterii alicujus (qualia extant plura ab antiquo integerrima) Ecclesiam, vel saltem ejus planitiem sive Sciographiam repræsentet. In illa figura crucis † ναὸς sive Vestibulum exterius: A littera Narthecem, sive Ferulam interiorem: B ναὸς ipsum, locum oranti populo concessum: C cantorum chorum: Ultimum autem spatium littera D infigunt, sacrum adytum, τὸ ἅγιον βῆμα, indicat. In intimo hoc spatio contemplationem magis attentam figere volenti, littera E altare demonstrat, in cujus angulis quatuor sunt columnæ signo F dignoscendæ, quibus fornix sive Trullus toti altari superincumbens innititur. Præter Trullum hunc, alia est ædificii testudo, sub qua sirum est altare, & littera G describitur, & in concha sive testudinis illius gremio ἐπισκοπικὸς θρόνος sedilia circum circa intelliguntur dispositæ. Ad latus sinistrum ubi littera H statuitur, alsed est altare prothesis nomine, & e regione Prothesews hujus portam βορεία πύλη seu πύλη vocaram & e parte opposita K πύλη νότιος, Ἐκκλησιαστικὴ πύλη, ad sacristiæ monasterii, ostendit. Quod chorum a sacro adyto dividit, rebus satum est in cujus medio porta angustior est & sacratior: ubi M exaratum vides, ad cujus latera, & in rabulato ipso, imagines Christi, Virginis Deiparæ, & sanctorum tutelarium depictæ sunt; talisque est earum ordo, ut Christi salvatoris imago ad dextram adeuntis semper conspiciatur; a dextro videlicet sacrarem valvarum latere, ubi littera N; ubi vero O, Deiparæ sita sit ex earumdem sinistro: hinc inde vero, illi sancti coloribus sint expressi, quos vel animi devotio, vel Ecclesiæ ritulus jubeat, & oculis & memoriæ objectos tenere, ita tamen ut alia sit valde conspicua in præcipua chori sede, quæ dicit προεδρία τοῦ ἡγουμένου nuncupatur ubi nempe cœnobiarcha vel Antistes sedet, sub littera P. Hinc inde sedilia succedunt littera Q notata. Ambon erectus est in Ecclesiæ medietatio, vel in aliquo ejus latere ad literam R. Analogion unum est in medio, vel hinc inde geminum, S nota designandum. Tertium latiorem, inter chorum & sacrum adytum, qui Soleas dicitur, monstrat, sicut V ἐξωτικὸν σολέαν, X vero ἔσω μέρος τοῦ ναοῦ, juxta quas in pluribus locis est sacri baptismi piscina κολυμβήθρα: πρόθεσις, οἰνόμετρα, vel cumanæ a dexteris & a sinistris sunt Vestibuli exterioris; in littera Y & in area tandem, quæ primo Ecclesiam ingressoris occurrit πύλαι, *fons aquæ salutaris* littera Z denotatur.

Verum ut nobis amplas visuque jucundas regiones in tabulis topographicis non sufficit demirari: quin ut eas propriis oculis lustremus, peregrinationes longissimas suscipimus, ita curiosa discendi aviditate moto ingenio, cui sterilis hæc, & imo oculi inuitæ tabula obtenda non satis erit, amplioram longinquæ delustam templorum Orientalium (ut ipsa potius liceat nos peregrinari nostrisque oculis objici videamur) descriptionem & expositionem accedimus. Utque illam felicem anam consummemus, omine velut divino ducti, ab ipso Dei throno altari nimirum in quo perficitur Ecclesiæ structura, auspicamur.

Altare latinis auribus nudo etiam vocis sono excelsum quid, sublime & majestate conspicuum sonare *altum* enim *Altare*, juxta Walafridum Strabonem c. 6. exprimit & Ruperto Auctore lib. 3. de div. Offic. cap. 10. *sic illud in templo, quomodo Christus toti Ecclesiæ dignitate & honore præeminet*. Sed nec dissensisse ab hujus vocis sensu Patres Graci, qui primo Altare ὕψωμα, nuncuparent: non enim quod judicavit Genebrardus, vel Hervetus *a gradibus* quibus est ad illud accessus, *ὕψωμα ab ascensu* vocatum, cuiquam persuasum velim: sensus namque dictionis & significatio nobilior, humilem petibusque prophanatam originem despicit. Sed nec nisi uno gradu totum sanctuarium reliquo templi spatio præcellebat, observant qui etiam hodie Sophiæ Basilicæ CP. curiosius lustrant: & habuerit licet illius Ecclesiæ mensa sacra gradus suos auro puro tectos, quibus ex omni latere sacerdotibus eam osculaturis esset accessus, ut refertur Codini textus vulgaris MS. Bibliothecæ Reg. ἐτελείωσε ὁ Ἰωσὴφ τὸ ἁγίασμα καὶ τὰ σκαλοπάτια τοῦ θυσιαστηρίου moventis Græcis sunt gradus quibus in sublime itur,) ἐποίησεν ὅτι ἔφερεν ἀπὸ τὸν ἀμαζᾶν τὰ ἀπὸ χρυσὸν τρυπίζα. Fecit [Justinianus] argenteos gradus in circuitu, *quos stant sacerdotes sacram mensam venerantes*:



quid tamen in auro illo tam nobile, aut tanti pretii est, ut adyto sancto, sacratissimæ nimirum Ecclesiæ parti, nomen imponat? sanctius itaque & rectius ea quod *sacrum suggestum* significet, dicuntur nempe editum, unde ad populum verba faciebant Oratores (de ipsis namque scribit Demosthenes τὸ βῆμα, καὶ βᾶθι.) vel Imperatores alloquebantur milites, aut illidem atque etiam populo munera, congiaria, alimonias dividebant (prout vetera plura manifestata exprimunt apud Hesselarium & alios) aut denique tam ipsi quam principes alii jus in publicum dicebant, (βῆμα enim τοῦτο ἀπὸ τοῦ βαίνειν, inquit, Dio lib. 44. ἡ δὲ ἔξουσία δικάζειν ἀπὸ τοῦ βήματος λέγεται, hujusmodi dictum, quia in eo sedens Imperator jus dicit: & Cedrenus in Leone Armenio, ὁ βασιλεὺς ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα τὸ καλούμενον τοῦ κριτηρίου ἐκάθισε. τοῦ δικαίου δὲ βήματος ἐξ ἀριστερῶν ἑστὼς ἐκάθητο. *Imperator in secretiori consilio pro Tribunali sedit, & diligentem perscrutatorem eorum quæ denunciata fuerant se præbuit.*) Altare pariter nostrum, Ara scilicet illa sacra, unde resonant ejus verba, qui parem in dicendo non habuit, *nunquam enim sic homo loquutus est*; Altare, unjuam, cui verbum Dei externum & scriptum jugiter accumbit, (apud Græcos enim sacrum Evangelium altaris in medio, lampade præluente, semper jacet, & ἱκανὸν τοῦτο, ait Simeon Thessalonicensis de templo ἐν τῷ ἁγιοπολίτῃ ἐκδοθὲν ἔθος τὴν μνήμην ἀθέσμιστον ἐπὶ τὰ θυσιαστήρια ἐκφέρειν *Ecclesiæ Monumenti objicit in Altaribus sine consecutum*) augustum illud præterea Regis Tribunal, unde populo quem sibi sanguine comparavit, leges promulgat; & celebrem amicabus felicitandis annuam, non munificentiæ tantum, sed & dilectionis perpetuum monumentum, divinaque simul cuncta charismata distribuit: rejiam & honore tenoreque dignam βασιλικὴν appellationem, a Patribus Græcis accepit. In hanc mentem S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus scribit in mystagogia. βῆμα ἐστὶ τὸ ἐκβαῖνον πρόσω, ἢ βῆμα ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ καθῆσθαι τοὺς ἡγουμένους καὶ τοὺς ἄρχοντας μετὰ τῶν ἀρχιερέων, ἐν ᾧ καὶ τὸν κριτὴν ἐκάθισεν, ἀναπεπαῦσθαι ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ τοῦτο σημαίνοντα τὸν δικαστὴν τὸν ἐπουράνιον. *Altare concavum (ratione chori) locus est & tribunal, in quo universorum rex Christus præsidet cum suis Apostolis, prout illis prædixit: sedebitis super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israel.* Hæc ultima sancti Praulis verba, proceram assistentium Christo Regi, Altaris sui throno considenti, ut sedes circumpositas intueamur, invitant. Illæ vero sese nitate conspicendas offerunt, ubi tam Christi quã Apostolorum imagines in altaris circuitu vivis coloribus effingi solent. In excelsiore siquidem concha altaris parte, & in ipsa testudinis cavitate, Christum velut regem ac simul ut Pontificem ibi est, ut Pontificem Imperatorio feminate infigitem ad ejus *regale Sacerdotium* declarandum depingunt: Ille autem manibus in mensam appositam in crucis formam decussatis, dextra panem sacrum προτείνει, sinistra calicem προσαγωγὸς apprehendit, infra vero & a lateribus in testudinis fine supra *quinquaginta sedilia extructa*, hoc quidque ordine Apostoli delineati videntur (ut etiam hodie in S. Pauli & Salvatoris Basilicis Romæ extant, ibique quondam, referente Baronio anno 324. n. 68. istiusmodi argenteum donaverat Constantinus, habens in fronte salvatorem sedentem in sella, & duodecim Apostolos) & quasi principes regis sui latera circumstipantes, & spiritualibus thronis circumsedentes conspiciuntur. Quisquis ergo mecum Altare, ut Christi *Regis Tribunal* contemplaris, memento quia τοῦτο τὸ φρικωδέστατον βῆμα τοῦ Χριστοῦ, *omne Tribunali Christi adstabimus*, ut præjudicia, in hoc alto altaris Tribunali, lata cognoscenda audiamus. *Judicium* enim *sibi quisque manducat & bibit*, incipit eli unius ex assessoribus futuri sententia, quam cum protulit, quis scit an forte Areopagi, toto terrarum orbe celebris Tribunalis membrum, in quo duodecim judices (*Subsellia sua* Demosthenes appellavit) assidebant? Verum humanum erat & prophanum Areopagi Tribunal; divinum autem & sacrum Christi βῆμα, ut sanctificati sacris initiatorem reservarus locus ἄθυτον ἅπασι audit. Templum enim a quo justus nullus excluditur ἐκ τούτου τοῖς μὲν ἔχουσι δικαιοσύνην ἐστὶν εἰσόδου, τοῖς δὲ ἀδίκοις. *Non omnibus sanctis habet pervia; sed hæc quidem Sacerdotibus, alia vero Laicis*, scribit Symeon Thessal. τὸ ἁγιοπολίτικον φησὶ τὸ

superius dicegerum, Sacrificii locum, sacris initiatis seorsum deputatus est, ait Zonaras in Canone 79. Trullanum, qui nihilominus Imperatori super Altari dona sua obtulerunt, Sanctuarium ingredi concedit: non quia Patriarcham instituat, vel thus in Altari adolere, & τὴν εὐλογίαν tribuito cæteri Pontificum more populo benedicendi facultatem adeptus sit, ut ipsi verbis pietate & scientia inanibus, multa tamen adulatione refertis affatur Balsamon, sed quia Christus domini est, & salteta hoc dignitati Imperatoriæ Dei supremum dominium domi suis agnoscenti permisti posse videatur: unde si ipsum Imperatorem aliquando excluserit Ambrosius, & Monachis portas Adyti occlusas esse debere refferat Dionysius Ep. 8. ὑπερτιμᾶται τὰ τοῦτο τῶν ἱερῶν ἀφορισταῖς. *Monachi adytorum portæ sunt incendilles*: non vicio quomodo stante adhuc Ecclesiastica districtionis rigore, viris mulieribusque sacris & prophanis promiscue τὸ ἔσω ἁγίων penetrare, Altariaque attingere concessum fuisse Amb. & Greg. Theologi temporibus quidam non ignobilis hujus ævi scriptor asserat, nisi forte et sanctimoniæ privilegium fortuito naroque id contigisse animamus, vel certe quod de Templo Christi Domini in Chalcopratiæ irrepenti abusum dixit Balsamon, de quibus etiam alio asseramus, ὅτι εἰς τὸ ἔσω ἅγιον ἀφορίστων οὐκ ἐγένετο ὁ ἔλεγχος ἐφ' ὁπόσῳ προκειμένου τοῦ ἁγίου καθόλου οὐδεὶς ἐκωλύετο ἰέναι. *Intra sanctum adytum nullo prohibente ulterius quisque ingrediebatur.* Monialem vero seniorem, puellularumque Monasticæ vitæ destinatam ipsi assistentem, utramque autem Diaconis in deponendis & recipiendis sacris vestibus, thure & igne præparandis, aliisque ministeriis sacris operam præstitisse ἐν ἁγίοις ἅγιοις Ecclesiæ Monialium, me vidisse memini, quarum ingressus in sancta, & ministerii obeis inter liturgias solemnia (quæ Græcis Metropolita obibat) præfati, mihi causam inquirenti, a Chrisostomo Campana tunc Gymnarcha, in Ecclesiæ hac ritibus versato facta, suggestum est: Monialem pro annum præterveltam, puellulam vero ministram ad pulcritatis annos nondum pervenisse, utramque proinde a menstruis liberam, antiquæ, & jam antiquatæ Diaconissæ personam gerere, absolem ex [illegible] concedendam prius quam tolerandam, quidam alias pius æque ac literatus fassus est. ad Balsamonis mentem, qui in Canonem Chalcedonensem 15. Diaconissam autem 40. annos ordinari prohibentem scribit, τὰ τοιαῦτα καθόλου πάντες ἐκκλησιάζουσιν· διακόνισσα γὰρ οὐκ ἐχειροτονήθη, οὐδὲ τοῦτο παρ' ἡμῖν γίνεται· ἀλλ' ἐὰν καὶ ἐπιτραπῇ τινὶ διακονεῖν ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, ἢ καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ ἱστάμενα ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι ἐν τῇ ἁγίᾳ λειτουργίᾳ. Ἐὰν δὲ καὶ τῶν διακόνων ἐστὶν ἡ ἡλικία. *Quæ in præsenti Canone eradantur, omnino exsistere. Diaconissæ enim hodie non ordinantur: esti quandam Monialem absolvi, Diaconissæ dicuntur, eo quod si Canon qui jubet mulieres in sanctum Tribunal non debere ingredi, quæ ergo ad sanctum Altare accedere non potest, quando Diaconatus officium exercebit? Diaconissam tamen olim circa altare munus aliquod obisse, causamque quæ excideret, refert ipse Balsamon, responso ad 35. interrogationem juris Orientalis lib. 3. quæ est ejusmodi.* ἐὰν διάκονισσα τελευτήσασα διακονικὸν, ζητεῖται εἰ τοιοῦτον κοιμητηρίου τὸ τοιοῦτον κοιμητήριον: *Defuncti canones Diaconissarum memiserunt, quæritur igitur quodnam sit earum officium*; & respondet τοῦτο τὸ γνωστὸν διακονικὸν τοῖς ἱεροῖς ἐκτελεῖν ἀναγνώσμασιν ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι ἐν τοῖς κανόσι· ἢ δὲ ἐστὶν ἀναγνώσματα διακονικὰ, ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι ἐν τῷ ἁγίῳ λειτουργίᾳ ἀναγινωσκόμενα, τὰ ἐπιγραφόμενα τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου, καὶ τὰ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ τὰ τοῦ ἁγίου Βασιλείου τοῦ μεγάλου· ἢ δὲ ἐστὶν ἀναγνώσματα διακονικὰ

gente, a lege posita, se liberos esse contendunt. Ad altare vero & omnem illud circumvallantem ornatum ut sermo noster redeat, adverto in ejus angulis, columnas quatuor sub imposita sibi trullo erectas sacramque illam machinam, sicut apud Latinos *Ciborii*, teste libro Pontificali in Gregorii primi & Honorii tertii vita, ita & apud Græcos κιβωρίου, & si velis cum Codino vulgari κιβώριν, vel cum Germano κιβωτὸς, appellationem obtinere. Describit illud prolixe ultimo laudatus auctor, & dictis Propheticis ita conquadrare opinatur, ut sine illo, quomodo *Deus operetur*, per Altaris sacrificium, *salutem hominum in medio terræ*, non probe intelligi posse affirmet; non enim ubique sit, aut apud Indos, aut apud Venetos terræ Hierosolymitanæ medicullium τῆς γῆς τὸ μεσαίτατον adest, ut hic aut illic Prophetici sermonis veritas impleatur: adest autem in unoquoque altari testudineum illud tectum cæli figuram exprimens; & Altare ipsum terræ molem repræsentans, quod in medio sui sinu Salvatorem, salutisque nostræ opus suscipit: οἱ ἅγιοι πατέρες ὡς οὐρανὸν μὲν τὸ ὑπεράνω τῆς ἁγίας τραπέζης ὀροφὸν ἀπαρτίζουσι· ὡς δὲ ὅλην τὴν γῆν ὁρίζουσι τὸ ὑπὸ τεσσάρων κιόνων, τὸ ἐπικείμενον κιβώριον, συγκλειόμενον ἢ περιγραφόμενον ἱερὸν ἔδαφος, ἐν ᾧ πληροῦται καὶ ὁ προφητικὸς λόγος ὁ λέγων, εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς ὁ Θεός. *Sancti Patres ut cælum, qui supra sacram mensam eminet, fornicem constituunt: ut totam vero terram præfiniunt, quod a quatuor columnis ejus, (quod Ciborium appellatur) conclusum est aut circumscriptum, sacrum solum; in quo completur & sermo Propheticus, inquiens: Operatus est salutem in medio terræ Deus.* Brevius & historico plane stylo Ciborium idem depingit Codinus, quale in magna Ecclesia a Justiniano conflatum est: ἐποίησε τὸ κιβώριον ἐκ τῶν κιόνων ἐξ ἀργύρου, καὶ χρυσώσας αὐτά· καὶ τὸ μῆλον, ἐκ τὰ κρίνα, ἐκ τὸν σταυρὸν τὸ κιβωρίου ὁλόχρυσα. *Ciborium & columnas illud suffulcientes ex argento conflavit: illisque deauratis*, (& fornici) *pomum* (globum sphæramque clarius expressit vulgaris ἐποίησε τὸ κιβώριον ἔχοντα σφαῖραν) *liliaque* (in quattuor angulis erumpentia) *& Ciborii crucem* (globo supereminentem: ita namque vulgaris loquitur ἐπάνω σφαῖρας ἔχοντα σταυρὸν) *totam ex auro, imposuit.* Ciborium hoc Germanus vocat Altaris concham, columnas vero, turres. ἡ κόγχη τοῦ θυσιαστηρίου μετάθεσίς ἐστι τοῦ σταυροῦ· οἱ πύργοι ἐκ τῶν ἀγιῶν. *Altaris concha crucis translatio est*, (ad crucem e ruderibus olim erutam, & in Ecclesiæ solium evectam alludit) *turres autem miracula sunt ejusdem*: id est, ab ea tunc & deinceps in Ecclesia patrata. De velis cortinisque inter columnas prædictas appensis, quæ Latini quidam *Tetravela* nuncuparunt, vel de pyxide, quæ forsan potiori jure *Ciborium*, seu cibi spiritualis, Eucharistiæ nimirum penus vocaretur, plura nunc occurrerent dicenda: nisi & vela prædicta quadrangula, auro & purpura contexta a Paulo Diacono in Michaele lib. 24. vocata, jam pridem a Græcis relicta: & Eucharisticum panem, non jam in columba aurea, vel turri argentea super Altari asservari mihi clare constaret; sed retro Altare ipsum, loco sibi proprio, ἀρτοφορίῳ nomine insignito; cui & Altari simul, lampas accensa verbum Dei vivum in Sacramento, scriptumque in Evangelio, cibumque verum & mysticum animarum illustratura, perpetuo prælucet.

A circumpositis itaque & superne incumbentibus Altari ornamentis, ad immunditiarum receptaculum oculos demittentes, sub Altari locum excavatum detegimus, aquæ qua in missa Sacerdos abluitur, omnique alii, post expurgata sacra vasa, eluviei recipiendæ dispositum, χωνὶ, & correctius χωνεῖον moderni, ab aquis ibi effusis, Infundibulum dicunt: de quo loquitur Euchologicus textus noster in Officio magni & Angelici habitus sub nomine θαλασσιδίου τῆς ἁγίας τραπέζης, ejusque exornandi curam suscepisse Justinianum in Ecclesia CP. refert Codinus in MS. vulgari Bibliothecæ Regiæ, τὴν δὲ θάλασσαν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐποίησεν ἐκ λίθων τιμίων καὶ κατεχρύσωσεν αὐτήν. *Lavatrum sanctæ mensæ, pretiosis lapidibus extruxit, & auro circumvestivit.* Cum autem modicæ *piscinæ*, exiguove *lavacro*, & *sacrario* (hæc enim nomina imponunt Latini loco sacris ablutionibus & cineribus rerum sanctarum igne consumptarum, & sacris denique reliquiis absumendis, deputato) ampli profundiq; *maris* θαλασσιδίου, & θαλάσσης nomen sic inditum, explanat Ligaridius, & ex Euripide respondet θάλασσα πάντα κλύζει, *cuncta mare abluit*: cui lubens addiderim rationem aliam in Græcorum Bibliorum contextu 3. Reg. cap. 18. a me observatam. Ubi enim Elias Deum verum ex igne in victimas immisso, coram apostatis Israelitis probare narratur, simul quoque *aquæ ductus sive rivus aut canalis* stillicidiis aquarum victimas perfundentium excipiendis idonee excavatus describitur. Aquæ-ductus ille Hebræis תעלה dictus a septuaginta Interpretibus θάλασσα redditur: ἐποίησε, ajunt θάλασσαν χωροῦσαν μετρητὰς δύο σπέρματος κυκλόθεν τοῦ θυσιαστηρίου. *Et fecit Mare quod caperet duas metretas in gyro altaris.* Et infra: ἐπορεύετο τὸ ὕδωρ κύκλῳ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τὴν θάλασσαν ἔπλησαν ὕδατος. *Manabat aqua in circuitu altaris, & Mare impleverant aqua.* Nobilius Scholiastes dictionem hanc illustrans, scribit: *Complut. retinet vocem Hebræam theala* תעלה *unde forsan factum est* θάλασσα. *Theodoretus hanc rem narrans, ait Eliam fecisse* δοχεῖον, *aquæ receptaculum, quod Hebræus vocet* θααλά. *Josephus autem* δεξαμενὴν *receptaculum aquarum. Non tamen novum est in scriptura receptaculum aquæ, vocare Mare, Lucifer habet foveam: vulgata, aquæ ductum.* Hæc ille: ex illis ego. Cum aqua, quæ victimam perluerat, non deberet ita longe lateque effundi, ut pedum gressibus prophanaretur: quin potius *canali, fovea, receptaculo* excepta est; ut ex Altari decidens confestim, sub eodem Altari absorberetur: illa pariter, qua res quascumque sacras Sacerdos Græcus abluit, quasi consecratione ab eis participata Altari, vel ejus foveæ θαλάσσης & θαλασσιδίου nomen præferenti, refunditur. De lavacro juxta Altare, eidem obsequio præstando, a Latinis disposito, tractant Amalarius & Honorius solitarius.

Retro Altare in Absidis sinu, ubi in tabula quam explicamus littera G. conspicitur, sedes Sacerdotibus Pontifici assistentibus, & simul celebrantibus sunt extructæ: in medio thronum eminentiorem obtinet Pontifex, quem Chrysostomus in Liturgia τὴν ἄνω καθέδραν sinistre a plerisque perceptam, recte intelligit. Talem fuisse Thronum illum, in quo Stephanus Pontifex ad Catacumbas Romæ necatus est, vel quem Alexandriæ S. Marco primo erectum Petrus Alexandrinus verebatur conscendere, vel quem Hierosolymis Jacobi fratris Domini consessu decoratum, & deinde usque ad Gallieni tempora conservatum testatur Eusebius lib. 7. hist. cap. 14. nulli dubium esse potest. Sedem eamdem eminentiorem, & juxta positas Sacerdotibus sedes, idem Eusebius lib. 10. cap. 4. memorat, his verbis τὸν νεὼν ἐκτελέσας θρόνοις τε, τοῖς ἀνωτάτω εἰς τὴν τῶν προέδρων τιμὴν, καὶ προσέτι βάθροις ἐν τάξει τοῖς καθόλου, καὶ τὸ ἅγιον κοσμήσας. *Templum absolvit* (*Constantinus*) *sellisque quibusdam & Thronis, Ecclesiæ primoribus in altissimo loco collocatis, & subselliis præterea ordine dispensatis, exornavit.* Sedes illas & assessores describit exacte Nazianzenus in somnio de Anastasia.

Ἑζόμην δοκέεσκον ὑπέρθρονος οὐχ ὑπέροφρυς.
Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐναρ τιέν ὄγκος ἔλεν.
Οἱ δὲ μοι ἀμφοτέρωθεν ὑφεδριόωντο γεραιοὶ,
Ποιμένων ἡγεμόνες ἐκκρίτος ἡλικίης·
Οἱ δ' ἄρ' ὑποδρησῆρες ἐν εἵμασι μαρμαίρουσιν,
Ἕστασαν ἀγγελικῆς εἰκόνες ἀγλαΐης.
Sedere videbar throno sublimis, non tamen superbe
Neque enim superbia per somnium me extollo,
Hinc inde assidebant graves
Ovilis duces ætate selecti:
Ministri vero in lucidis vestibus
Angelici splendoris imagines stabant.

Atque in his Synodi Laodicenæ Canon 56. Presbyteros, ante Episcopi ingressum sedere prohibet: ὅτι οὐ δεῖ πρεσβυτέρους πρὸ τῆς εἰσόδου τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι, καὶ καθέζεσθαι ἐν τῷ βήματι: & ex earum nomine ratio petitur: σύνθρονοι enim sunt, & in eisdem Pontificem majorem cum Coepiscopis vel Sacerdotibus sedentem Symeon Thessalonicensis lib. de Templo contemplatus: καθίσαντι τῷ συνθρόνῳ, inquit, τὸν Χριστὸν ἐκμιμεῖται, συγκαθέδρους ἔχων καὶ τοὺς συνεπισκόπους ἢ ἱερεῖς, προφαίνει τοὺς Ἀποστόλους. *In consessu recumbens Christum imitatur Pontifex, assessoresque habet Coepiscopos & Sacerdotes, Apostolos repræsentantes*, suntque ipsi σύνθρονοι (voce adjective sumpta) ejusdem honoris cum Episcopo, ut ejus assessores, effecti; & συνθρόνοι occupant: libris tamen de Sacra. συγκαθέζομενοι assidentes quidem Episcopo Sacerdotes deplagit: συνθρόνους nihilominus, vel ἐν συνθρόνῳ sedentes asserere veretur, illisque solum in subselliis inferioribus locum humiliorem concedit, cum ait: καὶ τὴν καθέδραν τὴν ὑπερκόσμιον δείκνυσι καθέδραν τοῦ Ἰησοῦ· αἱ δὲ κατώτεραι ἕδραι τὴν ἑκάστου τῶν ἱερέων καὶ ἱεράρχων τάξιν τε καὶ ἀξίαν, ἔνθα δὴ καὶ οὐδεὶς ἕτερος καθίσαι, οὐδὲ ὁ διάκονος αὐτός. *Superior cathedra supercælestem Jesu sedem ostendit; inferiora vero subsellia uniuscujusque Pontificum & Presbyterorum ordinem & gradum, ubi certe nulli alteri sedere fas est, neque ipsis Diaconis.* Hucusque porro dictis magis ac magis illustrandis in supremo fornicis sinu, Christum, ut præfati sumus, divina sacræ mensæ mysteria instituentem, vel quasi populo preces offerentem benedicentem: & inferius paulo sacrum Apostolorum chorum depingere, vel opere musivo (quod & in antiquis Romanis Templis observare fas est) Græci solent exprimere: & nonnumquam Hierarchas suos Dionysium, Basilium, Gregorium, Chrysostomum, sanctosque alios Sacerdotes sacris indutos, quasi Christo seipsum in Altari offerenti: vel etiam in memorato excelsiori Throno tamquam supremo Hierarchæ sedenti (atque ideo super Thronum illum Pontificium τὸ ἀρτοφόριον sacræ Eucharistiæ asservandæ *tabernaculum* est extructum) assistentes, coloribus effingunt; Diaconos autem nusquam; at si quos ut Stephanum, Laurentium, Ephræm &c. imaginibus in toto Tribunalis ambitu decorare cupiant, illos extra absidem in ἐκκλησιαστικῇ & διακονικῇ parte, vel hinc inde ad laterum muros quasi ministeriis sacris obsequi paratos, & stolas suas hac de causa manibus prætendentes, variis colorum lineamentis efformare consueverunt.

Quandoquidem vero de utroque Sancti Tribunalis & Altaris latere nonnihil jam sermo delibavit, ad illud accuratius describendum, oculorem simul & mentis attentionem deflectere, operæpretium est. Hinc inde itaque duas media minores Absides advertimus, ubi H & L litteræ, in tabula sunt exaratæ: & in dextra quidem parte H σκευοφυλάκιον, & ejus mensam; in sinistra vero L πρόθεσιν, & pariter ejus mensam commonstrat; nam quod ex opposito Symeon Thessalonicensis πρόθεσιν in dextro, σκευοφυλάκιον autem vel διακονικὸν in sinistro latere collocet, nil nobis officit: pro respicientium enim ad ortum vel occasum mutatione, dextri etiam vel sinistri lateris mutationem contingere necesse est. Sinistra pars, inquam, πρόθεσις est, quam perperam Genebrardus *Altare* interpretatur, cum rectius *Propositio, seu Propositionis mensa* dici queat, quæ non Sacrificio, sed pani tantum offerendo dicata sit; (unum namque est, & ut Eusebius loquitur μονογενὲς θυσιαστήριον, etiamnum hodie apud Græcos, & non nisi semel per diem propter Sacrificii unitatem, in eo celebrant: & si forsan alicubi duo Altaria liturgiæ dicendæ erecta demonstraveris, confestim ipsi junctas Ecclesias, & muro medio sejunctas παρεκκλήσια, quasi *Ecclesiarum appendices*, & Oratoria distincta in quibus diebus profestis memorias diversas agant, puta feria secunda τῶν ἀσωμάτων *Angelorum*, tertia τοῦ Θεολόγου, quarta τοῦ σταυροῦ, quinta τῶν Ἀποστόλων, parasceve τοῦ σταυροῦ, sabbato τῶν κεκοιμημένων *mortuorum*, ostendunt) τράπεζα itaque solummodo, est πρόθεσις, non θυσιαστήριον: & quamvis primum ibi panis & vini fiat offertorium; ultimum tamen, quod solemnius est, & προσκομιδὴ, *perfecta oblatio*, nec non & consecratio, ἐν θυσιαστηρίῳ est perficienda. In dextero vero Altaris latere σκευοφυλάκιον, sive διακονικὸν τρίκλινον extat, quamvis non negaverim σκευοφυλάκιον *Sacristiam* etiam juxta Prothesin, ubi est Δ ad latus Ecclesiæ, pro loci opportunitate ab ipso quoque Symeone Thessal. collocari: in ea ubilibet statuatur, sacra vasa, vestes, & libri reponuntur & præparantur: panis etiam Eulogicus post oblationem in Prothesi factam, ad finem usque Liturgiæ asservatur, sicut & aqua in Theophaniis benedicta, quæ inde quoque a Diacono inter Liturgiæ sacra pœnitentibus a communione repulsis, depromitur & propinatur. Cæterum an dextra hæc sacri Tribunalis portio, διακονικὸν nomen obtineat, quod quidam negant, diligentius inquirendum. Διακονικὸν certe ab Altari totoque sacro Adyto longius esse semotum indicant illa Thessalonicensis verba lib. de Sacra. quibus conflectandum Episcopum, a Diaconico, in quo vestibus sacris indutus fuit, comitatumque ejus, & viam ad Altare, & sacrum usque Adytum describit: ἀπὸ τοῦ διακονικοῦ, inquit, ἐξάγεται, καὶ προπορευομένου τοῦ διακόνου, παραλαμβανόμενος ὑπὸ πρεσβυτέρων, διὰ τῆς δεξιᾶς πύλης τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ σολέου, ἄχρι τοῦ βήματος. *Educitur ille e Diaconico, & Diacono ipsum præcedente, deducentibusque Presbyteris duobus per portam templi dextram, & Soleam, iter agit ad usque sanctum Tribunal.* Vide Tribunal hoc sanctum, quam longe a Diaconico distet: & dextram templi, (quo nomine navis vel pars Ecclesiæ ab Adyto distincta semper intelligitur) dextram, inquam, templi regionem Soleamque integrum (qui gradus est chorum & Adytum sacrum interjacens, & in tabula littera K designatur) inter sacrum Tribunal & διακονικὸν hoc interpositum. Sed & Euchologium nostrum, non otiantem suggerit Diaconicum inter, & sanctum Tribunal discrimen: κατέρχεται, inquit, in Officio ablutionis Altarium, ὁ Πατριάρχης ἐν τῷ μητατωρίῳ ἤγουν τῷ διακονικῷ, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐκ τοῦ μέρους τοῦ δεξιοῦ. *Descendit in Metatorium, illud est Diaconicum, sanctissimus Patriarcha & prodit versus Altare, a parte templi dextra.* Cernis ibi Patriarcham Diaconicum prius ingressum ex eo egredi, & per dextram Templi partem, Altare versus iter peragere. Utique quia semotum est unum ab alio, & inter utrumque expansa est non modica Soleæ via: & Metatorion deinde, (quod Diaconico idem esse dicitur) a sacro Tribunali longius esse sepositum oportuit, cum in illud quondam Leo Basilii Macedonis filius sacris interdictus se recipiendi facultatem habuerit, ut scribit Cedrenus in ejus vita: quod argumento est Diaconicum ab Altari, loco fuisse penitus separatum, ibique reponendum ubi in tabula stellæ notam cernere licet elucentem. Ex adverso vero διακονικοῦ dextram fuisse sacri Tribunalis portionem aliæ confirmant auctoritates, vel argumenta. Primum quidem ex ipso Thessalonicensi scribente lib. de sacr. τὸ ἱερώτατο βῆματος κατ' ἀνατολὰς ἱδρυμένου, καὶ τοῦ μὲν πρὸς δύσιν ἐκ δεξιῶν [illegible] ἡ προθέσεως τράπεζα [illegible] *Sacratissimo Tribunali ad orientem statuto, a dextris* (ejus qui in Altari respicit Occidentem ut superius monuimus) *propositionis mensa; a sinistris autem Diaconicum ordinatum est.* Sacri vero Tribunalis pars est notanda, Prothesis: erit itaque, & ejusdem portio Diaconicum ei oppositum. Secundum, ubi auctor idem de consessu Episcopi & Presbyterorum prout supra exposuimus sermonem instituit, ab eo semovet Diaconos, ἔνθα δὴ, inquit, καὶ οὐδεὶς ἕτερος καθίσαι οὐδὲ τῶν διακόνων αὐτῶν· τούτων γὰρ ἕτεροι ἀφώρισται τόποι, & καὶ διακονικὸν λέγεται [illegible] ἔνθα δὴ καὶ καθῆσθαι τούτοις ἀκώλυτον· ὑποδιακόνοις δὲ καὶ ἀναγνώσταις ἔξωθεν τοῦ βήματος περὶ τὸν σολέαν, ὃς δὴ καὶ βῆμα καλεῖται ἀναγνωστῶν. *In consessu* (Pontificis & Sacerdotum) *nulli alii sedere, neque etiam ipsis Diaconis licet. His enim sunt segregatus locus, qui & Diaconicon appellatur, assignatus est. Ubi & eos sedere nullus prohibeat: sicut Subdiaconis & Lectoribus extra Tribunal circa Soleam, qui & Lectorum Tribunal vocatur*, sedem habere concessum est. Animadverte, amabo, in loco sibi præfixo, intra Tribunalis ambitum, in Diaconico Diaconos sedentes: extra vero Subdiaconos cum Lectoribus positos. Adde quod & tertium indicium est Diaconos Altaris, portarumque sacrarum, & velorum in eis appensorum custodes ab antiquo institutos juxta Dionysium de Eccl. Hierar. cap. 5 τοῖς ἱεραῖς θύραις ἐφεστάναι τὴν διακονικὴν ἱεραρχικὴ διεταγμένον. *Sanctis portis eos præfecit sacris Pontificii decretum*, & Cyrillum Alexandrinum lib. 3. de adorat. πρεσβυτέροις παρίσταται τοῖς διακόνοις, καὶ τὸ ἴσον τῇ κατασκευῇ τάσσεται, εἰς τὰ ἅγια σχήματα, καὶ φυλάσσει τὴν ἱερατικὴν σκηνήν.

διακονοῦσι μὲν τὰ, φυλάξουσι τὰς φυλακὰς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ πάντα τὰ ἐνδοθεν, ἃ τῷ καταπετάσματι ἀνῆκε. Presbyteris concreditum est Altare, & quæ intra velum continentur: quibus etiam dici convenit; & custodient facerdotium suum. Diaconis vero illud: Custodient custodias populi. quod præstant utique cum altari adstant, foribusque Tribunalis præsident, & intra illud in Diaconico ut proprio sibi loco consident: quod ipsi ejusdem moris, mutis eloquuntur testimoniis, imaginibus nempe sanctorum Diaconorum, quas in hac Tribunalis parte, ut addicta sibi sede, superius depingi consuevisse enarravimus. Favet his Canon Synodi Laodicenæ 21. quo sancitur: *οὐ δεῖ ὑπηρέτας χώραν ἔχειν ἐν τῷ διακονικῷ, non oportere Subdiaconos in Diaconico locum tenere*, id est, in sancta ingredi; & Diaconorum consessum appetere, alias si a sanctuario remotum fuisset Diaconicon, non tanta ambitione ejus ingressum exquisivissent Subdiaconi, ut propterea Canone Ecclesiastico debuissent ab eo prohiberi. His insuper dicendum, quod cum etiam in Ecclesiis Latinis, a dextris & a sinistris, duo Pastophoria consueverint olim ædificari, quorum usum Paulinus suis versibus exprimit: dextri quidem hac inscriptione.

Hic locus est venerandæ penus, qua conditur, & quæ
Promitur alma sacri pompa ministerii.

Sinistri vero hæc alia.

Si quem sancta tenet meditandi in lege voluntas
Hic poterit residens sacris intendere libris.

Oportet illa & in Græcis parem formam, ædificium, usum nomenclaturamque non omnino absimilem fuisse consecuta, ac vero si tabulam supra præfixam contemplemur, duas testudines litteris H & L connotatas *Pastophoria* a Clemente lib. 2. const. cap. 62. *Thalamis & interioribus cubiculis* a Hieronymo in Ezechielis c. 42. a Paulino *Secretaria* vocatis, conquadrantes omnino, licebit observare, quarum una non libris sed donis sacris proponendis addicta est; altera vero Diaconis attributa, sacri ministerii pompæ depromendæ commode inservire dicenda est: siquidem Diaconicon Diaconorum sedem exam fuisse asseramus: ne si ab Altari longius illas seponamus, Subdiaconis inferiores, & sacerdotibus in obsequio penitus inutiles affirmare cogamur. At nunc quid similes vero, inter discrepantes has duas opiniones a nobis tenendum sit qui dubitaverit, oppositam utramque, me judice, probabit, qua & extra & intra sanctuarii, sive sancti Tribunalis ambitum, *διακονικὸν* extitisse credatur. Nam cum *διακονικὸν* plerique cum Gentiano interpretentur *Sacristiam*, prout etiam Concilium Agathense primum sub Symmacho Papa videtur intelligere, quod *διακονικὸν* idem, verbo *Secretarium*, quod alii *Sacrarium* dicunt: quidē cum ad Sacristiam hanc duplici porta fuerit accessus, ab ipso nimirum sacro Tribunali, & a Chori superiore parte, extra Tribunal constituta, cumque locus Diaconorum proprius, fuerit Tribunalis dextera pars, ab intus habens ad Sacristiam accessum, in qua plerumque Diaconi ad depromenda, vel reportanda vasa, supellectilemque sacram versantur, factum puto, ut tam illa *βήματος* dextera portio, quam Sacristia ipsa, sive *σκευοφυλάκιον*, nomen *διακονικὸν* sibi comparaverint, & vice versa cum in aliquibus Ecclesiis sacristiæ defectu in dextra Tribunalis parte *ἐν διακονικῷ* vasa sacra fuerint asservata, contigit iterum, ut & *διακονικὸν*, *σκευοφυλάκιον* nomen assumpserit. Unumque est utriusque conjecturæ fundamentum, quod promiscue nomen unum pro altero usurpetur: nam quas in Liturgia Chrysostomi preces scribuntur fieri *ἐν σκευοφυλακίῳ*, eadem illæ, vel similes in liturgia D. Marci, *ἐν διακονικῷ* leguntur; & quæ D. Jacobi liturgiam claudit & in editis scribitur, *λεγομένη ἐν σκευοφυλακίῳ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν*: eadem omnino legitur, *λεγομένη ἐν τῷ διακονικῷ μετὰ τὴν θείαν λειτουργίαν τοῦ ἁγίου Ἰακώβου* in MS. codice Barberino: ut una vox itaque alterius vice fungi potest, sicut & unus locus alterius obsequium præstare. Quamvis autem auctoritatum pondus & copia, dextrum *βήματος* latus, *Diaconicum* appellare adegerit, nusquam tamen arrisit illa Nicetæ vel Bibliopolis interpretatio, qui totum *ἱερὸν βῆμα* voce *διακονικὸν* deturpare, ut ita dicam, non est veritus. Nam cum dictio illa ministerium sonet, a Throno majestatique omnium Domini, & Dominici præcipua sanctiorique parte significanda, ut aliena penitus arceri debet: neque enim sordida & humilia, sed augusta semper, regia, sublimia rebus omnibus sacris, Græcos imposuisse nomina, nullus eorum in cæremoniis leviter eruditus, ignorat. Quis autem dicat Diaconum, cui ex privilegio, vel necessitate ministerii, aditus in sancta patet, ab officii usu, *διακονικὸν* nomen, illis potuisse imponere? Apage a regis solio servilem vocem. Sint enim, per me licet, Diaconorum juris statio in Tribunali sacro, & muneris eorum observandas sacræ fores, quis propterea tamen sanctiori & secretiori Adyto nomen fecisse Diaconum asserat, nisi qui a vilioris sortis custode, in nobilissimi palatii aditu excubias agente, nomen sibi vendicaturum regium illud domicilium opinabitur?

Sanctuarium *ἱερὸν βῆμα*, separat nunc, a reliquo templi spatio tabulatum ligneum, quondam vero septa illa, quæ Eusebius lib. 10. cap. 4. vocat *δικτύοις ἀπὸ ξύλου retia e ligno*, nos *Cancellos* dicimus; *τὸ θυσιαστήριον ὡς ἂν εἴη τοῖς πολλοῖς ἄβατον, τοῖς ἀπὸ ξύλου περιεφράττετο δικτύοις, Constituitur, altare ut esset pluribus invium cancellis e ligno circumdedit*. Cancellos istos Symeon Thessalonicensis lib. de templo *κιγκλίδας* & *δικτυωτὰ* appellat, non inepte. Quas enim Pollux apud Stephanum *τοῦ δικαστηρίου θύρας, Tribunalium fores*, Græcis *κιγκλίδας*: illas Romanis *καγκέλλους*, *cancellos* dictas fuisse scribit: & Aristophanis Scholiastes *κιγκλίδα*, *θύραν τοῦ δικαστηρίου καγκελωτήν*, & *τὸν κάγκελον τοῦ δικαστηρίου* pro eodem usurpat; pro *Tribunalium Forensium cancellis* nimirum: qui quia a se invicem sejunguntur, & hinc inde aperiuntur, Codino vulgari *καγκελόθυρα*, his *ὡραῖαι θύραι*, aliis *δικλίδες* appellantur. *ἱερὸν βῆμα*, itaque, Thronus Tribunalque regis nostri cancellis suis circumvallatur, & sacris fores olim cancellatæ, nunc contiguo ligno solidæ, in cunctis Græcorum Ecclesiis hinc inde aperiuntur: humilioresque sunt, & medium tantum hominem retro stantem attingunt. Portæ vero spatium reliquum, aliquando apertum; quandoque suo velo, (portis enim cunctis sua debent appendi vela) depicto Michaelis ense armati facie metuenda, & oculis minas spirantibus, ut ingressum ad sacra prohibentis, vel saltem a temerario accessu deterrentis, occluditur. Septa hæc si mente attigeris, quænam sint Codino & Germano, *κάγκελα*, *κίονες*, *columellæ*, *thoracesve*, populum in templis incaute ad Altare accedentem, velut costæ ab intestinis infensa quæque prohibentes, & arcentes, confestim intelliges. De his Germanus in mystagogia. *κίονες δηλοῦσι τὸν τόπον διαχωρίζοντα τὸ βῆμα ἀπὸ τοῦ ναοῦ, καὶ κάγκελλοι τὸν τῆς προσευχῆς τόπον δηλοῦσι, ὃ εἰς σημαίνει τὴν μὲν ἔξωθεν τοῦ λαοῦ εἰσόδου, τὴν δὲ ἔνδον τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ὑπάρχειν, καὶ μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν ὄντα ἐπίβατα. Columellæ sive thoraces separantes Tribunale reliquo templo, & cancelli, locum orationis manifestant, quousque extrinsecus populus accedit, intrinsecus autem sunt sancta sanctorum solis sacerdotibus pervia.* Cancellos istos in Ecclesia Latina Walafridus Strabo agnovit: verum ubi locandi sint non prodidit. Extra septa hæc, locum Sacerdotibus Cantoribusque deputatum, Chorum videlicet assignat, sive Genebrardus, sive Hervetus, qui Liturgias in Bibl. PP. Græcorum interpretatus est, quem quia vocat *ἱερατεῖον*, probare nequeo: ad hæc enim usque septa venerabundo ad sacras imagines populo liberum est iter, *ut τὸ ἱερατεῖον in sanctuarium*, numquam. Quamvis non diffiteatur, Sacerdotes hodie in subselliis Choralibus sedentes canere, sed non is est eorum ut sacra facientium, sed tantum laudes divinas canentium locus, ut qui Psaltæ vel *ἀναγνῶσται* nonnunquam e sæcularium plebe electi sit pervius. Porro recidenda illa lignea, de quibus superius, mutavit Ecclesia Orientalis in tabulata solida, a tempore quo Iconoclastarum furore turbata plures & frequentiores sanctorum imagines ibi depictas esse voluit, earumque cultum perantiquum, probatum, & sedula crebraque observatia confirmatum. Cæterum, an velum illud quod adhuc in Ecclesiis Gallicis inter chorum & Altare appensum servamus quadragesimalis jejunii tempore, sit illius antiqui moris quem contemplamur, monumentum vel relictum vestigium, alteri decernendum remitto: ut ut sit, velum Mosaicum, sanctum a sancto sanctorum dividens hoc nostrum imitari; & præterea mundi partes superas & inferas referre in utraque Ecclesia, a Symeone Thessalonicensi lib. de Templo, & ab Honorio solitario libro tertio capite 26. Latinis nimirum pariterque Græcis auctoribus, edocemur.

E Sanctuario egressis, sive mediis sacris foribus, *διὰ τῆς ὡραίας πύλης*: sive porta australi & dextra: *διὰ τοῦ νοτίου κλίτους, διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους*: sive boreali, quæ Prothesi opposita est & sinistra *διὰ τοῦ βορείου κλίτους, διὰ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους*, in quibus I K & M litteræ sunt depictæ; confestim *Soleas* occurrit littera T dignoscendus, & a Græcis, *ὁ σολέας, ἡ σωλέα, σωλέα, τὸ σωλεῖον*, sive *σολέας, σωλέα, σωλεῖον, & σωλαίς*, diversis diversimode scribitur, & in Ecclesiis Græcis nomen ubique habet, in rarissimis conspicitur: unde contigit, ut qui magis docte de voce dissertationes instituerint, rem quoque simul se ostenderint penitus ignorasse. Atque equidem cum vox hæc *Soleas*, a Latino fonte sit deducta; quidam a *Sole*, alius a *Solo*, derivari opinati sunt: errant tamen illi toto cælo & tota terra: graviorique hallucinatur Cellotius qui ab expansa & exporrecta ejus forma qualis est *Soleæ*, sic dictum putat, quasi prophanis, *Soleis*, & non solutis calceamentis terra sancta calcanda foret, & non potius Christus Imperator in *Solio* Regio suspiciendus. Quid igitur *Soleas*? interrogat ille seipsum. Hæret mihi aqua: respondet. Turbida est certe cœno & solo, & sordidis ejus soleis prophanata. At non hæreat hic veritas quæ *σωλέα*, *Solium* Christi Imperatoris ad populum pro communione recipienda, extra sacras fores prodeuntis, esse asserit. Erigitur itaque extra cancellos *Solium* hoc, & Christo principi velut Thronus substernitur: ex quo, apposite voces has duas *βῆμα* & *σωλέα* sibi invicem conquadrare conspicis, & geminum Christi domini Thronum in Ecclesia Græca exprimere: *βῆμα* nempe, Tribunal regium intra septa sacra corpori ejus consecrando dedicatum: *σωλέα* vero ejusdem *Solium* extra cancellos pro eodem in communione dividendo fabricatum. Quam ampla, quam sublimia, de rebus divinis & Ecclesia sentiebant Græci Patres, qui minimæ parti vel loco templorum honorata, augusta, regia nomina imposita esse voluerunt: ne prophanæ & antiquæ Græciæ scriptoribus, qui *nullum*, ut canebat Lucanus, *suæ patriæ sine nomine saxum* reliquerunt, in rebus sacris & divinis æstimandis ingenio cessisse, & acie mentis inferiores fuisse comprobarent. Ac licet *Soleæ* vox Latinis ac Græcis Patribus ignota sit, nullatenus est dignitas ejus tenuis, vel obscura majestas apud illos: quandoquidem ubi de communione scribit Hieronymus adversus Luciferianos, *Episcopum* memorat *corpus Domini adtrectantem & de sublimi loco* (de Solea dictum puta) *Eucharistiam populo ministrantem*: & Chrysostomus Sacerdotem, pro Christi divino corpore distribuendo plebem Christianam invitantem depingens: *τότε χάριν*, inquit, *ὁ ψαλὰς τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις λέγει, πάσαν κινήσεως γέμειν, καὶ μέγα ἐπὶ ἐκείνης τῆς ἐρημίας κραυγὴν ἀνακραγεῖν*. *ea de causa stans excelsus* (in Solea utique) *& omnibus manifestus tremendo in illo silentio vehementer inclamat sancta sanctis*. Solam hinc antiquis Monachis in Ecclesia deputatum fuisse locum, e Dionysio colligimus, qui eos ad velum sacrum supra plebem adstantes commemorat: nunc Subdiaconis & Lectoribus sedes est reservata, ita Symeone Thessalonicensi attestante lib. de sacra. *ὑποδιάκονοι καὶ ἀναγνῶσται κατέχουσι καὶ, ἔξωθεν τοῦ βήματος περὶ τὸν σωλέα, δι᾽ ὃ καὶ θέσιν λαβόντες ἀναγνωσταί*. *Subdiaconos & Lectores extra sacrum Tribunal sedere convenit circa Soleam, qui Tribunalis Lectorum propterea nomen accepit*. Non omiserim hic libens, quod ubi de Solea mentionem egit Thessalonicensis confestim medios sacros cancellos contemplatur, tabulatum videlicet ligneum inter utrumque memoratum interius exteriusque Tribunal positum, in quo quamvis a dextris & sinistris portarum sacrarum, Christi sacras & Deiparæ Virginis imagines delineatas supra asseruerimus, alio tamen pacto ordinatas ille Thessalonicensis describit, *τὸ δὲ κιόνιον καὶ ὑπέρθυρον τῶν κιόνων ὁ κοσμήτης, σύνδεσμον τῶν συνθέτων, καὶ ὑπεράνω τοῦ κοσμήτου, μέσον μὲν τῶν τιμίων εἰκόνων ὁ σωτὴρ, ἑκατέρωθεν δὲ ἡ μήτηρ, καὶ ὁ Βαπτιστὴς, ἄγγελοι τε, καὶ Ἀπόστολοι, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἁγίων: ἵνα τὸν ἐν οὐρανοῖς τὸν Χριστὸν ἐπιδεικνύῃ, μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, καὶ μεθ᾽ ἡμῶν ὄντα τὸ νῦν, καὶ ἐρχόμενον τὸ ἐπίσημον* [illegible]. *Columnæ mediæ extant* (in tabulato) *& super columnas extenditur superbuta & coronis*, le plat fonds & la corniche, *compagem subtus illius continens: super coronidem vero, media sacrarum imaginum Salvatoris est, hinc inde vero Deiparæ matris, Baptistæ, Angelorum, Apostolorum, & reliquorum cælitum: & hac ratione Christum jam in cælis cum sanctis suis versari, & nobiscum quoque esse, & in futuro venturum, edocemur*. Tabulati hujus, sacrarumque imaginum custodia, *τῷ κανδηλάπτῃ* inter Lectores non ignobili commendatur; ipse vero *ὁ κανδηλάπτης* Sacristæ subminister sacras imagines a pulvere tersas conservat, lampades coram illis appensas & super coronidem *τὰ δωδεκάφωτα διὰ τὴν τῶν Ἀποστόλων χορείαν, ὧν μέσον τε λυχνοὺς ὑπεράνω εἰς τύπον τοῦ μεγάλου φωτὸς τοῦ Ἰησοῦ, duodecim cereos*, inquit Thessalonicensis, *propter Apostolorum chorum, quorum unus excelsior est in figuram magni luminis Jesu*: intra Tabernaculum quoque (cujus ingressus propterea conceditur) lumina quæque accendit: & totius *Soleæ*, ut circa illam & Sacristiam munere suo fungatur, spatium sibi commissum possidet.

E regione Soleæ in Templi totius meditullio (quamvis in Ecclesiis aliquibus in dextram vel sinistram partem pro loci opportunitate declinet) stat erectus Ambon, *ὁ ἄμβων κατὰ τῆς θύρας τοῦ βήματος ἵσταται*. *Ambon e conspectu portæ Tribunalis stat*, inquit, Thessalonicensis & iterum *τὸ ἱερώτατον βῆμα κατὰ ἀνατολὰς ἀφιδρύεται, ἐκ τοῦ ἀπέναντι ἄμβων τίθεται*. *Sacratissimum Tribunal ad orientem statuitur, & ex opposito, si permittat locus, Ambo ponitur*, cujus usum tam apud Græcos quam apud Latinos Cypriani tempus agnovit: ad quem cum ex utraque, id est, Occidentis & Orientis parte sit accessus, non adulterè ab *ambiendo*, sed ab *ascensu*, *ἀπὸ τοῦ ἀναβαίνειν*, legitimum nomen ejus deducitur. Illum qui in magna fuit Ecclesia describit M. S. Regium Codini verbis vulgaribus, *τὸν ἄμβωνα μετὰ τῆς σωλέας ἐποίησεν ἐκ σαρδονύχων*, & infra, [illegible] *Ambonem cum Solea Sardonychis fabrefecit Justinianus, ingensque Amboni trullum quam gemmis variisque lampadibus & lucernis decoravit. Pendebat Amboni crux libras centum, totaque Lucernis & gemmis respersa erat, & repagulorum vice, desuper aureis anulis circumdabatur*. Cruces enim cereis luminibus a Græcis oneratas jam Chrysostomi ætate Nicephorus narrat lib. 13. cap. 8. *τοὺς μὲν σταυροὺς ἀργυροῦς ἐπὶ κηροῖς ἡμμένοις προηγεῖσθαι*. *cruces argenteæ cereis respersæ præcedebant*. Jam vero, qui ex opposito portæ regiæ Tribunalis, statutus est Ambon, rei observatione dignæ ex hujusmodi situ fundamentum, ex Germano in mystagogia & eum sequuto Thessalonicensi lib. de sacra præbuit. *ὁ ἄμβων, κατὰ τῆς θύρας τοῦ βήματος ἵσταται, τὸν ἀποκυλισθέντα λίθον ἀπὸ τῆς θύρας τοῦ μνημείου δηλοῖ, καὶ τὸ ὕψος ἔχει διὰ τὸ τοῦ κηρύγματος ὕψος, καὶ ὃ ἐκεῖ ἐκάθισε τοῦ ἀγγέλου*. *Ambon coram portam Tribunalis statuitur revolutum lapidem a porta monumenti significans, & in altum erigitur propter prædicationis sublimitatem, & quod in illo sederit Angelus*. Ex quibus dictis constat juxta Thessalonicensem, Sacerdotem Diaconumque Ambonis conscendendi potestatem ob Evangelium legendum obtinuisse *ὅθεν ἐν ἀγγελικῷ σχήματι τύπον, διάκονοι τε καὶ πρεσβύτεροι τὸ θεῖον κηρύσσουσι εὐαγγέλιον, διάκονοι μὲν τῇ λειτουργίᾳ, ἱερεῖς δὲ τῷ ὄρθρῳ τοῦτο*. *Angelicum propterea exemplar imitati, Diaconi Sacerdotesque prædicant Evangelium: Diaconi quidem in Missa, Sacerdotes autem in laudibus, quæ mane legendæ occurrunt*. Cantoribus etiam Canonicis, in sacris nempe constitutis, & Pontificia bene-

distiore cantandi munus in Ecclesia adeptis in Ambonem licitus semper fuit conscensus ex Synodi Laodicenæ Can. 15. μὴ δεῖν πλὴν τῶν κανονικῶν ψαλτῶν, τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *Non oportet præter Canonicos Cantores, qui suggestum ascendunt & e membrana legunt, aliquos alios canere in Ecclesia.* Imperatori denique facultas eadem data est, apud Codinum de Off. Cur. CP. cap. 17. ubi & Ambonis forma satis apposite intelligitur, duplexque ejus gradus, hic ad Orientem, ille Occidentem prospiciens connotatur, juxta ejusdem auctoris verba. κατέρχεται ὁ βασιλεὺς τοῦ ἄμβωνος· οὐκ ἐκ τοῦ μέρους μέντοι ὅπερ ἀνῆλθε, ἢ ἐκ τοῦ πρὸς τὰς ὡραίας πύλας ὁρῶντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ πρὸς τὸ σωλέαν, καὶ τὸ ἅγιον βῆμα. *Descendit Imperator e suggestu, non ab ea parte qua ascendit, sive ab ea parte, quæ spectat versus speciosas portas* (quæ aditum Ecclesiæ vel chori ex Occidentis parte claudunt) *sed a parte altera quæ ad Soleam & sanctum Tribunal obversa est*, (id est, ad Orientem), Hujusmodi Ambonis formam, nisi melius dicam reliquias adhuc Romæ Sanctæ Mariæ ad Martyres sive in Cosmedin, S. Laurentii, S. Clementis, S. Pancratii templa servant, de quibus eruditos audio tractatus condi.

At si cantores, inquies, laudes divinas quondam celebraturi Ambonem conscendebant, an nunc est eis separatus in Ecclesia Græcorum chorus, & quonam ordine viri sacri solent in eis considere? Respondeo Monachalium aliarumque communium Ecclesiarum diversum penitus esse de ædificio sermonem, quia namque sibi solis ædificant Monachi, totum templi spatium a portis speciosis ad Soleam usque excurrens, totus etiam chorus est, apud illos, intellige cantantibus illis vel oraturis per totum, quaqua versus, templi ambitum στασίδια *Sedilia* esse disposita. καθολικαὶ vero hoc est communes, legitimæ, & omnibus fidelibus perviæ Ecclesiæ, sedilia quidem supra mediam Ecclesiæ regionem ostentant, hinc inde cantaturis exstructa: sed quæ nihilominus nullo a plebe separata sunt discrimine. Consule, amabo, positam supra templi Monachalis effigiem, & alias inferius depingendas Ecclesiarum communium, ut vel uno intuitu oculi, quam expono, differentiam comprehendas. Utrobique viros sacros habes Altaris viciniorem locum occupantes: Episcopus tamen vel alius superior supremum omnium in parte dextra tenet, ubi in tabula G litteram affiximus. Ad Episcopi sinistram in choro dextro Diaconi sedent; illi etenim post Hierarcham prima Ecclesiæ officia Oeconomi puta, Sacellarii, Chartophylacis &c. obtinent, & Pontifici obsequium præstituri, præsto quoque debent adesse: post eos circa Analogium Psaltæ & Lectores, quos deinde Sacerdotes aliqui sequuntur. Chori autem sinistri Archipresbyter cæterique sacerdotes, & officiales occupant sedilia ordine, quem opusculis de hoc speciatim instituris inferius, ubi de ordinationibus, Deo favente, exhibebimus. Infra choros orantes viri stant in Ecclesiæ medio sinu, in Monasteriis ἰδιῶται *Monachi conversi & illitterati*, cum plebeiis sæcularibus, Narthecem inter & chorum, juxta portas speciosas consistunt: vel in Narthece, si tamen choro conjunctus sit. Mulieres vero de quibus hucusque tacuimus, a viris vel muro humiliori, vel cancellis seu clatris, quibus sacra celebranda perspicere possint, ubique sejunguntur (quod in antiquis etiamnum hodie Orientis Ecclesiis observatur) κατηχούμενα *loca verbo Dei officiisque Ecclesiasticis audiendis* in altum excructa, vel cameras superiores vastum Ecclesiæ sinum circumambientes, & in illum fenestris clatrisque interpositis undequaque prospectum habentes, sibi reservatas obtinent: sive autem superiores illæ fecestæ & ambulacra intra ædificii latera circumducta, sive separata quædam pars (Græcis γυναικωνῖτις & γυναικεῖον, Latinis apud Ciacconium in Anastasio Juniore *matroneum*, & in ordine Romano *pars mulierum* dicta) sit illis inferius assignata: a viris Angelorum consortio, colloquioque in oratione perfruentibus, tamquam injecto velo, juxta Pauli monitum, sub cancellis illas etiam hodie vultus subducere constat. Siquidemque cancelli velis quæ ibidem Basilius ob mulierculam impudice Diacono sibi ministranti annuentem, dum de superis in Altare prospiceret, appendi jussit: βῆλα παραχρῆμα ἐκέλευσε κρεμασθῆναι, ἐν τοῖς κατηχουμένοις, διαπτάμενα ταῖς γυναιξὶν, ὡς εἴ τις ἔξω τὸ βλέμμα ὅπερ δεικνύοιτο, τῆς θείας λειτουργίας γινομένης ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀκοινώνητον μένειν. *Confestim vela e speculis suspendi præcepit injungens mulieribus, ut si quæ deprehensa esset dum sacra peraguntur caput ad respiciendum emittere, de Ecclesia pelleretur & extra communionem fieret*; ita Ampilochius in Basilii vita: de hujusmodi vero pudoris, vel decoris observantia Constitutionem Apostolicam emanasse testatur Clemens Romanus l. 2. c. 57. & ad ejusmodi loci piam cogitationem, virginem lapsam revocat Ambrosius, libri ad eam missi c. 6. *Nonne vel illum locum tabulis separatum, in quo in Ecclesia stabas, recordari debuisti, ad quem religiosæ matronæ, & nobiles certatim currebant, tua oscula petentes quasi sanctioris & dignioris? Nonne & illa præcepta quæ scriptus paries tuis oculis ingerebat, recordari debuisti?* Hacque eadem ratione viros a mulieribus in Ecclesiis separatos, suo etiam tempore, scribit Amalarius Fortunatus lib. 3. cap. 3. hosque in australi, dextera scilicet parte, ut digniores: mulieres autem ut subditas, in boreali, velut statione tutiori fuisse collocatas docet. Arridet ratio hæc, hodiernusque Græcorum usus illi suffragatur: quamquam & pro loci opportunitate, in ultimam templi partem, ut infra delineandæ tabulæ ostendent, nonnumquam eas rejiciant: & in magna Ecclesia ex utroque virorum latere, in duplici γυναικωνίτῃ sive γυναικείῳ sedem habuisse describat Codinus, in quo τὰ πρωτεῖα primas ut dicunt, ταῖς καλογραίαις *Monialibus* καὶ ταῖς τῶν πρεσβυτέρων *presbyterorum uxoribus*, pro earum dignitate, deferunt.

Jam cum portarum numerus, ordo, nomen, consideranda se objiciant: nec nisi cognitis locis, ad quæ viam aperiunt, integre percipi possint: loca ipsa, Narthecem pura & expansum in longum alterius templi spatium, adjuncta quam habet ad Monastica templa varietate, integre delineare præstat.

Sit



Sit itaque Ecclesiæ καθολικῆς *legitimæ*, pro moderno vocis hujus sensu, sive ad Balsamonis mentem, *viris mulieribusque communis*, secunda hæc Iconographia: & littera A ἅγιον βῆμα, B Sanctuarii mediam portam τὰ ἅγια θύρα, C altare, D πρόθεσιν, E διακονικὸν, F Soleam, G Episcopi thronum extra missarum solemnia intellige, H Diaconorum, I Lectorum, K Archipresbyteri sedile, L Ἀναλογεῖον *pulpitum*, M Ambonem, N γυναικεῖον *Fœminarum locum*, O portam γυναικείαν exteriorem, P aliam interiorem qua recipiendorum Sacramentorum gratia in Ecclesiam penetrant, Q Narem mediam Ecclesiæ, R Portas Speciosas. S Baptisterium, T Narthecem *Vestibulum*, V Columnas fornicem & porticum sustinentes, quarum medium omne spatium vacuum est & apertum, designent: aut si mavis intercludantur spatia quæq; interis, unusq; solus in medio, ubi X littera est, aditus reservetur.

Narthex seu porticus profunditatem obtinet modicam, & ab uno templi latere, ad aliud longitudine excurrit; est enim illi ex æquo præjacens & transversa; Latinisque Vestibulum, Limen, Porticus, Atrium, Ferula, &c. dicitur: apud Græcos πρόναος & νάρθηξ vocari consuevit. In ea infidelibus & communionis jure privatis, aliqua officiorum sacrorum parte, & concionis vel lectionis tempore licitum consistere: Pœnitentibus & Cathecumenis ex præcepto imperatum. Cum autem Pœnitentium quidam intra ipsius templi gremium admissi, alii fuerint extra limen omnino ejecti, alii tandem intra Narthecis sive Vestibuli sinum & ambitum excepti; succincte qua fieri potest, Pœnitentiæ gradus, variaque Pœnitentibus assignata loca, ex reconditis Græcorum monumentis, in lucem proferenda, clarisque auctorum testimoniis pervestiganda sunt, & illustranda.

Pœnitentium quinque gradus constituit Gregorius Thaumaturgus, quatuor Matthæus Blastarius, ternario vult eos includi Albaspinæus Aurelianensis Præsul, rituum Ecclesiæ antiquorum inter recentes scriptor peritissimus. Im primo statim gradu collocant plerique *Lugentes* sive *Flentes* προσκλαίοντας, τοὺς ἐν προσκλαύσει, qui duriora Pœnitentiæ subibant onera, & in habitu vili, ciliciloque strato, intrantium Ecclesiam, ut ipsi restituerentur, opem, & erga Deum precum subsidium implorabant. Hos Tertullianus de pudicit. cap. 13. vocat. *Consilitos, concineratos, cum dedecore & horrore compositos, prostratos in medium ante viduas, ante Presbyteros, omnium lachrymas suadentes, omnium vestigia lambentes, omnium genua detinentes.* Albaspinæus tamen nondum eos Pœnitentium collegio consociat, sed potius hac habitus vilitate, lachrymis, precibus, provolutionibus, pœnitentiæ solummodo *Candidatos* se profiteri, illam ambire, ut non omnino Ecclesiæ liminibus arcerentur, nec omnibus horrori diutius forent, & detestationi, uno verbo non Pœnitentiam ducere, sed eam precari, procarique Pontifex præfatus existimat. Quos vero ἀκροωμένους *Audientes* ad secundum gradum evehit Thaumaturgus, hic idem in primo tantum sistere docet, utpote quorum abjectio pro delictis exsolvere inciperet: & nulla pro eis ab Ecclesia facta oratione, liminibus expellebantur, hoc uno satis cumulari beneficio reputati, si Dei verbum cujus observantiam pravis facinoribus detrectaverant cum Cathecumenis & Infidelibus iterum audire, & ejus præcepta repetere permitterentur. Tertium Pœnitentium seriem componunt apud Neocæsariensem Antistitem, οἱ ἐν ὑποπτώσει, *qui Substrati & subjecti*, quique sacras lectiones & prædicationes cum Cathecumenis & Audientibus excipiebant auribus, sed non absque orationis beneficio dimittebantur: imo quia prono in terram capite, genibus provoluti, manibus Episcoporum suppositi eam suscipiebant, ὑποπίπτοντες propterea, & quasi de novo sub jugum Ecclesiæ, legisque divinæ missi censebantur.

Euchelog.

Hos sequuntur συνιστάμενοι *Consistentes*, qui precum communionem consequuti, in orationibus, officiis cunctisque Deo reddendis obsequiis, in Ecclesia *consistebant*, ab oblationibus tamen faciendis abstinere

C

jubebantur, & quæcumque Sacramentorum participatione nondum digni habiti perseverabant cum reliquis in oratione, & *Consistentium* nomine honestati Albaspinæo ultimum, Gregorio Thaumaturgo quartum Pœnitentiæ locum obtinebant: post eos namque enumerat (numeratque eumdem Balsamon observat) τοὺς μετέχοντας, *Participantes, seu Sacramentorum participes factos*, quos quia Pœnitentium limites nondum plene excessisse demonstrat, non ita Ecclesiæ restitutos, ejus pacem accepisse, communionemque sortitos putaverim, ut fidelium reliquorum quos nullius delicti infamia depressisset, privilegiis & prærogativis gauderent: quin potius pœnitentiæ præteritæ signa insustaque notas asservasse, in ambiendis saltem & recipiendis Ecclesiæ honoribus crediderim afferendum. Jam quod ad rem præsentem spectat, quodque paucissimos observasse, nonnullosque male mente apprehendisse comperio, his omnibus Pœnitentium generibus, Energumenis, aliisque baptismum & Ecclesiæ societatem ambientibus, sua sedes locusque in templis est assignandus. Lugentes quidem, ut e *Pœnitentium* collegio expungunt quidam, sic & scriptores cuncti, si tamen sinceri sint, & eorum statum probe perceperint, in nulla templi parte pedem figere permittunt, sed *in Area* Ecclesiæ prajacente, *in Atrio*, sub dio, in pulvere & luto volvi oportere contendunt: unde & temporis tempestatibus jactari, & doloris contritionisque procellis agitari, *Hyemantes*, a Latinis auctoribus sunt dicti, proprie quidem satis, hac ratione attenta, improprie tamen omnino cum χειμαζομένοις, ita interpretantur, qui Pœnitentes nusquam erant, sed *Energumeni*, ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων χειμαζόμενοι, scribit infra Euchologium *a spiritibus immundis jactati*, qui deprimendæ diabolicæ superbiæ causa in ultimum *Vestibuli* recessum, vel *in Aream & Atrium* [illegible] Græci nuncupant, aeris injuriis lacessendi, pedibusque omnium cum præfatis Pœnitentibus conterendi, amandabantur. Hoc pacto de Flentibus positos Canones exponit Balsamon in Trullanum 87. Can. τὸ προσκλαίειν ἔξω τῆς πύλης (ἐστιν.) *Extra templi Vestibulum abitus Fletuum pœna.* (Cujus quidem dicti si meminisset in Can. 17. Ancyranum, probatam a nobis aliisque quos refert auctoribus περὶ τῶν χειμαζομένων sententiam non reprobasset, ut novam & ferme inauditam adstrueret) Clarius auctor idem in Can. 2. Dionysii Alexandrini [illegible] *Vestibulum locus est secundæ pœnitentiæ, qui ductor audientium: & in ipsis ne vero quidem sicut permittitur ab Ecclesia ejectis: sed extra ipsum desere.* De illis Gregorius verba [illegible] occurrit intelligendus, cum ait, πρόσκλαυσις ἔξω τῆς πύλης τοῦ εὐκτηρίου, ἔνθα ἑστῶτα τὸν ἁμαρτάνοντα χρὴ τῶν εἰσιόντων δεῖσθαι πιστῶν, ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. *Planctus extra portam Oratorii est, ubi peccatorem stantem oportet fideles ingredientes precari, ut pro se orent.* Concipit ille *Porticum exteriorem, Vestibulum* Ecclesiæ muris cinctum, unaque tantum porta ut supra fieri posse concessimus perviam: & cum eo Matthæus Blastares elemento π. περὶ τῶν τόπων τῆς μετανοίας, *de Pœnitentiæ locis*, [illegible] *Pœnitentes in quatuor ordines divisi sunt, in Lugentes, Audientes, Substratos, & Consistentes. Et Lugentes quidem extra portam Oratorii stant: & ab ingressuris & egredientibus fidelibus orationis subsidium delictisque veniam deprecantur.* Cum his aliquo saltem tempore baptismum primo ambientes consedisse (a qua tamen prece subjectione vindicat illos Albaspinæus) quidam scribunt: Energumenos vero etiam illuc detrusos sibi persuadebam, qui dæmonis inhabitantis superbiam abjectione dicta deprimendam, & officia Ecclesiæ verbique divini enunciationem, ab omni tumultu & impedimento ab hostes pacis & quietis excitato, tranquillam volet & liberam.

Aream Subdialem, ad quam Lugentes cum Energumenis relegantur & Atrium prætereuntis, occurrit Ecclesiæ Porticus, de qua jam abunde, quæ νάρθηξ *Ferula* dicitur, locusque gradus secundi Pœnitentium est, quos jam corripit, & *Ferulæ* suæ submittit Ecclesia; de illa loquitur Thaumaturgus: ἡ ἀκρόασις ἔνδοθι τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι, ἔνθα ἑστάναι χρὴ τὸν ἁμαρτήσαντα ἕως τῶν κατηχουμένων, καὶ ἐντεῦθεν ἐξέρχεσθαι· ἀκούων γὰρ φησὶ τῶν γραφῶν ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ ἀξιούσθω τῆς προσευχῆς. *Auditio est intra portam in Ferula, ubi oportet peccatorem stare usque ad Catechumenos* (id est retro Catechumenos, nisi melius interpretemur usque ad ea quæ Catechumenis licet audire) *& illinc egredi. Audiens enim, inquit* (Ecclesiæ decretum) *Scripturas & doctrinam ejiciatur, & oratione indignus habeatur.* Matthæus Blastares in idem: ἀκρώμενοι δὲ οἱ ἔνδον τῆς θύρας ἱστάμενοι, ἐν τῷ λεγομένῳ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῆς κοινῆς ἀπολαύοντες διδασκαλίας, εἶθ' οὕτω μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξερχόμενοι. *Audientes intra portam stant, in Ferula vocato loco; & divinarum scripturarum lectionem, communiaque populi rudimenta audiunt: tum vero cum Catechumenis egrediuntur.* Quod ita intelligendum censeo, ut idem omnino utrorumque egressus temporis momentum præfigeretur: duos enim Catechumenorum ordines lego apud Balsamonem in Can. 5. Neocæsariensem, Audientium videlicet & Perfectiorum, quos alii Competentes dicunt, hi nonnisi post orationem sibi propriam Diaconi jussu secedebant, illi lecto Evangelio confestim excludebantur: δύο τάξεις τῶν κατηχουμένων εἰσί· οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσερχόμενοι, [illegible] μετὰ τὴν ἀκρόασιν τῶν γραφῶν καὶ τοῦ εὐαγγελίου ἐξῄεσαν· οἱ δὲ ἤδη προσελθόντες, καὶ γενόμενοι τελειότεροι, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένοντες [illegible] ἐξήρχοντο καὶ οὗτοι. *Duo sunt ordines Catechumenorum. Hi enim nuper accesserunt, & ut imperfectiores, post scripturarum & divinorum Evangeliorum auditionem statim exeunt. Illi vero jam pridem accesserunt, & perfectiores evaserunt. Unde & orationem quæ fit supra Catechumenos expectantes, in ea genuflectunt. Quando autem pronunciatum fuerit, Catechumeni procedite: tunc & ipsi exeunt.* Cum utrisque Pœnitentes ejectos annoto ex eodem in Can. 4. Ancyranum. Audientes quidem Pœnitentes, cum Catechumenis audientibus: Substratos vero, cum perfectioribus sive competentibus. De illis, ἀκροώμενοι τῶν θείων γραφῶν ἐν τῷ νάρθηκι. *Sacras scripturas in porticu vestibuli audiens*, inquit: de his subditur [illegible] ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος ἱστάμενοι μέχρι τῆς τῶν κατηχουμένων ἐξόδου· [illegible] *Substernentur*, id est, in Ecclesia manebant retro Ambonem usque ad Catechumenorum exitum, tunc enim & ipsi egrediuntur. Hacque de causa, τό, ἕως τῶν κατηχουμένων, a Thaumaturgo scriptum, *usque ad Catechumenorum tempus & locum* interpretor, vel *retro Catechumenos*, ut qui priores egressuri retro stare deberent, & propter admissa facinora, etiam illis inferiores haberentur.

Substratorum deinde locus erat in Ecclesiæ inferiori parte, portamque solam Ecclesiæ prætergredi, & in ejus navim ingredi fas erat, & retro Ambonem consistere, ait Blastares: ὑποπίπτοντες δὲ εἰσίν, οἱ ἔνδον τῆς ἐκκλησίας· κατόπιν δὲ τοῦ ἄμβωνος ἱστάμενοι, [illegible] μετὰ τῶν κατηχουμένων [illegible] *Substrati vero intra Ecclesiam, retro Ambonem stant: atque cum Catechumenis egrediuntur ipsi quoque, Quotquot Catechumeni sunt, exeant, e Diacono publice exclamatum fuerit.* Orationi tamen super se dicendæ, substernebantur & procidebant, cum in egressu Catechumenos modico facto intervallo sequebantur, & si voluissent, non hi, tum pœnitentes quilibet, necnon & excommunicati, poterant ἐν προναΐῳ *in Atrio*, totius integræ missæ tempore consistere; ut affirmat Balsamon in S. Dionysii Alexandrini Canonem, [illegible] *quia hoc ad majorem eorum contritionem conducit.* Supra Substratos, de quibus hucusque, necesse est Consistentes locare in ipso, ut videtur, Ecclesiæ gremio: postquam enim de Substratis dixit Gregorius: ἡ ὑπόπτωσις ἵνα ἔσωθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ἱστάμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξέρχηται. *Prostratio est intra ipsam templi portam, in qua peccator stans cum Catechumenis discedit*: de Consistentibus subdit: ἡ σύστασις ἵνα συνίσταται τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ ἐξέρχηται μετὰ τῶν κατηχουμένων: *Consistentia est, ubi peccator cum fidelibus residet, nec cum Catechumenis egreditur.* Et Matthæus Blastares: [illegible] *Consistentes porro sunt qui fidelibus comprecantur, & simul psallunt: mysteriorum vero sacrorum participatione abstinent, usque dum, præfinito tempore elapso, divinæ communionis perfectio illos exceperit.* Tum juxta Gregorium sequitur, τῶν ἁγιασμάτων μέθεξις, *Sacramentorum consortium*, quod Ecclesiæ restitutis oportuit ultimo omnium reddi, ut conditionis præteritæ memores, & humilem locum servare, & a condonatis delictis sibi cavere attenderent. Ex dictis liquet unum tantum Narthecem, Ferulam unam, Catechumenis & Pœnitentibus Audientibus excipiendis sufficisse: licet, ut verum fatente, mirari satis non possim cur quatuor Codinus enumeraverit in S. Sophiæ templo describendo, non enim contentus τῷ ὅλῳ numero multitudinis posuisse, confestim quot intelligat, recenset his verbis, ἀπὸ τοῦ βήματος ἕως τῶν τεσσάρων ναρθήκων, *a Tribunali adusque quatuor Narthecas.* Nathanael S. Mauræ Præsul tres in plerisque Monasteriis reperiri affirmat, quorum primum & magis intimum constituit eo in loco, quem supra diximus infra ναὸν (qui apud Monachos totus chorus est) [illegible] eorum *conversis* & Laicis orantibus deputari: secundum interiorem mediumque, qui ἐσωνάρθηξ dicitur, & vulgo ἐσωνάρθηκας: tertium, exteriorem omnino, qui ἐξωνάρθηκας & [illegible] corrupte vocatur, cum potius ἐξωνάρθηξ & [illegible] rectius audiret. Lego insuper Petrum quemdam Gyllium Topographiam Constantinopoleos explicantem lib. 2. cap. 4. duplicem Narthecem in S. Sophiæ templo annotantem, his verbis. *Porticus templi duplex est: interior clauditur muris utrinque marmorum splendidissima varietate vestitis: tegitur cameris figuratis ornamento tessellato calculorum inauratorum. Ex hujus porticus latere Orientali unum portis patet exitus ex interiori porticu in exteriorem porticum, ex qua proditur in aream, ubi perennes saliunt aquæ, ad quas ex area descenditur multis gradibus.* Audio tamen ab aliis unam ibi tantum porticum fabricatam, nec in ulla Basilica, sive nova, sive vetustiori, plures quam unam Romæ, vel alibi, ut Par. sis apud S. Genovefæ, S. Victoris, S. Germani utriusque de pratis & Autissiodorensis, &c. annotare licet. Quid in tanta relationum varietate circa Narthecem pluralitatem tenendum sit, quidve similius vero sit habendum breviter expono. In Ecclesiis quas diximus communes, & καθολικὰς, ubi nempe promiscui sexus fidelium vulgo additas, quas parochias, vel cathedrales Ecclesias vocamus, unum aliquando Narthecem, nullum sæpius, etiam mihi curiosus indaganti observare licuit, in Monasteriis semper duos ἐσωνάρθηκα & ἐξωνάρθηκα, sive [illegible] vocatos. Monachi siquidem cum Pœnitentium formam repræsentent, imo cum vere animum statumque eorum affectent & induant, ut Pœnitentes plurimam divinorum officiorum partem in Narthece persolvunt; Matutinorum scilicet portionem, minores horas, primam, tertiam, &c. cum Completorio: solasque fere Laudes cum Missa, & Vesperis, ἐν ναῷ, *in Templo*, celebrant: ibi propterea, in Narthece nimirum, sedilia adinstar Choralium, (ut ex prima tabula annotabis) in quibus consistant, erecta habent: & cum antiquitus, ubi adultorum adhuc baptismus differebatur, non minus a Matutinorum & Vesperarum, quam a missæ secretiori & devotiori parte Catechumeni Pœnitentesque excluderentur, in Officiis siquidem veteris a nobis, ubi de Matutinis & Vesperis tractabitur proferendis, Orationes quædam sunt primo cunctis simul communes, tum aliæ Catechumenis amandandis, tum aliæ denique fidelibus remanentibus propriæ: Monachi hac de causa Pœnitentium personam agentes, persolventes in Narthece communem officii partem, reliquam velut sanctiorem & fidelibus tantum propriam, in templo recitandam reservant; interim seu Pœnitentes portis templi clausis, & velo etiam obductis, in Narthece stant; cumque Modulum hunc [illegible] Θεοτόκε, &c. occinunt, portis tunc Speciosis templum subeunt, & officium sensim ad finem deducunt. Subindicat hæc cuncta Symeon Thessalonicensis opusculo de templo: ὅτε μὲν γὰρ, inquit, πρὸ τοῦ ναοῦ τὰς εὐχὰς ποιοῦμεν, [illegible] *Quando ante Templum* (in Narthece) *preces facimus, cæli id loco habemus, & paradisi in Edem similitudinem gerit. Quapropter etiam quibusdam velis in sacris Monasteriis dum extra psallunt, occluditur, quæ ingredientes deducunt, eo declarantes Christum ad nos usque descendisse mediumque parietem maceriæ dissolvisse, datamque pacem cælum nos subvenisse. Quinetiam in crimina lapsi illuc intrare non audent.* Intrant vero Monachi ii a peccato puri: non intraverant autem illuc usque quia aliquo tempore Pœnitentium personam eos profiteri decebat in illo Narthece, quem sive ex consuetudine ab antiquis temporibus inducta, sive ad aeris inclementiam facilius vitandam muris undequaque cinxerunt, & velut ædificii totius Ecclesiæ partem non ignobilem habuerunt: exterius autem & aream versus porticum aliam extruxerunt, ingressuris Ecclesiam & Narthecem interiorem, ab aeris inclementia defendendis idoneam, quam ἐξωνάρθηκα vocaverunt, tota tamen Ecclesia humilior est, forisque prominet, nec toto suo spatio Ecclesiæ latitudinem locis in quibusdam æquat, & ex utraque ejus parte (ubi in celebrioribus templis nostris turres campanarias erigere solemus) pendent laminæ ferreæ, sive area crepitacula, aliaque ligna convocando in Ecclesiam populo, si malleolo percussa fuerint, accommoda. Sunt itaque duo, ratione exposita in Monasteriis Nartheces, qui etiam si alibi reperiantur, non iisdem censentur aliquando usibus deputati, sed diversis, locandis scilicet Catechumenis, illisque tanquam in domibus & habitationibus, Catechismi tempore retinendis: quod ita fieri sua ætate Symeon Thessalonicensis observavit lib. de Sacra. [illegible] *Templorum videlicet principia, & catechumena, catechumenorum nempe domicilia, quæ & propterea excogitata sunt* (vide novam hujusmodi usus adinventionem) *ut & hi auditu visuque solo divinorum participes fierent, & labiis linguaque fidem profiterentur, devotionisque verba modularentur, non tamen communicant precibus, sed earum exortes sunt, utpote ab eis semoti.* Unde (quod quidem ex proposito contendimus) ubi manifesta Narthecis desit structura, in inferiorem Ecclesiæ partem retro Ambonem, Pœnitentes & Catechumenos his aliis verbis ibidem admittit: οἱ κατηχούμενοι, καὶ οἱ ἐν ἁμαρτήμασιν [illegible] *Catechumeni & Pœnitentes siti adhuc criminibus*

Euchelog.

obstrictis, vetere Amboneem fiant, circa templi portes intus. Qui pii sunt quidem, & fidem profitentur, nondum tamen fuga illuminati: ut neque perfecti dicireo, vel ut nondum membra Ecclesiæ sacro charactere insignita, foras ejiciantur tempore quo sacra mysteria incantantur ad altare.

His itaque perspectis quod, supra promissum a nobis est, & hucusque omissum vel dictum, ut nempe numerum, ordinem, & nomina portarum Ecclesiæ proferremus, paucis exequendum. Tres præcipuas tum in Euchologico textu, tum apud plerosque auctores recenseri comperio: *δόξας, ἁγίας, καὶ μεγάλας, Sanctas, speciosas, & magnas. ἁγίαι*, sunt *τὰ βήματα*, & ad sacrum altare, recta iter aperiunt, & in prima tabula littera M, in secunda B signantur, & hujusmodi nomen sunt sortitæ, quia *sancta* mysteria per eas proferuntur, vel quia per illas tantum habet *Rex* omnium & dominorum Dominus, *βασιλεὺς* etiam audire meruerunt. *ἁγίαι* sunt, quæ totum Ecclesiæ spatium claudunt, & templum ipsum a Narthece separant, & in priori quidem tabula littera V, in altera R dignoscendæ occurrunt: & *ἁγίαι* quidem vocantur a dictione *ἅγιος*, non prout *temporis vel diei partem* significat, quasi in hujusmodi portis Sciatherica forent Horologia depicta; somniam enim Francisci Junii redolet hæc interpretatio: sed potius prout *horum precorium*, & Officiorum Ecclesiasticorum partem quamlibet designat: jam jam enim docuimus in Narthece ad hujusmodi Portas, preces fieri, Matutinum officium inchoare, minores *Horas* cum Completorio recitari: nisi forsan velis a *forma*, *specie*, & *decore*, *ὡραῖος* dici, sic namque *ἀπὸ τῆς ὥρας*, *Speciosas* ubique interpretamur, quia eas prætergressi *speciem & ornatum* templi cotius prospectant, & cum Petro & Joanne ad Sanctuarium Dei adoraturi penetrare confixerunt: Quæ tandem Narthecem exterius claudunt *μεγάλαι*, dicuntur & *ἁγιωταὶ*, si quippe vocatas reperies apud Maximum Cythereensem narratione quam habet 8. Sept. *ἐκλεκτὰς ἁγιωτάτας τοῦτας ἐκεῖ ἔφαν καλουμένας* (vulgaris est hic idiotismus) *& ἐκασταύροτας εἰς τὸ κατὰ. Portas Argenteas quæ clausæ erant aperuit & ingressus templum, &c. Argenteæ* vero dicuntur, sive quod in magna Ecclesia laminis argenteis superductæ fuerint, sive ad nomen ex aliis templi Hierosolymitani aucupandum, quas *argenteas* scribit Josephus. Quamvis non inficier, *speciosas* etiam alicubi dici *Regias*: sicut & *Regias* tribunalia, *speciosas* vocari: sed hic si vulgi & minus peritorum abusus, ut vocabulum uni rei significandæ impositum, aliis nonnunquam sine delectu addicatur. Ut patear tamen *ἀκριβῶς* propriis eas dici, quæ Narthecem inter & templum interjacent, Codinus audiendus de Of. Cur. Const. cap. 17. qui Amboneem in templo respicit *ἐν τῷ μέσῳ τῶν τῆς ἁγίας πύλης ἀμβώνων*, *ex ea parte quæ speciosi portis obversa est*. Claudunt itaque illæ templum: dixerat autem prius c. 15. aliquid fieri *ἐκτὸς τῶν ἁγίων ἐκφωνήσεων τοῦτο, ὅτι ἐν τῷ προνάῳ, extra portas quæ appellantur Speciosæ, id est, in Narthece sive Vestibulo*: foris ergo Vestibulum est: illeque mediæ inter ipsum & templum consistunt; & vel ternæ vel quinquenæ, tum apud Latinos, tum apud Græcos extructæ cernuntur, & usque ad novenarium numerum ascendisse in S. Sophiæ templo, Gyllius supra relatus, ut probatus testis & oculatus, commemorat.

Tuti denique Monasticorum maxime templorum moli, *Area* subdivalis (quam Maximus Cythereensis loco præfato vocat *αὐλὴν τῶν νάρθηκος*, *Narthecis aream*, Codinus cap. 17. *προαύλιον Atrium*) substernitur: in eo frequentius est *φιάλη*, *fons aquis erumpentibus conspicuus*, & ad templum accessuris lavandæ faciei vel manuum gratia, pervius: appetunt enim Græci corporis mundities, & exantiqua traditione impuri Ecclesias intrare verentur. Ita Eusebius lib. 10. cap. 4. *κρήνας ἔνυδρους εἰς τὸ ἀφόρητον ἐπικλύζων πολλοῖς τῷ χεύματι τὸ παντὸς αὐτὸ περιῤῥεῖσθαι ἰρεῖ ἐπὶ τὰ ἔσω φοιτῶσι τοῦ ἀποβλύζειν παρέχοντος*. *Ex adversa fronte facies præparavit* (Constantinus) *copioso aquarum fluxu, ad sacrorum septorum penetralia contendentibus, lustrationem præsiturus*. Commendatum quoque id habuere majores nostri, & in hunc finem commemorat Paulinus ep. 32. ad Alet. in templi vestibulo positum Fontem. *In vestibulo*, inquit, *Cantharum minister manibus & oribus nostris fluenta sufficiens, fusiliatus solido ære thalus ornat & inumbrat, non sine multiplici specie, quatuor columnis salientes aquas ambiens: decet enim ingressum Ecclesiæ talis ornatus: ut quod intus mysterio salutaris geritur, spectabili pro foribus opere signetur*. Convincunt hæc Pauli verba, quod & Balsamoni in Can. 76. sextæ Synodi placuit, præfatam Aream fonteisque in ea positos, intra Ecclesiæ septa concludi: contrarium siquidem sententiam repudiat his verbis, *ἐπεὶ τινὲς, οἱ παραβάλλειν ἐκκλησιαστικὴν ὁ κανὼν κελεύει τὴν ἀκοινώνητον ἐκείνην αὐλὴν, ἤγουν τὸ προαύλιον, καὶ τὰ ἔνερθεν αὐτῆς ἢ ὅπερ ἐστὶν τὰ ἐν λαϊκῇ ἀκοινωνησίᾳ ὄντα φέρειν ἐκκλησίαν*) *τοῦτο ἐκ ἰσχύει*. *Dicebant quidam Canonem, ambitus Ecclesiasticos vocans Vestibula uniuscujusque templi: non autem fontes aliasve lucrarum edium partes ipsis junctas. Pluribus tamen hæc opinio displicuit*. Cæterum ejusmodi lavacris successit aqua Sacerdotis precibus benedicta, qua ad leviorum peccatorum expurgationem adeuntes Ecclesiam aspergerentur. Aquam vero benedictam non habent in usu Græci præ foribus Ecclesiæ apponere, nisi forte ubi inter Latinos commorantes eorum consuetudini favere appetunt: tunc enim aquam benedictam, quam vocant minorem, de qua suo loco, consecrant: ipsique etiam eadem se se expiare assolent.

Superest ut ad propositæ hucusque rei illustrationem ampliorem tabulæ alias duas, simplicium magis minusque amplarum Ecclesiarum explicemus, quibus & quod præcessit, & quod deinceps dicturi sumus de illis magis ac magis illucescat. A itaque *ἔσω βῆμα*. B Abdidem unam, eamque solam super altare. C Prothesim. D portam ejus. E portas sacras absque Diaconico in parte dextra. F Cancellos. G Sedilia cantorum ex utraque parte. H spatium vitis concessum. I Gynæceum in infima parte Ecclesiæ versus majorem portam sitam. H portam, qua in Gynæceum mulieres ingrediuntur. I aliam portam, qua vel sacras imagines adoraturæ, vel Sacramentis communicaturæ in Ecclesiam ascendunt. K Concham aquæ in Theophaniis benedictæ, plerisque in locis hic repositæ. L portam ultimam, qua viris datur in Ecclesiam ingressus, commonstrat.



Ultima tandem Tabula licet Ecclesiæ minus splendidæ, super alias, hæc adhuc adnotanda suggerit. Primum, quod ubi littera A depicta est Testudo vel Absis, quæ nullo in sacro ædificio deesse potest, hic quoque ostenditur: Si namque Cæli figura est sacri Tribunalis spatium, semifornicem in Ecclesiis omnibus, & ubique obtinebit, ait Symeon Thess. ut supercælestem Christi sedem intelligendam præbeat: *ἐπὶ τοῦ ἡμικυκλίου τοῦ ἱερατικοῦ τὸ τοιοῦτον ἐπιτηδεύεται σχῆμα, ἵνα ὑπερουράνιος ὁ θρόνος τοῦ Χριστοῦ νοῆται*. B Prothesios est indicium. C unius solius portæ, qua viri & mulieres promiscue intrant, & exeunt: ita tamen ut viri ad B spatium superius, mulieres ad E spatium inferius, nullo tabulato eas a viris sejungente, se congregent: vel si in imo non consistant solo, per gradus E hinc inde, ad speculas superiores & *κατηχούμενα* se conferant, ut inde clatris tectæ officia, & sacra quæ



que celebrari facilius prospiciabat. E quod mirum est, in Ecclesia Graeca, secundum altare delineata indicat: & proinde Ecclesiam quae non aucta & integre est Graeci juris, arguit; sed hujusmodi in quam Graeci paritet ac Latini illud sibi comparatum habeant; unde & in iis Missas, officia, laudesque divinas, diversis propriis servatis utrique, alternis horis peragunt: ita tamen ut qui die Sacerdos Latinus celebravit, Graecus deinde sacrum facere derrectet: non quidem in Latini ritus contemptum vel odium, ut quidam temerario suspicantur, sed ne eadem die, intra templi ejusdem septa, Sacrificium iterare, quod nefas videtur, Graecus praesumat. Hacque de causa quae devotionis adimplendae affectu, Graecus hinc, illinc Latinus in templi ejusdem ambitu sacris operari affectat, Graecus alium praevenire studet, ne Sacrificio ab eo peracto, ipse religione a sacris retardetur, nec ramen Latini, (quod ipse expertus sum) semere conscientiam accolit, quem ritus licentiam sequi prono novit: sed ipse veterum Canonum observantia se docti ostentat, qui dum unico Christi Sacrificio attenderunt, unicum in Ecclesiis altare dedicandum, *μονήρεις ἀναφορὰς*, ut loquitur Eusebius lib. 10. cap. 4. & non iterandum in eo Sacrificium praeceperunt. Sed nec alienam ab hujusmodi laudando ritu se praebuit Ecclesia Latina, quae in Concilio Antiochenensi sub Gregorio primo, anno 590. celebrato Can. 10. edicit, *Non licere saepe uno Altario una die duas Missas dicere: nec in Altario ubi Episcopus Missas dixerit, Presbytero pariter illa die sacrum facere*. Hinc B. Rheanus in epist. Missae Chrysostomi praefixa, *An Missa privata*, inquit, *veteribus in tam frequenti ipsa fuerint quidam addubitant. Certe Ipse praeclarissimus institutiones, si quis tabellas conscriptas inspexit, & earum in Basilicis nostris superadditicia prudens, noctarium pro se ferret*. Audio ego ruma Romae, tum in Oriente toto, atque etiam apud nos hic in antiqua civitate Parisiensi, quae terminis inclusa Deiparae Virginis claudatur, tam frequentes esse veteres Ecclesias, ut una alteri vicinissima sit: unicuique vero unum unicum Sacerdotem olim fuisse addictum, ut Ecclesiarum multitudine Missae audiendae opportunitas non deficeret, & cujus Sacerdotis praelectura ejusdem sacri iteratio impediretur. Quando vero Sacerdotes plures in eandem Ecclesiam indicti fuerint, non ingeram est. Ambrosii namque aetate jam creperant bini per Ecclesias ordinari, ex ejus scriptis in 1. Epist. ad Timoth. 3. *Nunc septem Diaconos esse oportet*, inquit, *aliquantos Presbyteros, ut bini sint per Ecclesias, & unus inveniatur Episcopus*. Quamvis tantum Sacerdotum pluralitatem non Sacrificii iterationem exinde colligere liceat, cum in sequentibus tribuat. *Omni enim hebdomada & offerendum, etiam si non quotidie peregrini, incolis tamen vel bis in hebdomada: etsi desint qui quotidie baptizentur aegri*. quasi offendat baptismo, & aliis oneribus Sacerdotis ope subeundis, non Sacrificio Missae eodem die peragendo, (quod geminari sufficiebat in hebdomada) numerum Sacerdotum in eumdem Ecclesiam fuisse invectum: paulo ramen post ejus aetatem concessit Leo magnus Papa in Epist. ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum, ut bis eadem die possent Missarum solemnia peragi. *Illud quoque*, ait, *voluisti exhiberi cum solemnior festivitas conventum populi majoris exposcit indixerit, quem recipere simul una Basilica non posset, Sacrificii oblatio indubitanter iteretur*. Prius tamen a Pontifice Deus-dedit licentiam hujusmodi emanasse constat ex Pontificali Damaso adscripto, his verbis: *Deus-dedit constituit secundum Missam in clero*. Et Petrus Urbevetanus in Scholiis in eumdem locum: *Quia tunc ad instar Graecorum non cantabatur in Ecclesia nisi semel jam una Missa, quod magis celebrabant secundum antiquos*. Sanctus Franciscus propterea in epist. ad Fratres Sacerdotes sui ordinis, *Moneo*, scribit, *& exhortor vos in Domino, ut in locis in quibus moramini frequens, non tantum celebretur una missa in die, secundum formam sanctae Romanae Ecclesiae. Si vero in loco plures fuerint Sacerdotes, si per amorem charitatis sit alter contentus audire celebrationem Sacerdotis alterius*. Ex quibus evidenter deducitur sancti illius aetate, notidum Ecclesiam Romanam plures uno eadem die celebrandi consuetudinem ubique acceptam habuisse. Idem annotat Joannes Cochlaeus contra Musculum, his verbis: *Non inficior intra proximos quadringentos annos vehementer multiplicata fuisse altaria, magis quam antea: quod inde accidisse puto, quia variis quam antea communicare coeperunt Latini, quorum negligentia per Sacerdotum Sacrificia pie supplendo in pluribus altaribus usa est*. Haec ille, *πανσεκτικῶς*. *Ad Ecclesias*, nihilominus Graecorum nullus hic obrecerit quasi ejusdem Ecclesiae sint *capellae*; etsi namque adjunctae sint, & appendices Ecclesiarum: seperatae sunt tamen & omni ex parte muris disjunctae: licet a majori Ecclesia, ad minora haec Oratoria porta media, pervius aditus concedatur. Memorandae hic quae de Parecclesiis superius praefati sumus.

Et de his qui Quarto sedent.) Tantum exhibent Graeci sacris imaginibus cultum, ut non minus exemplo fine, quam admirationi. His corporis venerationem & odoribus incensis, vestibus, floribus, donariis affixis, ex animo non illiberali prosequantur, si tamen pictae sint, & mera sanctorum lineamenta non prophana simul plura (ut nunc plerumque artis pictoriae non devotionis Christianae studio fit) & a sanctis aliena continent. A sculptilibus autem ramquam ab idolis abhorrent, de quibus Davidicum illud: *Os habent & non loquentur, &c.* concinnare non verentur: mollia tamen planaque sculpura, in sacris imaginibus formandis, eo quod ad picturam accedat, utuntur: antiquiores autem etiam integre sculptis exhibuisse culmen colligere fas est ex Paulo Diacono hist. lib. 21. narrante Judaeum quemdam Phoenicem Leonis Isauri tempore Gizid Arabum principi stasse, ut *Venerabiles quae in Ecclesiis in toto principatu suo imagines honorabantur, deponeret*: clarius autem sequenti libro refert, *Constantinum Copronymum imagines magni fecisse, quae sculptae erant in ligno deposuisse, & ceterarum imaginum facies delevisse*, id est, deleviisse.

12 *Εἰς τὸν χορὸν*.) Laudes divinas per Chorus in Ecclesia decantandi consuetudinem a Sancto Ignatio Antiochiae Episcopo, tertio Apostoli Petri successore, dimanasse affirmat Socrates lib. 6. cap. 8. *ἐνταῦθεν ἤρξαντο διὰ τὸ ὁραθῆναι αὐτοῖς ὑπὸ τῶν ἀγγέλων ἀντιφώνως ὑμνοῦντας, & τὸν τρόπον τοῦτον ἐπιτελεῖσθαι τὰς ἱερουργίας* Exinde coeperunt *dicere hymnos antiphonis*. *Illos qui in altaris parte constituti divinum Angelorum habuit hymnis antiphonis sanctam Trinitatem celebrantium, modumque hunc canendi sibi in visione manifestatum, Ecclesiae Antiochenae tradidit, a qua in omnes Ecclesias deinceps traditio temporis successu profluxit*. Ibi perro *invicem, hymnos alterna vice decantatos*, vertit interpres. Verum licet Antiphonis alternatio vocum non sit denegranda, propter adinventos tamen Antiphonorum hymnos, omnem cantum per vices alternatim, ab Ignatio traditum Ecclesiis non facile crediderim. Species enim generis amplitudinem omnem secum non vehit. Certior igitur alia, & superioribus Ignatio temporibus mutuae vocum alternationis in Choro reperenda est causa. Cumque eam inter Essenos, Christianorum in Alexandria primitias, viguisse deferibat Philo de vita contempl. indubium est ab Apostolis eorum institutoribus ad ipsos fuisse profectam: imo ab antiquis Hebraeis mare rubrum sicco vestigio transeuntis eam accepisse memorat, *γύναια χορεύειν ἐμέλλον, μίγνυσθαι δὲ τοῖς ἀνδράσιν οὐκ ἐμέλλον ἔτι ἐν ἰδίῳ ἕκαστον*. *Unum Chorum faciunt promiscuum ad imitationem illius olim instituti in rubri fines littore*. Utrum itaque hujusmodi divinas laudes alternandi usus, olim jam ab Apostolis institutus, Celestini primi justu, circa annum Christi 426. vel Chrysostomi ad Arianos aemulatione, vel Flaviani, Ambrosii, Diodori studio Ecclesiam pervagatus fuerit, sine solido, ut reor, quaeritur argumento, quem superiori aetate jam receptum testatur Basilius ad Neocaes. Clericos his verbis, *Διχῇ διαιροῦντες ἀπὸ τοῦ ἀλλήλους ἐπιστρέφειν τὸν ὑπηρέτην τοῦ λειτουργοῦ*. *In duas partes divisi, alternis succinentes vicibus psalmum*: & aliquandonam ex ipsis hoc munere dato, *ut quod cantandum est, ordiatur, reliqui succ-*

cinant. Communeque Arabibus, Mesopotamis, & aliis cunctis, apud quos psalmodiae efficit in pretio asserit sanctus Doctor. Unde nullum facessere negotium adversum Sviae testimonium existimo, qui reciprocantis vocum in Choris mutuum canendi ritum ad Constantii tempora renascendum esse existimat his verbis. *χορὸς ἐστὶ τὸ σύνημμα τῆς ἐκκλησίας ἀδόντων. Συμβαίνει δὲ οἱ χοροὶ ἢ ἐκ παίδων ἢ ἐκ βίου κατὰ τὴν Εὐσεβίου τοῦ τῆς μεγάλης Κωνσταντίνου, καὶ Φιλαγρίου ἐπικόπου Ἀντιοχείας, διχῇ τοὺς ἄδοντας ἐξάρτες, ἐναλλὰξ ἀντιφωνοῦντας ἀδέσθαι, ὡς ἐκ τούτου παρεῖναι δοκεῖν τὸ ἐπιτελεῖσθαι τὰς ἱερουργίας*. Chorus est conventus in Ecclesia canentium: dividuntur vero in duas partes Ecclesiarum Chori sub Constantio Constantini magni filio, & Pisidiano Antiochiae Episcopo: ex utraque vero parte psalmos davidicos concinunt: quod quidem cum Antiochiae primo fieri inchoatum, ad extremos deinde terrae limites pertingentem est.

13 *Προσκυνοῦσι*.) *Adorare Deum, honorisque cultum hominibus impendere*, Graecis recentioribus est *προσκυνεῖν*, unde & idem sonat quantoque quod *ἐπιπροσκυνεῖν*, de quo superius. Servato tamen proprietatis vocabulorum rigore, *μετάνοιαν* & *προσκύνησιν* distinguunt. Hoc enim est corporis incurvatio profunda Deo vel imagini sacrae pie exhibita, quam corpore erecto sequitur crucis impressio tribus dexterae manus prioribus digitis intra se initis (ad trium personarum in unius essentiae majestate discernendam indicandam) capiti, humero dextro, tum sinistro facienda, hac brevi prece adjuncta *Κύριε Θεὸς, ἵλεως γενοῦ, ἵνα σῴζωμεν ἡμᾶς ἁμαρτωλούς*. At vero *μετάνοια*, praeter genuum inflexionem, si magna fuerit, & osculum terrae fixum, addit idem crucis signum, corporisque inclinationem *πρὸς κυνοῦντα* propriam: alias si parva fuerit, nulla ab illo differepare ratione dicenda est.

14 *Κατ' ἀνατολάς*.) Ad lucis ortum, ad partem mundi dignioremi ad paradisi terrestris, unde ejectamus, regionem, qui Christum cujus pedes stant ad Orientem, quique mortuorum occasum respexit, relicto ad occiduas partes orandi Hebraeorum studio: ad Orientem, inquam, imo potius ad Deum, a quo caelestis boni influxus demitteret, precaturi ex Apostolica traditione, Graeci pariter, ac Latini convertimur. Inobservatas tamen plerique praeterenni Romanas vestiones Ecclesias ad occidentis fere partem oppositam esse obversas. Adverso nihilominus cum Catechumeno, Sacerdotem in ils sacra peragentem, alterve divina celebrantes officia in Chori Ablide, oculis non ita populum ad se versum quam Orientem respicere, & proinde a veteris precandi more nullatenus discedere: parique ratione, ita facer & inviolatus est idem ramus Graecis, ut retro Ecclesiam, si forte clausa fuerit, adorare cuncti, terga portae Ecclesiae, quam orientis regioni vetetes formabent.

15 *Ἐπεράτη*.) Idem *ἀνάκλιτον* prius dictum, *qui quamlibet in choro infestantem corripuerit*, hodie *Magister ceremoniarum* est, qui unumquemque suo loco & ordine componit: *ὁ τὰς τάξεις ἄγων*, inquit Orio CP. *ἐκ τοῦ ἐπὶ ἑκάστοις τὰς ἀρχιερατικὰς τάξεις κινεῖσθαι καὶ τὰ πρόσφορα ἑκάστοις ἀποδιδόναι*. Ordini bene servando praefectus invigilat, & honoratiores sessoribus, & juxta gradum eos collocat, maxime ut sedeant. Hujus officii nomen antiquis fuit ignotum, cum quod ejus muneris est, hodie & Lectori tribuitur, adimplere Diaconi primus non gravarentur, qui juxta Cyrillum lib. 13. de adorat. in spiritu & veritate, *ἐπιστάται τῶν ἱερέων καὶ τῶν λειτουργῶν καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*. praepositus populo ut decenter consistat, & accurate in omnibus necessariis observantiam exhibeat.

16 *Καθίσματα*.) Non jubet ut Sacerdote adveniente cuncti surgant: quia potius humilitatis modestiaeque demonstrandae studio, rogat ut jubeant, quasi aliis imperaturi, ut assurgant. Rem non omnino absimilem facit apud Latinos Lector: qui juxta Petrum Damianum lib. Dominus vobiscum appellatus, capite 2. *benedicimus a Sacerdote dum petit, non vogat ut benedicat, sed ut benedicere jubeat quemplam alium*.

17 *Ἐφυμνίαι*.) A choris fuffire preces Vespertinas utraque Ecclesia auspicatur. Et Latina quidem: *Dirigatur*, ait, *oratio mea sicut incensum*, &c. Graeca vero Oratione sua 7. precatur his verbis, *κατεύθυνον τὴν εὐχήν μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου*, *εἰς ὀσμὴν εὐωδίας πνευματικὴν δεξάμενος εἰς τὰ ἄνω θυσιαστήριά σου*. Ex altari deinde & sacro adyto pedem efferens Sacerdos thure totum fussimigat templum, nec sine mysterio, ait Simeon Thessalonicensis lib. de templo. *Διὰ τοῦ θυμιάματος νοεῖται τὸ ἐκκαθαίρειν τὴν ἐκκλησίαν ἀπὸ παντὸς ἀκαθάρτου καὶ ἐναντίου πνεύματος καὶ ἀνθρώπου*. Per fussitum ab altari inchoatum detestandam in alios fuisse quosque Spiritus gratiam repraesentat.

18 *Τὸν νεῳκόρον ἐφιστάνει*.) Cur ad Ecclesiae vestibulum Sacerdos fussimigaturus egrediatur, exponit Balsamon in can. 2. epist. S. Dionysii Alexandrini ad Basilidem *τὸ δεῖπνον τῶν τοῦ θανάτου ταφῶν ἀφίησι*. De thure intenso sepulchris, imo mortuo ibi jacentes expiet & imagines sanctorum ibi positae veneretur. His enim quibus templum incrate recus, sacrae imagines in vestibulis adorandae exponuntur, & quandam nonnisi in templorum liminibus, per legem Ecclesiasticam, legere mortuos liberam erat.

19 *Οἱ κανονάρχαι μοναχοί*.) De officiis in Monasteriis celebrandis loquitur hic Ordo, ubivel superior, vel *κανονάρχαι μοναχοὶ Monachus deputatus*, quandam solus canenda suscipit, antiquo more observato, de quo Basilius epist. 39. ad Neocaesar. &c. & Cassianus lib. de canonico orationem & psalmorum modo cap. 12.

20 *Τὸν ψαλμῳδόν*.) Subintelligo *ὕμνον*. Is vero *Proemiarius Psalmus* non est qui toti psalterio praeeligitur, quem ideo plerique apud Hieronymum: *Spiritus sancti praefationem* vocant, sicut & Chrysologus sermone 44. *Psalmorum praefationem*. Sed est Psalmus 103. *Proemialis* ea de causa Graecis, quod ab eo, Vesperas Missam aliasque preces, in hujus Euchologii decursu listrandas, exordiantur. Unde non inepte, ut judico, Zonaras precum differentiam refert, ex iis quasdam praefamandi locum tenere, aliis officia terminare, easque in harum medium interjiciendas esse. Verba ejus sunt. *τὰ μὲν ἐπὶ τῷ ἔργῳ τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ ἐπιτελουμένῳ ἐπιτάττει ποιεῖσθαι τὰ μέντοι προοίμια τὰ ἐπὶ τῷ τέλει τῶν ἱερῶν ἐπιτελουμένων*. Ea vero quae peragendis Dei mandatis praemittuntur. Ea vero quae sacrificiis finem imponunt praecipit fieri. *Ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ ἀρχῇ τῶν ἱερῶν ἐπιτελουμένων ἐν τῷ ναῷ τὸ ἐκφώνησιν ἐποιοῦντο τὸν ἱερέα, ἐν ὑστέροις χρόνοις ἐπὶ τὸ ἀρχὴν

bet, *turalia* conjunctum manus gerit, & e Lectoribus unus est: unde & hic, ex officio, psalmum in medio Ecclesiæ recitandum suscipit.

22 *Sixtus in capite Lectionis*.) Ejusdem Psalmi 103. versus est 23.

23 Τοῦ παχέως.) Quod inconsiderate præterierunt quidâ diligenter, amabo, Lector advertat, inter ὄρθρον & πρωΐαν, discrimen non modicum: ὄρθρον namque totum Vespertinum Officium, est τὸ πρωϊνὸν, pristina tantum ejus pars, preces scilicet, cum sol cognovit occasum suum, & tempus instat Lucernæ Deo offerendæ, imo lumen cum precibus oblatum Deo, *lucernarium* est: ita loquitur Emeritense Concilium cap. 2. *Vespertino tempore post lumen oblatum, tum plus dicitur Vespertinum*, ita fenit Isidorus, *in Vespertinis* inquit Officiis *primo Lucernarium deinde psalmi duo* &c. nec abhorret Hieronymus in Psal. 119. scribens *Lucernarium, nona*, id est post nonam, *facimus*: cujus ritum ἐπιλύχνιον ὑπαγορεύειν, olidiam vocant, quibus annuit Basilius de Spiritu sancto ad Amphilochium: *Ἐδοξε τοῖς πατράσιν ἡμῶν μὴ σπουδὴ τὴν χεῖρα τοῦτο ποιεῖσθαι ἐπὶ τῶν εὐχῶν, ἀλλ' ἐκδέξασθαι τὸν ἑσπερινὸν ὑπαγορεύσαι. Visum est patribus nostris nequaquam cum silentio eventum Vespertini luminis suscipere, sed mox ut apparuerit, gratias agere.* Patres illi fuerunt, Apostoli, qui in Constitutionibus suis apud Clementem lib. 2. cap. 59. & lib. 8. cap. 35. jubent Vespere ad canendum psalmos, & preces faciendas populum fidelem convenire: & inter psalmos 140. vocatum ἐπιλύχνιον, qui etiam hic post Prooemium cantatur, præsignate.

24 *Magnalia commutabis*.) Pro variis gentium & rebus preces compositas, & in unam collectas, Græci συναγὰς vocant, nos *Collectas* idcirco ubique interpretamur. Harum ampliores & diffusiores, συναγωγὰς μείζονας, contractiores, συναγωγὰς μικρὰς audiunt, & utramque exemplar, in ipso Lucernarii officio reperies; ὑφὸν alii vocant, quia primo *pacem postulant*; quæ alii *Sacerdote ut a Diacono pronunciata* dicunt: *Diaconi namque*, inquit Aquisgranense Concilium sub Stephano & Ludovico Pio congregatum ca. 7. *voces tenuiorum sunt, & clara voce in modum precantis admonent cunctos sive in orando, sive in flectendo genua* &c. Primævam vero Collectarum formam legendam exhibent Clementis const. Apost. lib. 8. cap. 9. ubique earum, ubi nondum erat in Gallia communis, a Concilio Vasensi commendatum novimus: his verbis. *Quia tam in sede Apostolica quam etiam per totas Orientales, atque Italiæ provincias, dulcis, & nimium salubris consuetudo est introvisa, ut Kyrie eleison frequentatus cum affectu grandi & compunctione dicatur; placuit etiam nobis, ut in omnibus Ecclesiis nostris ista consuetudo sancta, & ad Matutinum, & ad Missas & ad Vesperas, Deo propitiante, admittatur.*

25 Ἐπιφωνεῖν.) Versuum Davidicorum per versus citationem interpretor: ἐπιφώνησις enim Latinis, est *Psalmos* eosdem *per versus recitare* apud Auctorem vitæ S. Nili Junioris, non est itaque ἐπιφώνησις Versuum collectio ut quidam imperite verunt, licet nec δόξολογία Laudum collectio est, quæ proprie magis *Deo laus reddita* & ejus *glorificatio* intelligitur.

26 Ἀγρυπνίαι ἅγιαι.) Solemnia festa, Dominicasque productis per noctem vigiliis stationibusque præveniat Monachi Græci (de Latinis quippe nullus qui experimento assentiri id negabit) longissimas autem sibi præfixisse Monachos ἀναγνώσεις hæc ex causa vocatas Historiorum omnium scriptis compertum habemus, inter quos præcipuus fuit Symeon ille de quo Evagrius lib. 3. cap. 21. Festis itaque diebus producunt Vigilias cuncti Græci, quibus prius Latini se dederunt exemplo, de quibus Cassianus lib. 3. de Canonodur. dior. Orat. modo cap. 8. *Sane vigiliæ quæ singulis hebdomadibus a Vespera Dominicæ fabbate celebrantur, idcirco leviores, hymnali tempore quo noctes sunt longiores, usque ad quartum gallorum cantum, per Monasteria moderentur, ut post excubias totius noctis reliquis diebus ferme horis reficientes corpora sua, nequaquam per totum diei spatium somni tempore marcescant: nequis brevi hujus temporis pro totius noctis refectione contenti.* Moderatorum vero Græcorum vigilandi rationem omnem Basilius Hieromonachus Maleinus describit his verbis. *Statim adveniente nocte, instituenda vigilatio ad horas duas* (post solis occasum) *& undita hora octava surgendum. Hunc terminum transire Monacho non decet, alii usque ad tertiam, quartam, & quintam, ante Matutinam synaxim, & nonnunquam per totam noctem extendunt Vigilias: præcipue quibusdam festis, aut publicis ad celebranda sacra die sequenti, futuris conventibus, Matutino autem somno post synaxim abstinent: quandoquidem ille Monastice vitæ non est consentaneus.* Ad Matutinas porro quæ festivis diebus profunda semper nocte, canuntque solemni Ecclesia persolvuntur, plebs rudis antiqui ritus apprime tenax, nec non etiam hortatu & correctionibus Sacerdotum excitata, diligentius assurgere consueta est: ab eisque frequentius obeundis nec ipsi Imperatores Orientis abhorruere: solemniores quoque eorum Vigilias in Palatio, nocturnis Officiis producendas percensuit Codinus, & ejus commentator Greserus in suis elucubrationibus.

27 Ἐν ᾧ μέλλει πρόσω.) Locus pronunciandis Diaconicis de more Diacono concessus, est Ambon. Si locum Ambonis superum vel inferum requiras, nullos tibi distinguet scriptor, præter Anaphoræ sub Basilii nomine opus tomo 6. Bibliothecæ PP. infertum, quod secundum ei tantum gradum assignat. Si desit Ambon, in Ecclesiæ medio stat Diaconus, ejusque contrum quasi vicarium Ambonis locum quæ ad se pertinet pronunciaturus, occupat.

28 Χῦσα.) Pro familiari sibi consuetudine vocem hanc in Lexico scribit Meursius, & ut fine animam corpus, vocem pariter absque sensu ob oculos ponit. Hanc dum in Bibliotheca PP. interpres anonymus *infusionem* vertit, vocabuli radicem non meminem, apprehendisse tentatur: *fusa namque voce, sive cantu, modulorumque varietate* dicere debuisset, sicut & alibi Græca ipsa exprimunt; *ἀνὰ μέλος, quæ voce uno tractu effluit*: opponiturque ei quod dicitur *κατὰ μέλος*, ubi adjuncta modulorum varietas percipitur.

29 Εἴσοδος.) Non ingressum quemvis vocabulum hoc significat, sed cum qui solemni producendi ritu, a porta Prothesios ad sacras usque fores percurritur, cum adoletur incensum, vel liber Evangeliorum, vel sacra dona cum pompa, in sanctum adytum inferuntur. Viam quam tunc emetitur Sacerdos, signatæ est in Tabula prima fol. 17. punctis sibi succedentibus, longiori & fere circulari anfractu, a porta Prothesios ad sacras usque fores productis. De Ingressu Vesperarum loquitur Canon Trullanus 91. & ab eo Dominicæ celebritatem ordiri, & in eo terminari præcipit, de quo alibi plura commodius.

30 Διὰ τῆς Βεημίν.) Alia exemplaria legunt, διὰ τῶν ἁγίων. Supplendum mente ὕπερ, quæ Prothesios est porta, in filultro Sanctuarii sive Tribunalis latere. Et in Ecclesiis Orientalem plagam ubique respicientibus, stat e Borcali parte, a qua βῆμα τῶν ἁγίων & βῆμα μέγα, passim nuncupatur.

31 Κηρυκικὸν ἔχων τὸ σχῆμα.) Effigies Sacerdotis dimissam Casulam in Ingressu gerentis hac figura exhibetur. Illa vero hoc pacto in Officii fine demissa, dimissionis populi omnisque Conventus soluti Indicium est. Nunc autem in Ingressu Sacerdotem procedentem circumambitus, Christum humana carne tectum, ejusque visibilem & manifestum in terras adventum, necnon & virtutum dotorumque cælestium apparatum, quo circumamictus mundi oculis ingerebat, repræsentat. Ita Nathanael S. Mauræ Annalista.

32 Εἰς τὸ ἀναβαθρον τοῦτο.) In templi gremio.

33 Μανουάλια.) *Candelabra*, quorum usus est in Ecclesia, *ad manum*, ut Græcæ dictionis ad primiciram Latinam affinitas ostendit, gestari soliti.

34 Κρατῶν τοῦ περὶ λειτουργίαν τὸ ἀσπάζον. Rem mysterio plenam & mentis attentione dignam, apprehensa tribus dextræ manus digitis stola, Diaconus ubique demonstrat. Ejusmodi gestu de Ingressu in sancta Sacerdotem commonet, ut felix & triomphans sanctorum in cœlos introitus, ad æternæ vitæ lumen in miseræ hujus vitæ vespere, beate consequendum illo adumbretur. Hoc enim fine subjungit Sacerdos: *ἀδιαλείπτως ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἅγιος ὁ ἐν ἁγίοις κατοικῶν.*

35 Τῶν ἀπάντων τῶν εἰς τὸ ναὸν.) Mirum cur Græci sedes in choro Cantoribus dispositas, *cathedras stantes*, & erecto corporis *statu* potius quam a sedendo denominaverint. At cum non nisi raro in Ecclesiis sedeant, sedilibusque memorata fint illis erecta, ut fere continuo stantes perseverent, & *quemcumque genuflexionis* cantui moderando vacent: *cathedræ*, ut *stationis tenendæ anxilia*, dum eorum faleris accumbunt brachia, primitus fint appellatæ. Aliam insuper denominationis hujus Chrysostomus rationem profert in 1. ad Timot. cap. 13. cum enim Chorea sacra fidelium Deum collaudantium conveatus, *In quo cantibus & aliquo cantandi genere*, & locum unumquemque choream agentis *calyx* dicatur, quid mirum si *cathedræ* inde denominatum, locum fidelium in choro, choreaque sacra consistentium, significare promeruerit?

36 Ἐφεξῆς ὀφεῖ.) Ubi verba hæc a Diacono clara vocis tono proferuntur, confestim aliud audita & attentione dignum sequturum expectatur. Ejusmodi est celebre hoc & devotum Vesperarum Canticum *εἰς ἀνὴρ ἀγίας δόξης, Ἀκούσατε σπουδὴ, ἀγαπητὲ, ἀγία, ἁγιωτάτη, λαοὶ Χριστοῦ, ἐπαίνους ἐμοὶ τοῖς τῶν ἁγίων ἄθλοις, ἐδεσματίζειν ὑμᾶς προθύμως ἀμείβουσι* (Basilius libro de Spiritu S. legit. *αἰνέσεις*) *πανήγυρις γάρ, ἡ ἁγία πανήγυρις Θεοῦ.* (Basilius legit. Θεῶ) *ἄξιον γὰρ τὸ τοῖς ἀγαθοῖς ἀγωνίσμασι δοκιμάσαι, μισθοὺς, οἷς Θεὸς ἑαυτὸν ἐπέδωκε τοῖς ἀγωνισαμένοις ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀποδοῦναι. Ἐστεφάνωται γὰρ ἐν ἀφθαρσίᾳ καὶ δόξῃ ἀθανάτῳ, ἅγιε, καὶ ἀοίδιμε, καὶ ἀθάνατε, Ἰησοῦ Χριστὲ,

40 Δέσποτα πολυέλεε.) Reperitur infra inter Vespertinas hæc oratio.

41 Ἀπὸ στίχων στιχηρῶν.) στίχος & στίχοι, omissis aliis significationibus, versus sunt e psalmis Davidicis vel sacra scriptura excerpti: στιχηρὰ vero versus paulo longiores ab Hymnographo Ecclesiastico conscripti; στιχηρὰ tunc ἀπὸ στίχων sunt conglobati aliquot Davidici versiculi unius totius formam referentes, & ut e Davidicis verbis, quæ στιχολογίαι dicuntur, eruti, ἀπὸ στίχων quoque nomen acceperunt.

42 Τετραπόδιον.) Est mensa quadrupes, in qua panis cum fermento, vinum & oleum benedicenda offeruntur: infra tamen describuntur reponi ἐν ἀναλογίῳ In pulpito, ut loco semper disposito, de quo modicum discrimen. Quid porro sibi velit hic ritus inferius discutietur.

43 Νῦν ἀπολύεις.) Canticum Symeonis.

44 Τὸ τρισάγιον.) Laus divina; *In qua vox ἅγιος ter reperitur: ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς.*

45 Τὸ ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας.) Finis Officii ἀπόλυσις est, *dimissio*. Modulusque ille, qui *terminando officio idoneus* censetur, ἀπολυτίκιον est: & quia varii sunt hujusmodi Versus, qui diei illius proprius est, ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας audit, & vocem aliam, τροπάριον videlicet, subaudiendam postulat.

46 Θεοτόκε παρθένε.) Duo hæc vocabula Salutationi Angelicæ χαῖρε κεχαριτωμένη addidit Ecclesia Orientalis, a tempore quo Nestorius Christi divinam unicamque naturam oppugnans, χριστοτόκον tantum dicendam contendebat: Θεοτόκον itaque, prius quam gratia plenam eam salutat: salutisque hujusmodi confestim rationem adjungit post verba εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, ὅτι σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

47 Τροπάριον.) Vox generica est, & cunctis canticis in Ecclesia Græca receptis, communis: *Modulum* ubique interpretamur: & alibi rationem reddimus. Quoad sui compositionem Latinis Antiphonis similis est, quamvis Antiphonam ulla ratione interpretari nequeamus. Vide σημειώσεις verbo ἀντίφωνον, & τροπάριον.

48 Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ.) Habetur infra post Vesperarum Officium.

49 Τὰ ἀναγνώσματα.) Lectionem sacram ut semper in pretio a cunctis Monachis habitam etiam hodie καλόγηροι *Monachi Græci* in communi fruitis vesperis observant.

50 Δι' εὐχῶν τῶν πατέρων ἡμῶν.) Lectionis sacræ, pluriumque Monasticarum exercitationum hæc est conclusio. Δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐλέησον ἡμᾶς, ἀμήν. sicut apud Latinos, *Tu autem Domine miserere nostri*, pronunciatum, lectionibus finem solet imponere.

51 Τὸ κραταιῶσαι Θεὸν τοὺς βασιλεῖς.) Intellige eos cantare preces, quibus ut Deus reges confirmet, precantur. Illæ vero hujusmodi sunt. [illegible] ipsique de se hujus orationis gratiam loquentes, κραταιῶσαι τοὺς βασιλεῖς, reges confirmamus, id est, ut Deus eos confirmet, rogamus.

52 Τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον.) Hujusmodi est hæc oratio ὑπεραγία Θεοτόκε σῶσον ἡμᾶς: quam frequentius repetitam infra in Officio [illegible] reperies.

53 Τὴν τιμιωτέραν.) Ita pariter hæc alia legitur; τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβὶμ, καὶ ἐνδοξοτέραν ἀσυγκρίτως τῶν Σεραφὶμ, τὴν ἀδιαφθόρως Θεὸν Λόγον τεκοῦσαν, τὴν ὄντως Θεοτόκον, σὲ μεγαλύνομεν.

54 Ἐκφωνεῖ ἐν τῇ ἀπολύσει τὸν ἅγιον τοῦ ναοῦ.) Qua ratione sanctorum nomina ἐν ἀπολύσει commemorentur constabit in operis hujus calce pene extrema.

55 Εἰ μὲν τυχὸν κτλ.) Superflua periodus: repetit enim obscure quæ supra de supplicatione & processione scripta sunt.

56 Εἰ δὲ ὄρθρος, εἰ μὲν ἀγρυπνία, &c.) Hanc quoque superfluam esse, mox sequutura legenti demonstrant.

57 Ἀρχὴ ὄρθρου τῆς μεσονυκτικῆς.) Incipit hinc explicatio [illegible] sacri ministerii Sacerdotis a Diacono in Matutinis exhibendi. [illegible]

58 Ἐν τῇ μεσονυκτικῇ.) Matutinas preces Græci vocant μεσονυκτικὸν, eo quod numquam nisi *profunda nocte* in Ecclesiis ad quas tunc etiam populus convenire cogitur, persolvantur: ὄρθρος autem a Mesonyctico distinguitur, sicut a Matutinis nostris Laudes: Laudibus quippe nostris correspondere ὄρθρον ex Græcorum Officiis compertum est, & ex Neophyti Rhodini Synopsi: ἡ πρώτη ἀκολουθία ἀπὸ τὸ μεσονύκτιον ἀρχίζει μὲ τὸν ὄρθρον: *primum Officium* seu prima ejus pars, *est Matutinum cum laudibus*: quamvis inficiari nequeam, ὄρθρου vocabulo, sicut & Latino *Matutinarum precum*, Primam horam plerisque auctoribus antiquis (qui Matutinas nobis dictas, ipsi *Vigilias, nocturnos, Orationemque nocturnam* vocabant) fuisse significatam. Clemens Rom. namque Const. Apost. l. 8. c. 34. horarum differentiam assignat: εὐχὰς, inquit, ἐπιτελεῖτε, ὄρθρου, καὶ τρίτῃ ὥρᾳ, καὶ ἕκτῃ, καὶ ἐνάτῃ, καὶ ἑσπέρᾳ, καὶ ἀλεκτοροφωνίᾳ. *Precationes facite mane, tertia hora, & sexta, & nona, & vespere, atque ad galli cantum*, hoc est media nocte ante adventum diei, ut infra exponit; ibi autem ut vides, *Primæ* nomen reticet, & *precationis* quæ fit *mane*, meminit: quid nisi ut hac *matutina* precatione, *primam* ipsam intelligat? Cyprianus etiam, vel quicumque auctor fuerit expositionis in Orat. Domin. de diversis horis sermonem instituens *primam* silet, & *matutinam* memorat, & post recensitam tertiam, sextam, & nonam, *Mane orandum est*, inquit, *ut resurrectio domini matutina oratione celebretur, recedente item sole, ac die cessante, necessario rursus orandum est.* Et infra. *Qui in Christo, hoc est in lumine, semper sumus, nec noctibus ab oratione cessemus.* Per *Matutinam* orationem nullus hic dubitabit *Primam* intelligi, alias septenarius horarum numerus a præfato auctore nullatenus compleretur: *Nocturnos* siquidem per *orationem a qua nec noctibus cessatur*; *Vesperas* per eam *quæ recedente sole fit*, & *completorium*, per eam *quæ die cessante Deo offertur*, & reliquas propriis suis vocabulis satis aperte declarat. Ab his nec sensu aut voce alienus est Basilius, qui in regulis fusius disputatis, quam nos *primam*, ipse ὄρθρον appellat, & tertiæ præponit. Ut itaque a vocum confusione mentem liberemus; indubium est, geminas apud Latinos *Matutinas preces*, sicut & apud Græcos duplicem ὄρθρον esse statuendum: Unum ante solis ortum, & orto sole, rursus alium, ut cum nos dicimus *Matutinas Laudes*, ac *primam*. Cassianus lib. 3. de Cano. diurnar. Orat. modo, distinctionis hujus auctor est: & primo quidem de Laudibus loqui videtur cum ait: *De Matutina solemnitate etiam illud nos instruit, quod in ipsa quotidie decantari solet: Deus Deus meus ad te de luce vigilo.* Et infra. *Ita enim & ille primo mane operarios conduxisse describitur, quod tempus designat Matutinam nostram solemnitatem.* Et cap. 4. *Usque ad illud tempus hac solemnitate Matutina, (quæ expletis nocturnis & orationibus, post modicum temporis intervallum, solet in Galliæ Monasteriis celebrari) cum quotidianis vigiliis pariter consummata, reliquas horas refectioni corporum deputatas a majoribus nostris invenimus.* Eam certe *Matutinam solemnitatem* nullus pro *Nocturnis* intellexerit, sed pro *Laudibus* tantum, in quibus Psalmus ille: *Deus deus meus, &c.* perlegitur, & *Nocturnis Psalmis & orationibus expletis*, dato modico temporis intervallo, recitatur. Iisdem jam vocibus *primam* ipsam appellari Cassianus idem auctor est: in capitis namque quarti titulo sic habet. *Matutinam quam nos primæ horæ solemnitatem appellamus, non antiqua traditione statutam, sed nostro tempore adinventam fuisse*, mox subjungit. *Sciendum tamen hanc Matutinam (quæ nunc observatur in occiduis vel maxime regionibus) canonicam functionem, nostro tempore, in nostro quoque Monasterio, primitus institutam, ubi dominus noster Jesus Christus natus ex virgine humanæ infantiæ suscipere incrementa dignatus, nostram quoque in religione teneram & lactentem infantiam sua gratia confirmavit.* En ut Cassianus in Bethleemitico Monasterio a Pau-

la constructo tenera suæ religionis infantia transacta, in eo primum, hanc illam Matutinam solemnitatem, ne post nocturnas preces persolutas, diutius somno indulgerent Monachi, *adinventam* fuisse testatur. *Ut illi religiosis hujus observantia invitati, cuncti pariter e suis stratis consurgerent: qui typus, subdit ille, licet ex consuetudine videatur inventus, & recenti memoria pro causa quam diximus statutus appareat: tamen illum numerum quem designat B. David quamquam spiritualem quoque habeat intellectum, secundum litteram manifestissime supplet. Septies in die laudem dixi tibi. Hac enim adjecta solemnitate septies fine dubio spirituales hos conventus in die facientes, septies in ea laudes dicere Domino comprobamur.* Illæ autem horæ quæ priorem senarium numerum statuebant, erant tertia, sexta, nonna vesperæ & completorium: Nocturnos enim & Vigilias cum alia priori Matutina solemnitate, quam Laudes dicimus, pro unica tantum hora computabant. At tandem cum circa D. Benedicti tempora secundæ Matutinæ solemnitati, impositum fuisset priscum nomen (memorat enim inter Ecclesiæ officia primam) penes priorem illam Matutinarum Laudum (a Psalmis 148. 149. & 150. quos Græci αἴνους dicunt) nomen remansit, eamque Græci vocarent ὄρθρον & nocturnas vigilias de nomine μεσονυκτικὸν, dictas esse voluerunt.

59 Μεγάλη συναπτή.) Illa est μεγάλη συναπτή, vel potius ea precum concatenata series, in qua τὸ ἐκτενὲς Δεηθῶμεν inclamat diaconus; cujus formam infra reperire est in Chrysostomi liturgia post Evangelii lectionem; illamque hac ratione Methodius lib. de conversione ad fidem orthodoxam ἐκτενῆ δέησιν *supplicationem protensam* esse definit.

60 Τὸ βηλόθυρον.) *Adyti Januæ velum*, βηλόθυρον est: quæ vox e Latina simul & Græca componitur. Codinus cap. 17. χρυσοῦν βηλόθυρον τὴν ἀναβάθραν σκεπάζον, *aureis veli suggestum* Imperatorium *tegit* describit. Utitur hac voce Guillelmus Bibliothecarius de Stephano sexto scribens: *contulit in Basilica Apostolorum cortinam lineam unam, Velothyra serica tria, in circuitu altaris.*

61 Ἐκφώνησις.) Verba quibus Orationes cunctæ concluduntur, & quædam alia altiori voce coram Sacerdote pronuncianda, ἐκφωνήσεις vocantur, quas Justinianus Imperator in No. Const. 123. οὐ κατὰ τὸ σιωπώμενον, ἀλλὰ μετὰ φωνῆς τῷ πιστοτάτῳ λαῷ ἐξακουομένης. *Non tacite, sed voce a fideli populo percipienda* fieri præcipit.

62 Τὸ ἑξάψαλμον.) Hujus officii interpres in Bibl. PP. ut in multis errat, prave vocem ἑξάψαλμον *sextum psalmum* vertit: Quæ germane *psalmos sex, vel senario numero comprehensos*, 3. videlicet. 37. 62. 87. 102. & 142. significat.

63 Ἀκολουθία.) Totum officium, vel pars ejus ἀκολουθίας *sequentiæ* nomen impositum habet. Sicut autem Officium Ecclesiæ in communi sumpeum, dicitur ἀκολουθία, inquit Neophytus Rhodinus in vernacula synopsi [illegible] *una Oratio sequatur alteram, tertia primam, sexta tertiam, & sic deinceps.* Ita quævis alia precum vel divinarum laudum collectio, in qua Psalmi, cantica, preces, & alia ordine disposito consequuntur, ἀκολουθία *sequentia* merito potest appellari.

64 Καθίσματα.) Rarissime, & fere numquam in Ecclesia sedent Græci: & in mentem Tertulliani lib. de Orat. conspirasse videntur, dum ait: *Irreverens esse assidere sub conspectu, contraque conspectum ejus quem maxime reverearis ac venereris, quanto magis sub conspectu Dei vivi, Angelo adhuc orationis astante, factum istud irreligiosum est? nisi exprobremus Deo quod nos oratio fatigaverit.* Raro etiam genuflectunt. Quamvis enim fateantur profestis, atque etiam aliis certis diebus in genua procumbendum, ut late ex PP. demonstrat Neophytus Rhodinus in vulgari sua synopsi cap. ult. unde Evangelium audituris pronunciatur σοφία, ὀρθοί. [illegible] *Sapientia. Recti. Corpore nimirum erecto stemus, & audiamus sanctum Evangelium.* Euchol. *de conjiciunt antiquos missæ interfuisse genuflexos.* Tamen quia festivis tantum diebus in Ecclesiam conveniunt, adgeniculationibus ferialibus omnino fere desueti. Habent nihilominus tempus aliquod sedendo permissum, καθίσματα vero significatum: quæ, ubi de Psalmis, intelligitur ea Psalterii pars quæ sedendo dicitur: ubi de Canticis, illud etiam est, quod ut Cantoribus levamen conceditur sedendo persolvitur.

65 Τὸν πολυέλεον.) Psalmus 135. a laudata & frequentius memorata *plurima Dei misericordia*, πολυέλεος nomen accepit. Sicut & Psalmus 118. ἄμωμος, a voce secunda qua incipit, vulgo ἀμώμους vocatur. Atque insuper cum tunc plurimas e ramosa machina in medio chori appensas lampades accendant: machinam eamdem Cedreno πολυκάνδηλον, Codino πολύφωτον λυχνίαν, Symeoni Thessalonicensi πολυφώτων, antiquis πολυλύχνιον, *a luminum lampadumque numero copioso*, dictum; ipsi πολυέλεον, a *repetita tunc misericordiæ* voce, vel a *plurimo oleo* abundantis misericordiæ divinæ argumento, vocare jam sunt assueti.

66 Ὁ ἱερεὺς ἀναγινώσκει τὸ Εὐαγγέλιον.) In missa Diaconus, in Matutinis Evangelium Sacerdos recitat. Ut quos in missa Sacramentis est cibaturus, prius verbo Dei pascat. Utrobique vero coram omnium cælesti cibo pascendorum in se sollicitudinem profiteatur, ad Christi exemplum, qui prius verbo, quam corporis Sacramento Ecclesiam pavit. Nec usus iste ab Ecclesia Latina omnino alienus est: adhuc enim mos iste viget inter D. Benedicti filios & sequaces, ut finitis Matutinis lectionibus, Abbas vel Superior Evangelium integrum pronunciet.

67 Πᾶς ὁ ἀσπασμός.) Vertit interpres in Biblior. PP. *Salutatio*. Bene quidem ad communem & usitatum sensum; at non simplex salutatio est ἀσπασμός sed quæ osculo fixo perficitur.

68 Ἅγιος τοῦ ναοῦ.) Sanctus, cui Monasterium vel Ecclesia dedicata est, imaginem in tabulato seu cancellis habet; & illa est, quæ hic suffimigari præcipitur, & ἅγιος τοῦ ναοῦ vocatur.

69 Δοξολογία.) Duplex est δοξολογία μεγάλη & μικρά illa est Hymnus Angelicus *Gloria in excelsis Deo*. Hæc repetita sæpius in psalmorum fine Trinitatis glorificatio. *Gloria Patri & Filio, &c.*

70 Εἰ μὲν ἐστι Κυριακή. [illegible]) Dies dominica perpetuam Resurrectionis memoriam renovat. Hinc dominicarum dierum ἀναστάσιμα eadem est, quæ & in resurrectionis festo. Consule ἀναστάσιμα circa hujusce Euchologii calcem.

71 Ἀλείφει τὸ ἅγιον ἔλαιον.) Oleo lampadis coram imagine Sancti, cujus devotione tenentur accensæ, inungere se solent Orientales Christiani, Græci pariter ac Latini: nec non & in Occiduis regionibus, applaudente toto orbe, copiam non modicam olei coram imagine miraculosam operatrice Sancti Dominici in pago Soriano ardentis, ad sanitatem recuperandam, divinamque virtutem comprobandam, in remotissimas usque regiones Dominicani transmittunt, & distribuunt. Floribus etiam vel aliis quæ miraculosas Thaumaturgasque imagines attigerunt (& ἅγια ἅλατα nomen accipiunt) quasi inde contracta vel asportata divina virtute se inungunt Græci, & spem salutis plurimam in talibus reponunt, velut & majores nostri in *brandeis*, quibus principum Apostolorum sepulchra Romæ operiebantur: de quibus ample Joannes Diaconus in vita Gregorii magni lib. 2. cap. 42. deque aliis plurimis protomartyris Stephani reliquiis admotis, (quæ non pauca miracula patrasse refert, Augustinus de Civit. Dei lib. 22. cap. 8. At ut ad Græcos redeamus, ad Sancti cujus festum agitur, imaginem, in medio chori positam, ex oleo eorum ardente Sacerdotis manu inunguntur: nec sine divinæ virtutis experimento frequenter inde recedunt. Neque enim novum, ut ægroti ad salutem recipiendam, oleo quovis pacto benedicto, se inungant: quandoquidem ut scribit Baronius anno 63. num. 13. non ad infirmorum duntaxat

peccata, & invisibilem gratiam consequendam fuit institutus a Christo, & ab Apostolis observatus ritus, ut oleum a quolibet Christiano in nomine Christi, & in quemlibet etiam a fide alienum, ad sanitatem corporis consequendam, sit solitum adhiberi. Ejusmodi plane erat, quod ad curandos morbos per Proculum Christianum administrari solitum refert Tertullianus ad Scapulam cap. 4. Erat & id genus quo sanctissimi Ægypti Monachi, ad sanitates impertiendas (ut scribit Sozomenus, & prius illo Ruffinus) uti consueverant. Solebant hujusmodi species sicut & alias ad usum humanum comparatas precibus praescriptis sanctificari, (sic apud Clementem habetur benedictio aquae & olei) seque signo tantum crucis benedixisse, & in nomine sanctissimae Trinitatis sanctificasse, atque aegrotantibus admovisse sufficeret. Insuper & oleum lampadum, quae ad Martyrum sepulchra ardere solitae essent, ad morbos curandos, aliaque edenda miracula virtutem esse saepius consecutum Theodoretus demonstrat: haec ille. Ut itaque vel salutem recipiant, aut tueantur, vel benedictionem consequantur, sancti oleo ad imaginem sancti, cujus festum agitur, se inungunt Graeci: & misericordiam, cujus oleum est signum, a Deo precibus illius impetrare, votis quibus possunt, efflagitant.

71 Ὁ ναὸς ἐν μέσῳ τῷ προσκυνήματι.) In suggestu aliquo, in Chori medio, imaginem sancti cujus devotione feruntur, die suo festo, & per octavam retineat: quo tempore qui Ecclesiam ingressi, post Deiparae, & Christi salutaris imagines, illam quoque venerari solent. Hinc illas, & quascumque similes in viis vel in Ecclesiarum valvis venerationi expositas imagines vocant προσκυνήματα.

73 Ὁ ἱερεὺς βαστάζων τὸ εὐαγγέλιον.) Cum in processione delata primum locum tenet, hanc Episcopus, vel Sacerdos Officium peragens nullo interposito, ut caeteris dignior & Christo conjunctissimus, sequitur: tum reliquus chorus comitatur, Lectores, Diaconi, Sacerdotes, inter quos honoratiores ad animi Christianam demissionem indicandam, ultimi procedere student.

74 Ἐν ταῖς τυπικοῖς.) Praeter alia plura vox τύπος, formam, exemplar, normam, significat. Hinc quia lex, edictum, sententia, actionum humanarum exemplar est & forma, Cedrenus cum Graecis recentioribus ad legem vel edictum quodcunque exprimendum deduxit, ut in Zenone τύπον ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐξέπεμψε. Hunc Alexandriam cum regiis diplomatibus misit. Hoc in sensu deinde ad suos usus vocem eamdem deflexit Ecclesia, per illam, quaecumque agendi Normam, caeremoniarum institutionem, vel Rubricam intellectam esse cupit: & τυπικὸν vocat eum librum, qui caerimoniarum Rubricarumque seriem omnem, velut formularium continet. Haec enim διάταξις, τυπικὸν nomen, nisi forsan ex abusu, non meretur. Qui communem & quotidianum Vesperarum, Matutinarum, Horarumque omnium ordinem perlegere cupiet εὐχολόγιον Diurnale consulat: Proprias autem & adjectitias partes in Menaeo & aliis libris reperiet: cum iis si praesentem διάταξιν conferat, nil cum Ecclesiastici Officii latebit.

LUCERNARII ORATIONES.

Oratio prima.

DOmine miserator & misericors longanimis, & valde misericors, auribus percipe deprecationem nostram, & attende voci orationis nostrae, fac nobiscum signum in bonum, deduc nos in via tua, ut in veritate tua progrediamur, exhilara corda nostra ut timeamus nomen sanctum tuum, quia magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus & non est similis tui in diis, Domine, potens in misericordia, & bonus in virtute, ut succurras, & consoleris, & salves omnes sperantes in nomine sancto tuo. Quia convenit tibi omnis gloria, honor & adoratio, Patri & Filio & sancto Spiritui: nunc & semper, & in saecula saeculorum. Amen.

Oratio secunda.

15. Τὸ ὑπογονάτιον.) Quod ὑπογονάτιον quoque scribit Symeon Thess. lib. de templo, *Subgenuale* est formæ quadrangularis, palmi & dimidii ex unoquoque latere, & e zona gestatur appensum, & a Græcis solis usitatum est ornamentum, de quo Thessalonicensis lib. de templo. ἐν τῷ ζώνῃ τὸ λεγόμενον ὑπογόνατον, ἡ ἐχόμενον ἐστὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐκτεταμένα, ἃ ἐστὶ τὸ ἀνώτερον πλάτος, ἡ παλαιστὴν ἔχει καὶ ἡμίσειαν ὕφασιν, καὶ ὁ μέν γε ἕτερος αὐτῶν ἐστὶ τὸ πρὸς τὰ ἀριστερὰ ἐκτεινόμενον ἱμάτιον· διὸ καὶ μόνοις ἱερεῦσι δίδοται, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ ἐπιτίθεται· διὸ καὶ ἐκάλεσαν αὐτὸ ὑπόγονον εἶναι φασί. *Pontifex a zona degendens Subgenuale fert, quod videlicet adversus mortem, peccatoque antiquæ immortalitatem, & robur Dei contra maligni Dæmonis tyrannidem valedixisse ostendit. Quamobrem & Remphæ similis est, & lumbis affigatur, ubi hominis vires sitas prædicant*: illudque idem indicat oratio a Sacerdote recitata, dum illo præcingitur.

16. Ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ ὤμου.) Genuale & Brachialia picta Christi effigie insignita Pontificum ornamenta esse ex Balsamone nuper ostendimus numero 12. Ex privilegio nihilominus, quilibet in magna Ecclesia, vel officio, vel dignitate cæteris eminentior, illa sibi vendicat, si tamen Sacerdos fuerit: ut scribit Thessalonicensis lib. de Sacrament. τινὲς δὲ τῶν ἀρχόντων ἐκκλησιῶν, ἤτοι τῶν ἐπάρχων ἢ ἀρχιμανδριτῶν τινων, ἢ ἐπισκόπων ἔχουσι. τοῦτο δὲ ἔξεστι καὶ τοῖς ἀρχοντικοῖς ἀνδράσι τοῖς ἐν τῷ σεκρέτῳ, ἢ ἐπὶ κεφαλῆς ἐγκεκριμένοις φέρειν βραχίονα· ἀλλὰ δὲ ἔνιοι ἀφῆκαν τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ἐξουσίαν· ἢ ἐπὶ κεφαλῆς ἔχουσι καὶ οἱ ἐν τῷ ἱερατικῷ τάγματι· οἱ μὲν ἔχουσι· ἡ δὲ ἀκολουθία μηχέτι ἐκκλησιαστικὴ εἶναι· οἱ δὲ πανάγιοι ἐκκλησιαστικοὶ ἄνδρες καὶ ἀναγνῶσται καὶ ὑποδιάκονοι καὶ ψάλται ἄνευ φόρου τὰ ἐπωμίδια φοροῦσι· ὡσαύτως τοιοῦτοι. *Presbyterorum quidam, qui videlicet crucem in pileo gerendæ privilegio gaudent, sicut & Archimandritarum aliqui, Supergenualia habent, quod quidem Pontificiæ liberalitatis beneficium est, sicut & crux in pileo gerenda. Nullus quippe, Pontifice excepto, cruces in Casula & in capite ferre, sicut nec Supergenuali se ornare potest. Illis autem, quæ reliquis sunt præfecti, solum in capite crucem, & in sacro faciendo Supergenuale assumere permittitur: quandoquidem una cum Sacerdotis dignitate, judicis quoque potestatem sunt adepti, aut ministerio quodam Ecclesiastico, & præcellenti sunt functi: vel ut animarum pastores & œconomi constituti & primi pastoris imitandi vestigio, ejus quoque insignia ferre sibi arrogarunt.* Metropolium autem Ecclesiarum Officialis nullus est, qui extensa privilegii gratia, deferendi Genualis cupidine non ardeat: ex propter, cæmulos quandoque Officiorum titulos, hoc solo Genualis censu & honore contentus, omni studio, ambitione multa, & plurimo pretio comparat. In magna vero Ecclesia præter Genuale in sacris, pileos quod hic sit Thessalon. cruce superne insignitos Officiales præcipui propter concessam judicandi potestatem, ut auctoritatis titulos privatim & publice deferunt: de quibus si Deus concedat, alibi sermo instituetur.

17. Πρωτοσύγκελλος.) Inter honoratissimos Ecclesiæ C. P. titulos supremus fuit, πρωτοσύγκελλος, (quem alii corrupte πρωτοσύγκελλον, scribunt) & Latine Syncellus. Cancellaneorum primum interpretor: illi enim cum cæteris Syncellis potestas est in Patriarchio (aliis Officialibus nocte exclusis) habitare, & cum officio magnæ Ecclesiæ Monasticum ordinem, sicut & Patriarchæ, cenere. Hadenus inquam, cum e Monasteriis eduli sint Patriarchæ, ne sibi longa necessitudine devinctis aliis Monachis Ecclesiæ magnæ dignitates, sicut & Metropoles regendas committerent, peculiari Canone sancitum est, ut & principes viri dignitates illas adipiscerentur, e solis in sæculo degentibus digniores, ad Ecclesiæ C. P. munera deligerentur, quorum tamen fastu vel comitatu ne Patriarchalis dignitas obfuscaretur, illis in Patriarchio pernoctare nefas esset. Syncello nihilominus etiam Monacho quasi Patriarchæ socio, & ejus συμμύστῃ & confessionibus, *Cella* juxtam Patriarchæ *Cellam* non denegata est, unde & συγκέλλου nomen. Pleres tamen quandoque σφετέρους alios *Cellæ Patriarchalis* fecit, & πρωτοσυγκέλλους omnibus præpositum legimus. Ille vero κύριος Σύγκελλος & Πατριάρχης δοκοφύλαξ & ἐνίοτε τόπος ἀντεκδικῶν, *quondam dictus Syncellus defuncto Patriarcha, in ejus locum substituebatur*, ait Cedrenus: unde extra numerum cæterorum Officialium a Codino relatorum est, nec inter eos recenseatur, a Patriarcha vel ab officialium cœtu; a Patriarcha quidem, quia Syncellus ille eximius vel Protosyncelius Patriarchæ successor, ab Imperatore designabatur, ex Paulo Diacono Histor. lib. 22. ab Officialium ut ita dicam Capitulo, quia Monachum, etiam Patriarchæ successorem designatum, in suam societatem nullatenus admittit.

18. Τῶν μεγάλων ἐκκλησιῶν.) Magna Ecclesia est Constantinopolitana, æternæ Sapientiæ τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ dicata, sibi subditarum mater, quoad ædificium supra reliquas maxima, & post Constantinum fundatorem ejus primum, tam simplonis & immensis ædificiis aucta, ut non tantum dignitatis ordine (Regiæ namque urbis Præsulum sedes erat, & ab Imppp. solito piscatis cultu frequentabatur) verum a structuræ partibus molle, amplitudine, majestate, divitiis, & omnis sacræ supellectilis precio delectationem simul & stuporem spectantium oculis injiceret, & exinde μεγάλην ἐκκλησίαν, jure ac merito vocata sit: de qua Procopius, Evagrius, Codinus, Gyllius, & alii. Ea condita regio plusquam apparata, & totius Orientis tripudio, cum consecrationis solemnia celebraret, exclamasse ferunt Justinianus, νενίκηκά σε, Σολομών. *Superavi te, Salomon.* Unde & in illius ejusdem templi pariete quasi victus & mœstitia perfusus, pictus erat Salomon: ac si Justinianæum templum Sapientiæ æternæ dicatum, regis sapientissimi antiquam opus tantopere celebratum exuperasse, Salomon ipse si viveret, ruborem falcem & vultus demissione, profiteretur. Eo nunc Mahumetico cultu prophanato, in aliud SS. Apostolorum templum, non tam regum quam religionis emeritæ sepulchrum, solemnia cuncta celebratari, cesserunt Patriarchæ.

19. Ἀμφίασις.) Hoc vocabulo dignitates & Officia quæque Ecclesiæ vestiunt significanda de quibus late Codinus edito de iis libro: & nos pauculà in hoc opere, ubi de ordinationibus.

20. Τὸ σακκίον.) σάκκος quoque, sicut & σακκίον, & σακκὸς scribitur: & literis transpositis σαγκλὸν & σαγκίον, atque etiam σαγκίνον & σαγκὸν, occurret, pro scriptorum vel auctorum varietate: quoquo modo scribatur, *Casulam* sive *Planetam* interpretamur. In utraque autem Ecclesia & eumdem usum & eamdem formam σαγκίου & *Casulam* obtinuisse, ex Honorii dictis lib. 1. cap. 207. Cavanto, & aliis auctoribus facile possumus observare. Immerito propterea Guillelmus Lindanus cum querulis aliquibus, renovandæ in omnibus antiquitatis cupidis, modernam *Casulæ* dimidiatæ, ut ait, & truncatæ formam incusat: quasi eidem usui & proposito, ac antiquum Græcorum σαγκίου deservire nequiret, quæ propter expandenda, sive commode movenda brachia, a lateribus consciſa est, & brevior facta. Ivone Geometrica amussis Ecclesiasticarum vestium figuram, a consuetudine, tempore, Pontificumque judicio petendam, delineabat & moderabatur? Non defuit certe *Casula* Latina, etiam imminuta, in ipsam vocem Græcam, ut ab ea nuncuparetur, jus habere: juxta namque φαινόλιν etymon, φαίνεται ὅλον, & præterea *sunt Casa, omnia alia Sacerdotis vestimenta regit & complectitur*, ait Rabanus Maurus. Et tandem sicut Planetæ, licet non rantis pannorum luciniis, secundum Honorium citatum, *circumdare ejus lumbos utrinque in brachia subleventur*. Cæterum vox Latina *Penula*, proxime σακκίου secundam sonum accedit, quantumvis reclamet Grevserus, lib. 1. in Codinum cap 16. nolli *Penulæ* interi sacras vestes locum concedens, licet adverterem pomeria *Penulam*, quam Nicephorus Patriarcha ad Pontificem Romanum olim misit, σακκίον, tunicamque item candidam, σακκάριον fuisse, ubi Græci sermonis interpres scripsit, *mittimus tunicam candidam*, & *Pœnulam coffaneam inconsutilem*, &c. Toto vero cœlo a Pallio Archiepiscopali significando longe est σακκίον, quicquid in contrarium hallucinetur Meursius, qui utrinque vocis inscius, dum utrunque confundit, utrunque etiam ignare explicat.

Expositis autem vocibus, vestium Sacerdotalium signis, scisciranti de Pontificiis ornamentis, utrum ab illis diversa sint, e Symeone Thessalonicensi breviter respondendum. Hierarchæ tunicam rayatæ, non puram & unicolorem tota sua amplitudine, sed lineis lorisque candidis & rubeis ab humeris ad pedes usque ductis intertextam, in quibus mysterium observat citatus auctor, lib. de Templo. τὸ ἅγιον τὸ λευκὸν ἱμάτιον τοῦ Ἀρχιερέως, ἐφ' ᾧ τὸ ἐπάνω τῆς πλατυτάτης στοιχεῖ, τὸ διὰ καλλωπισμὸν ἐν αὐτῷ συμπλεκόμενον χρῶμα· ἐστὶ τοῦ κυρίου χαρὰ ἐπὶ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ· ἐπὶ τοῖς κανόσι τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἐπὶ τοῖς ἀνωτέρω τῶν οὐρανίων δυνάμεων· ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἐπαινουμένοις· ἐπὶ τοῖς ἀγγέλοις τοῖς ἐν τῷ οὐρανῷ χαίρουσιν ἐπὶ τῷ σωθῆναι ἁμαρτωλούς· καὶ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἑτέροις ἔστι λαβεῖν. *Pontifex a mirificatus jam desuper descendentia habet, quæ dicuntur flumina* (lineas videlicet candidas rubeis intextas) *& gratium odendi in ipso repræsentant. Nam & inter Angelos non omnibus idem est ordo* (comparaverat Superos Diaconos & Presbyteros ordinata inferiorum Angelis) *sed ibi quoque alii inferiorum magistri sunt. Vocantur autem flumina propter illorum Salvatoris in Evangelio dicentis. Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Deinde quibus præfulgent insignibus Brachialia, & Genuale Episcoporum, præ Sacerdotalibus, expositum est supra. Casula vero Episcopi φαινόλιον ἐπισκοπικὸν, τοῦτο πάντων ἐπικεῖται τέλειόν ἐστι· ἡ δὲ στολὴ τοῦ Ἀρχιερέως τὸ φαινόλιον τοῦτο ἐστὶ τὸ ἐπάνω τῆς στολῆς ἐπικείμενον· τοῦτο δὲ









21. Ἀναζώννυται.) Exoseulatur Sacerdos cafulam quam induit; sed quia Sacrificium nondum plene absolvitur, cafulam pariter a tergo nondum plene expandit, sed super humeros convolutam & contractam gerit; eo fere pacto quo recens instituti Sacerdotes Latini, retortam a parte posteriori stolam usque dum plene consecrentur, tenent.

Sacrorum Donorum in propositionis mensa præparatio, & primum eorumdem offertorium.

22. Εἰς τὸ ἅγιον βῆμα.) Missam auspicaturus Sacerdos primo personam propriam, tum vero hostiam præparat, & disponit. Animi sanctitatem in corpore sacris vestibus ornatio testatam hucusque fuimus contemplari: ad hostiam nunc Sacrificio destinandam, & peculiari ritu præparandam, oculos & mentem convertere nos decet. Hujusmodi vero hostiæ præparationem fieri in Prothesi docet hic rubrica, cui moderni Ecclesiæ nostræ suffragantur, quamvis *in Sacristia* ἐν σκευοφυλακίῳ, primitus factam fuisse colligere nobis licuit, cum e MS. Isidori Pyromali inter varias lectiones Missæ S. Basilii referendo, tum etiam e S. Germani verbis, qui offertorium jam jam peragendum vocat, σκευοφυλάκιόν προτεθὲν ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ, *oblationem in sacristia factam*. Putarim ego Propositionis mensam in ipsa sacristia, seu σκευοφυλακίῳ quondam fuisse, quæ etenim in fine missæ dicuntur orationes in Prothesi in plerisque MS. & editis exemplaribus, ἐν σκευοφυλακίῳ fieri prohibentur: sicut & apud Latinos Sacerdotis & hostiæ præparatio in sacristia præmittitur. Thessalonicensis nihilominus juxta Prothesim locat σκευοφυλάκιον lib. de Sacr. quod alii cum Diaconico confundunt: de quo nos alibi. Illud certum est, σκεύεσιν esse mensam, in qua sacra dona σκευάζονται, primo immolanda *proponuntur*: & priusquam in altari consecranda deponantur, primum hic sanctificationem precibus Sacerdotis, & sacro ritu circa ea peracto, assumunt.

23. Νίπτουσι τὰς χεῖρας.) Lori ante vestium sumptionem Sacerdos & Diaconus, iterum hic manus lavant; cujus consuetudinis moralem causam assignat Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 5. Myst. & Gregorius 2. part. Pastoral. cap. 20.

24. Τὸν ἄγιον δίσκον.) Vox hæc, quam plerique Patenam interpretantur; a me *Discus* ubique vertitur: Lancis enim & *Disci* profundioris figuram habet, vas illud, in quo Græci sanctum panem reponunt.

25. Ἐν τῷ μέσῳ τῆς ἁγίας.) Non in longum coram se, sed in transversum panem & vinum in Prothesi ordinant Græci: ut quod nunc figurate agitur, peracta consecratione, omni veritate certius, juxta Chrysostomum hom. 24. in epist. 1. ad Cor. τὸν ἐν τῷ ποτηρίῳ· ἀκούω, τὸ ἁγιασθὲν ἀπὸ τοῦ πλευροῦ ἐκεῖνον· *Quod est in calice, id quod e latere fluxit*, esse creditur. Et eadem ratione calicem cum pane disposuisse antiquitus Latinos discimus ex Ordine Romano, *in quo Archidiaconus suscipit oblatas Pontificis de oblationario, id est Præbeat, & dat Pontifici: quas dum posuerit Pontifex in altari, levat calicem Archidiaconus de manu Subdiaconi Regionarii, & panis cum juxta oblatam Pontificis*, A DEXTRIS. Micrologus idem asserit cap. 10. *Ita juxta Ordinem Romanum disponenda sunt, ut oblata in corporali posita, calix ad dextrum latus ponatur, quasi sanguinem excepturus, quem de latere Dominico profluxisse credimus.*

26. Εἶτα προσκομιστικὰ τρία.) Vocem προσκομιστικὰ, habes explanatam fol. 23.

27. Εὐλογητὸς Θεὸς ἡμῶν.) μετ' εὐσημίας, καὶ συγχωρήσεως, καὶ μετὰ ὑποστολῆς τῆς ἀγάλλου, τὸ δὲ ἀσπασίως ἐκτενῶς ἔκτασις ἐρεῖται. ait Symeon Thess. lib. de Sacr. cum benedictione, & *venia petita*: cumque *subjectione & quiete propriam quisque ministerium peragere aggreditur*.

28. Ἤτοι ἀπὸ ἔφοδος (λειτουργικὸν.) Quia primum benedictionis vocabulum est. εὐλογητὸς. &c.

29. Τῶν προσφορῶν.) Ea est panis fermentatus in mediocris placentæ modum. *Oblatam* simili voce eam vocant Ordo Romanus, & auctores qui de ritibus Ecclesiæ scripserunt. Illa manibus virgineis, vel Sacerdotum conjugibus, modo sint a muliebri profluvio mundæ, paratur: & vel præsentis oblationis, vel futuræ consecrationis ad quam destinatur instituti, προσφορᾶς nomen sortitur: nec minus etiam quodlibet populi donum, & panis consecratus, consummato sacrificio, oblatio vera est, quo sensu Canon Apostolicus 8. dicit. ἀπὸ ἐκάστου τοῦ, ἢ πρεσβυτέρου, ἢ διακόνου, ἢ ἑνὸς τῶν κατὰλόγον τῶν ἱερατικῶν, προσφορὰς γινομένης, μὴ μεταλαβῆς τῆς αἰτίου ἀνάθεμα. *Si quis Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, vel alius ex Sacerdotali catalogo facta oblatione non communicaverit cujusvis enuncie.* Et Eusebius lib. 6. Hist. cap. 35. πάντας τὰς προσφορὰς, καθαγιασθείσης τῆς μέρας, cum fecisset oblationes, & singulis partem Sacramenti distribuisset, &c.

30. Τὸν ἅγιον ἀμνὸν.) Cultellus, hostiæ a rota panis missa separandæ deputatus, λόγχη lancea dicitur. Et cum Lancea τὸν κατατομέα τοῦ ἀμνοῦ τῇ Κυρίᾳ, figuram habeat, vice illius quæ latus Domini effodit, sacrificio admovetur.







31. Τὸ σφραγίδιον.) *Sigillum*, crucis est effigies σφραγὶς *oblatæ* impressa, qualis apud Arcudium & in figuris adjunctis cernitur. Quæcumque sit autem sive circularis, sive quadrangula: in quadrum semper Lancea excavatur, & extollitur. Et de panis quidem figura circulari loquitur Epiphanius in Ancorato: τὸ γὰρ ἐν στρογγύλῳ σφραγιστὸν ἐστὶν, *rotunda est & sine sensu ejus species*. & talem esse debere in Ecclesia, ne quæ denarium, & pretium redemptionis nostræ indicet, Durandus lib. 4. cap. 41. ex Honorio Solitario

lib. 1. cap. 35. late demonstrat: scribitque in ea sæpe nomen & imaginem Imperatoris nostri effingi, quod & *ex προσφορᾶ* videmus expressum, cum victoriæ ejusdem præconio. *Ἰησοῦ Χριστὸς Νικᾷ*. Ab excitatis quippe tribus crucibus a Constantino in Regia urbe, quarum prima juxta Nicephorum lib. 8. cap. 32. gerebat inscriptum *Ἰησοῦ*, secunda *Χριστὸς*, tertia *Νικᾷ*; a quibus etiam dictionibus tanquam propriis nominibus vocitabantur, contigit, ut deinceps Græci juxta crucem, eadem voces exararint, *Ἰησοῦ Χριστὸς Νικᾷ*. Unde conjicies obiter, Christiane Lector, Christianissimum regem Ludovicum XIII. cruce Christi hisque regiis verbis *Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat*, merito sua numismata insignivisse. Victoriis namque etiam cum portento de profligata hæresi reportatis ubi per amplas Regni Imperiique sui provincias, sancto Eucharistiæ mysterio regnum, sequitatem, gloriamque restituit, una etiam præstitit, ut in Galliis sit hoc Sacramentum in pretio, & ut Christus qui se pretium mundi dedit in cruce, eruci det summum aureumque in Gallis pretium; in quibus rex ille justus & invictus, fama sibi parta, & fobole regia relicta perpetuo Vincet, Regnabit, Imperabit.

32. *Εἰς ἀνάμνησιν τοῦ Κυρίου.* His oblationis limineq; qua præparationis Liturgicæ ducitur initium, memoriam Christi ob oculos sibi ponit Sacerdos Græcus, velut & Latinus in Offertorio. Tota vero *missæ tam propriis reperitur disposita ordinatione*, inquit Durandus lib. 4. cap. 1. *ut quæ per Christum in quo & cœla descendit, usque dum in cœlum ascendit gesta sunt, magna ex parte contineat, & ea tam verbis quam signis admirabili specie repræsentet*; talemque propterea in ea componendi ordinem observandum, præter alios SS. PP. Basilius & Chrysostomus sibi proposuerunt, ut admiranda serie Christi ortum, vitam & quæ post mortem ei obtigerant, verbis sacrisque actionibus cuncta facerent manifesta, & mystica representatione quasi conspicua redderent oculis: *τὰ ῥήματα & ἀναγνώσματα, ἢ ᾠδὰς ἢ τὰ ἱερουργίας ἁπάσας*, scribit Hieremias Patriarcha post Caesilanti, & S. Germanum: *τὰ μὲν δυσὶν, τὰ δὲ τρισὶ, τὰ δὲ τετράσιν, τὰ μετ' ἀνίσου Exordia vitæ Christi, primis sacrificii partibus: media secundis, reliqua, postremis declarantibus*: ante consecrationem siquidem, exprimuntur ea quæ Christus in vita peregit, in consecratione mors potissimum, resurrectio, & ascensio repræsentatur: post consecrationem tandem promissio Patris, Spiritus sancti in Apostolos descensus, & per eos Gentium conversio, & in uno corpore omnium hominum communio annunciantur. *ἡ ἱερὰ μυσταγωγία τοιοῦτόν τινα ἡμῖν σχῆμα τὰ ἅγια ἐπιδείκνυται & τὰ συμβεβηκότα, πάντα ἀνὰ τὸ μέσον ἀγαγεῖν, ἀρχὴ τέλους τῷ & ἀρχὴ τέλους ἀρχῇ δεικνύειν ἀλλήλοις. Atque ita in tota hac sacra actione velut imago est unius corporis, totum Salvatoris inter homines conversationem continens, omnesque ejus partes inter se connexas & aptatas, sub aspectum subjiciens & representans.*

33. *Καὶ ἐνδὺς τὸ πετραῦν & λέγων λόγχῃ.*) Cum prima panis & vini in Prothesi oblatio Christi vitæ exordium, & primam inter homines conversationem adumbret, *ἀφὶ τοῦ πατρὸς* scribit Germanus, *τὸ δὲ ὕδωρ ὑπὸ τὸ σῶμα ἐκ τοῦ πλευροῦ ἐξελθὸν βάπτισμα, ἀπὸ τοῦ ἐνσπλάγχνου Χριστοῦ· ἀπὸ δὲ ἐξ ὧν τὸ Καθαρὸν· τοῦ δὲ & ἐν Καπερναοὺμ διδασκαλίᾳ & πάσαν πρᾶξιν ἐκπορεύ*. *Deponitur divinum corpus in propositionis mensa sicut in Bethlem ubi natus est Christus: sinus autem sicut & in Nazareth. Addo quod & ejus in Capharnaum habitationis propositionis mensa locum adimplet*: mirum est, cur SS. PP. Græci, jam in ipsius Liturgiæ limine Christum agni nomine **immolacum**, spectantium mentibus exhibeant. Hac difficultate prævisa, vitæ Christi decursum ordine continuo in liturgiæ serie non referri confuse Arcudius lib. 3. cap. 28. S. Germanes ex adverso natividatem & alia plura, una ceremonia posse significari opinatur: *ὅτι τὸ & ἐπὶ τῶν τοιούτων, ἴσως ἔστι καὶ περὶ τὸ τόπον τοῦτο ἐπιφέρεται, ἑνὶ ἔοικε καὶ τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ λιτῇ ἐπὶ τῶν προσκομιδῶν

Justorum & peccatorum memoriam agimus. Pro peccatoribus quidem rogamus, misericordiam Dei implorantes: pro Justis, Martyribus, Confessoribus, ac Episcopis, & Anachoretis, & pro universo ordine: ut Dominum Jesum Christum, ab hominibus separemus, per honorem quem ei exhibemus. Quid enim sanctorum descriptio τὸ συνημμένον ἀδιαίρετον ἐμφαίνουσα, *quæ indivisam sui conjunctionem cum Christo* in missæ sacrificio *declarat*, aliud potest manifestare, quam Christi sanctorumque Symbola, quæ in eorum memoriam, simul & conjunctim proferuntur: Aut quid aliud est, dum sacra dona disponuntur? Χωρὶς ἀφορίζειν ἀπὸ τῆς ἀνθρώπων τάξεως, quam Hostiam ejus nomine præcisam, a particulis sanctorum nomina præferentibus, & regium ejus comitatum referentibus, separatim ordinare, ut & sensibili illa serie, honor Christo debitus declaretur?

44. Τοῦ Ἄθω.) Montem Athon (cujus ambitus 150. milliarium, isthmus autem, ut qui mari objicitur, unius tantum) tot rupibus & salebris horridum, tantoque fastigio se se in Macedonia erigentem, ut sole Occidente ad Lemnum usque insulam umbras projiciat; ex quo sub Nicephoro Phoca ann. 961. Monachi incoluerunt, jam non amplius Athon, verum διὰ τὰς ὁσίας ἐν αὐτῷ ἐνασκουμένων, ab habitantium, *& religiosæ asperæque vitæ exercitia frequentantium*, sanctitate, ἅγιον ὄρος, *montem sanctum*, vocaverunt Græci. Et Monachis quidem qui sensim illum & colere & occupare cœperunt, primo tempore concessus, nunc etiam a Turcis permissus, tantis ut ita dicam Monachorum gregibus & frequentia colitur, ut ad sex millia, vel cœnobiticam vel eremiticam ibi vitam agere noscantur. Sunt namque viginti quatuor Monasteria (Σίγγια μοναστήρια vocant *regularis vitæ rigore conspicua*, exulantibus inde ἰδιορρύθμοις *mitigatorum* nomine infamatis, & ob dispensationem receptam decidua) muris validissimis undique cincta, quorum præcipuum est Laura, a S. hoc Athanasio, non illo Alexandrino Episcopo, sed qui in Atho dicitur, & sub Nicephoro Phoca memorato vixit, conditum: cellæ vero sive eremi, quaqua versus per montem resperse occurrunt absque numero, in quibus aspero & austero vivendi generi vacant, qui non tam sæculo deliciisque, quam ipsi vitæ renunciasse videntur, καλόγηροι Monachi a morum probitate & maturitate *boni senes* (si hodie schisma non foverent) nuncupandi; qui tum ab aliis Monachis, tum a devota plebe, eo quod ἅγιον ὄρος communis est eorum μονάστιον, *præcipue*, *& Monasticæ conversationis locus*, ἁγιορείτων nomine dignoscuntur, & ut Monastico instituto celebres, traditionum observatarum fama conspicui, officiorum divinorum ab se bene peractorum laude commendandi, a reliquis suspiciuntur & approbantur.

45. Ὑπὲρ ὧν ὁ ἱερεὺς μνημονεύει.) Non leviter prætereundum. Veneta ultimo edita subjungunt hoc loco cæremoniam. Diaconum nempe Oblatam afferere, & primo pro mortuis, secundo pro seipso, tertio pro quibus volt viventibus particulas lancea extrahere, & memorato nomine eorum pro quibus illas videtur offerre, ad instar Sacerdotis in Disco cunctas reponere Ὁ δὲ διάκονος [illegible] & reliqua fol. 72. quod an ipsi fas esse queat, necne, obiter inquirendum. Negat clarissime Symeon Thessalonicensis non ignotæ inter Græcos recentiores notæ his verbis lib. de Sacra. [illegible] *non convenit particulas offerre Diaconos: verum Diaconi omnes Presbyterorum ministerio offerant*, rationem subjungit, [illegible] *Quando quidem offerendi munus non sunt adepti. Diaconi enim sunt sola ministrandi dignitate decorati: si namque vetitum illis est, ne sacram indumentum sine Pontificis aut Sacerdotis benedictione induant,*

sacrumve officium sine Presbytero aggrediantur, qua ratione per seipsos offerre poterunt? Hujusmodi sententiæ est Arcudius lib. 3. c. 13. qui etiam Canonem 18. Nicænum refert, sibi ut opinatur quam maxime suffragantem: [illegible] Χριστοῦ. *Neque Canon, neque consuetudo tradit ut (Diaconi) qui offerendi non habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigant*: quibus addendus Georgius Pachymeres in caput 3. Dionysii de cælesti Hierarchia, atque denegans Diacono munus offerendi, ac Sacerdoti facultatem ordinandi: utrisque enim facultatem, unum & alterum superat: Concludit hoc pacto propterea citatus Arcudius cap. 17. Hæ rubricæ tollendæ sunt, quæ a Neotericis Græcorum Euchologio Venetiis typis excuso sunt additæ, ut suam ἀνώδυνον opinionem, probabiliorum redderent. Sunt enim meræ καινοτομίαι, quam sane redarguunt, cum Concilii Nicæni citatus Canon, tum ipsemet Thessalonicensis, qui si in antiquis Euchologiis Diaconum posse particulas offerre, scriptum reperisset: certe istud minime correxisset atque damnasset. Hæc ille: cujus sententiæ nimium ut videtur præcipitatæ, respondeo. Non Thessalonicensem modo, sed & quemlibet, damnatum ab Arcudio ritum, D. Germani auctoritate probatum, & usu confirmatum in ejus mystag. legere potuisse. τὸ κομμάτι τὸ σῶμα, inquit, [illegible] *Dominicum corpus ipsum (& non solæ particulæ) tanquam ex quodam utero & carne corporis virginalis, a toto pane oblationis & benedictionis a Diacono, ut magna Ecclesia a majoribus accepit, dissecatur.* Et infra [illegible] *quod ipse vero qui divinum corpus dissecat a benedictionis pane Diaconus, Angelum imitatur, qui Virgini, Ave, nunciavit. Nec mirandum, etiam si Sacerdotes illud præscindant, ad consuetudinem enim magnæ Ecclesiæ prospiciendum est.* Diaconus itaque ex Germano majorem hostiam in magna Ecclesia, quam a cunctis imitandam asserit, præscindit: nec soli Sacerdotes eam præscindunt, & oblationem perficiunt: eam itaque & Diaconus pariter aggredi poterit, maxime si post Sacerdotem minores tantum particulas extrahat, & recensitis nominibus quorum habet memoriam, eas solummodo in Disco reponat. At hoc nefas esse duxerunt Canon Nicænus, & Græci scriptores, inquit Arcudius. Non ita. Neque enim unum est tantum Offertorium in Græcorum liturgia, sed binum, aut ternum; & secundum quidem aut tertium, intra liturgiæ ambitum comprehenditur, & completur in altari: primum hoc ἐν προθέσει, vel πρόθεσις celebratum extra liturgiæ limites consistit, solummodo prævium est, & a consecratione remotissimum; nec severo nimis supercilio ab eo Diaconus arcendus est; ejus enim opus quodcumque, Sacerdotis operi subjicitur & subordinatur, relictis exproprter in Prothesi particulis, illas oratione prosequitur Sacerdos, [illegible], & ad alia sibi propria exequenda divertit Diaconus.

46. Ὀνομαστί.) Dum cujusque nomen recenset Sacerdos aut Diaconus; simul etiam pro ejus salute particulam educit & offert, & hac ratione participem eum Sacrificii reddit. Et hoc pariter modo in ipso missæ Offertorio nomina tam vivorum, quam vita functorum, quondam in Ecclesia Latina fuisse recensita legimus, tum in Epist. 1. Innocentii primi ad Decentium Episcopum scribentis. *Prius oblationes sunt Deo commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda: ut inter sacra mysteria nominentur*, tum etiam in vetustioribus missarum formulis ab Hugone Menardo collectis, ad quas lectorem remittimus.

47. Τίθησιν αὐτὴν ἐκ δεξιῶν.) Posita, B. Virginis nomine, juxta majorem hostiam particula, & regio pone illam satellicio sanctorum, sub majori eadem hostia particulæ pro Episcopo, pro regibus (si in eorum dominio sacrificium fiat) pro Ecclesiastico ordine & Ecclesiæ fundatoribus, grandiores particulæ separatim disponentur: tum sub his inferius, duo particularum acervi pro communi vivorum & defunctorum grege, ut ex tabula fol. 101. constare potest, collocantur.

48. Θυμίαμά σοι προσφέρομεν.) Primi hujus offertorii a se secunda pars, qua pane & vino Deo oblatis, thus etiam adoletur. Hoc utraque Ecclesia semper in usu habuit non Leonis primi præceptum sequuta, ut e Chronicis anonymis scribit Radulphus Tungrensis propos. 23. sed Apostolicos Canones primitus editos observans, in quorum 3o. dicitur. [illegible] *Non licent aliud quid in altare inferre, quam oleum in lucernam, & incensum oblationis tempore.* Hinc licet sine cereis, numquam tamen sine lampadibus & chære accensis celebrant Græci: & pariter incensi famam, si non oblationis partem, saltem comitem adjungunt. Amb. in c. 1. Luc. *Utinam nobis quoque adolentibus altaria, & sacrificium deferentibus assistat Angelus.* Et Hippoly. lib. de consummat. mundi & Antichr. [illegible] *Planctum magnum agunt Ecclesiæ, oblationibus vel thure non amplius libatis.* Inquirit autem Symeon Thessalonicensis, [illegible] *Cur confestim post oblationem adoletur incensum?* Respondet. [illegible] *In divini operis gratiarum actionem, ad Spiritus sancti operationem & adventum advocandum, quod & testatur oratio dicens. Incensum tibi offerimus, &c.* Cujus plures similes olim a Latinis ob eumdem finem usurpatas colligit Hugo Menardus in appendice lib. Sacram. sancti Gregorii.

49. Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.) Quoties mysterio spectandam, & attentione dignam actionem edit Sacerdos: toties se & alios ad orandum commonet Diaconus dicto: τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ad Diaconum siquidem officium precum attinet ex cap. per lectis dist. 25.

50. Θυμιάσας τὸν ἀστερίσκον.) Ne vela hostiam tangant, & supra memoratam particularum ordinem turbent, adinvenit Chrysostomus duos breves arcus, qui hostiis superpositi, eas ab omni contactus periculo protegerent. Arcus illi extremitatibus ut radiis fulti, *stellæ* in Christi natalitiis emicantis nomen obtinuerunt, unde & in eis componendis Sacerdos ait. Καὶ ἐλθὼν ὁ ἀστὴρ. Licet enim quandoque Græcos intueri, res & actiones verbis sacris accommodantes, ut dum hæc verba proferunt. *Unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis & aqua*: Simul etiam calici vinum & aquam infundunt; & vice versa, verba rebus sacris accommodant & adaptant, ut dum prædictis arcubus panem sacrum obtegunt, sacrum illud verbum usurpant: *& veniens stella supra ubi erat puer.* Hinc cum nativitatem Christi & passionis ejus designationem, velut signa Prophetica, in Prothesi præmittant; ibidem Christum plagis sœdatum, vel certe in disco stella ei superposita jacentem depingunt, ut & infantiam ejus scripturæ dicto recolunt; & pluribus aliis ejus mortem commemorent: illisque discus nunc Christi præsepe, modo feretrum ejus adumbrat, juxta S. Germani contemplationem. [illegible] *Discus feretrum est, in quo Domini corpus a Sacerdote & Diacono, Joseph & Nicodemus referentibus, componitur.*

51. Τὰ πρῶτα κάλυμμα.) Tribus velis sacra contegunt Græci: primo quod δισκοκάλυμμα, dicitur, discum; secundo calicem, tertio eoque majori utrumque simul. Ultimum hoc, πέπλον, in uno ex relatis a nobis exemplaribus inter varias lect. vocatur; & nominis rationem proferunt verba subjuncta, [illegible], nubes lucida obumbravit eos: hic autem ἀὴρ Aer nuncupatur, quia per modum Aeris circa terram expansi sacra dona ambit; ejusque nomen & formam ab Hierosolymitana, in reliquas Orientis Ecclesias traducta, typicum Sabæ testatur & omnectorum symbolicam rationem S. Germanus refert. [illegible] *Superius Disci velamen indicat sindonem, qua involverunt corpus Domini; disci velamentum vices agit sudarii faciem tegentis in sepulchro. Velum aliud, sive Aer, est, & tenere dicitur locum lapidis quo munivit Joseph monumentum, quod obsignavit custodiæ tabella. Et statim thuribulum subindicat humanitatem Christi, ignis divinitatem: incensum autem repræsentat aromata illa, quæ Domino sepeliendo offerebant.*

52. Ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν.) Extat ad verbum in D. Jacobi liturgia hæc oratio, inde Basilius eam excerpsit: & ab utroque Chrysostomus. Cum vero particulas æque ac majorem hostiam offerat Deo, & consecrari expostulet Sacerdos quarum ratione dicit, [illegible]; unusquisque tunc censet memoriam sui agi, & pro se sacrificium offerri cum prolato suo nomine, pro se simul particulam educi & præsentari jubet; unde idem est apud Græcos, memoriam alterius in Missa habere, μνημονεύειν, pro eo particulam educere, & ut vulgari lingua dicunt, [illegible], ac pro eo sacrificium offerre: unde sequitur particulas ita oblatas æque ac majorem hostiam consecrari, & ex omnibus simul unum sacrificium, & unum sacramentum exsurgere: quod prolixe, solerterque tractat Arcudius contra nauseos pontentes Græcos a cap. 17. ad 24. l. 3. de Eucharistia.

53. Ποιεῖ ἀπόλυσιν.) Dictionem ἀπόλυσιν, ultimam cujusque festi diem, quo quasi solemnitas solvitur, Meursius significare opinatur: verum ut festi diei nullus hic sermo est, nullus juxta Barbarum ejus Glossarium esse dictionis memoratæ sensus. Accusat propterea Codini interpretem, quasi erroris reum, qui ἐσ τὴν ἀπόλυσιν, *soluto conventu*, interpretatus est: errat tamen gravius ipse Batavus Theologus, qui ἀπόλυσιν, non tantum festi diei per aliquot dies protracti terminum, sed officii cujuscumque Ecclesiastici finem, quo populi conventus solvitur ac dimittitur, solito sæpius indicare ignorat. Hinc voces illæ cujuslibet officii calci appositæ: γίνεται ἀπόλυσις, *dimissio fit populi*. Quibus in præsenti addendum: non tantum officii completo fini, verum & parti ejus prolixiori signanter ab altera diversæ, finem ἀπόλυσις & terminum assignari. Sacerdos ideo absoluto jam in Prothesi offertorio (quod est liturgiæ prima præfatio) ποιεῖ ἀπόλυσιν, *dimissionem facit*, seu verius, *finem imponit*, cum recitat orationem, Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, ἀπολυτικὴ, idcirco suo loco vocandam.

Sacerdotis & Diaconi ad altare accessus, & tum utriusque, tum populi ad sacra attrectanda proxima dispositio.

54. **K**Αὶ ὅσα ταχθέντο διάκονοι.) Remotam hucusque, & a sacrificio magis distantem, tum altaris ministrorum, tum in Prothesi hostiæ præparationem contemplatis, ministrorum nunc eorumdem ad altare processus, & sumptorum, tum populi vicinior ad sacra peragenda dispositio, spectandam se se offert. Et alia quidem per preces humiliores fusas, & per incensum in Ecclesia sparsum perficitur; & hujusmodi rites exemplar statim in limine Jacobi liturgiæ, ubi εὐχὴ τοῦ θυμιάματος τῆς εἰσόδου τῆς ἐνάρξεως, *oratio incensi in principio ingressus* occurrit, conspicitur: in qua Christus Dominus [illegible].

duplicis naturæ carbo cum dicatur ; eamdem de illo considerationem hic in suam liturgiam videtur traduxisse Chrysostomus, & in thuribuli quidem cinere, Christi corpus ἐν τῷ σαρκικῷ, in carbone animam, ἐν δὲ τῷ μετὰ ζωῆς, in igne Divinitatem ὡς Θεὸς ἐν σαρκὶ ὤν contemplatur : quod & magis faciendæ S. Germanus ipse effatus est, ὁ λιβανωτὸς ὑποδηλοῖ τὴν ἀνθρωπότητα, ἡ δὲ τοῦ πυρὸς ἐνέργεια τὴν θεότητα, *thuribulum humanitatem, ignis autem Divinitatem designat*.

55. Συναγωγὴν.) Suffumigatio altare ante missæ principium : non ad populi concurrentis gravem odorem repellendum, ut scribit Bellarm. lib. 2. de sacrificio missæ cap. 15. Ut quid enim in ea suffumigatione crucis signum adhiberetur ? Sed potius ad Ecclesiam & fideles expiandos, abigendosque dæmones, quos fumus facer, ejusque cruciformis ductus ab altari exturbat. Ita Innocentius 3. lib. 2. cap. 17.

Missæ principium & introitus.

56. Ἡ προκαθημένη καθ' ἡσυχίαν.) Consecratus & privatus celebrandi ritus confestim a principio missæ Sacerdotem coram altari oraturum applicat : si autem Pontifex sit aut Patriarcha qui celebrat, non statim solemni apparatu indutus, orantem altari se sistit, quin prius in ferula sive Ecclesiæ vestibulo Pontificium assumat ornatum, & in humiliori throno ibidem collocato Antiphonarum posthac continuo decantandorum finem præstolatures sedeat ; & quoadusque Sacerdotes vel inferiores Pontifices συλλειτουργοὶ, *eamdem missam concelebrantes*, bini & bini, a geminis pariter Diaconis, a sacro tribunali, ubi suis se vestibus apparaverunt, deducti, cum conveniant ; ut deinde cincti uno agmine facto, & ordine composito, simul versus altare procedant. Is est qui in S. Jacobi liturgia, & apud Dionysium cap. 3. de Eccl. Hierar. præscribitur ritus, de quo Thessalonicensis lib. de templo. ὁ Ἀρχιερεὺς ἱλάσκεται ἐν ἱερῷ σκάφει, ἔπειτα μύει τὸ κοσμικὸν πᾶν τοῦ ἱεροῦ μυστικοῦ τελετάρχου, καὶ ἐκφαίνει τὸ ἱερὸν ἅγιον καὶ ἁγίων, ἐκ τῆς ἱερᾶς ἀναπαύσεως, ἐν ᾗ ἐκάθητο, ἀνιστάμενος, ἐν ᾗ ἐκάθητο ἀναπαυόμενος ἐκ τῆς ἱερᾶς ἀναπαύσεως. *Pontifex sacro insultans ornatu sanctissimum Christi significat incarnationem : & ad usque portas Ecclesiæ descendens, adventum, ejusque in terris manifestationem, & usque ad mortem & inferos descensum indicat. Hoc etenim est quod offendit e solio ad portas Ecclesiæ versus occidentem processus, ut deinde ad altare surrectus fuit regressus.*

57. Ἔξω ἀναζητεῖται ὁ μύστης τῆς ἐκκλησίας.) Evangelium altaris medio, perpetuo accumbens, Christum regem, throno suo, ipsi adsidentem manifestat : & Sacerdos primo ad altare appulsus, in Evangelio Christum veneratur : Diacono, humilioris & status sui conscio, thronum illum regium adorare concesso. De similibus a Pontifice & Diacono Latinis, Evangelio & altari fixis oculis, tractat Amalarius lib. 3. cap. 5.

58. Κύριε τὰ πρόσωπα τῶν Κυρίων.) Diaconus tribus digitis stolam tenens, & altare indicans, divinum & tremendum facrificii mysterium, ut Sacerdos aggrediatur, admonet : & Domini verbis Judam traditorem olim compellentis, ὃ ποιεῖς ποίησον τάχιον, *quod facis fac cito* ; & quod olim in vita Epiphanii scripsit Metaphrastes ἐξέστησε τὸν ἱερὸν τῆς ἐκκλησίας, ὃ ποιήσει τὸ ἔργον τοῦ Κυρίου. *Instabat Ecclesiæ tempus ut Domini opus, ideft sacrificium peragereture* : ipsum Sacerdotem impellit, non ut malum opus in sui perniciem attenter, sed ut Dei gloriæ cupidus, ad bonum patrandum se accingat : ἐπειδὴ, ait, τὰ πρόσωπα τῶν Κυρίων. Vel potius dicendum : *faciendæ* verbum curam & sollicitudinem denotare in re utroque paranda, & diligenter exequenda : quo sensu Gen. 2. dicitur : *complevit Deus die septimo opus suum quod fecerat*. Hortatur itaque Sacerdotem Diaconus, ut mente attenta, & oculo vigili, sacrificio intendat : Nam & præterea *faciendi* verbum, ad sacrificia pertinet. Hinc Varro lib. 5. de ling. Lat. *agnum, fovi facere*, & similiter Virgilius, *facere visulam pro frugibus* ; ruri sumque idem Varro, *Pontificis* nomen tradit ex eo deductum, quod *Pontes fe Facere*, ideft, *sacrificare*. Nec ignota est Hebræis, addit Pineda in Job, hæc loquendi ratio ; ubi enim Psal. 66. legimus, *offeram tibi boves cum hircis*, Hebræa littera habet, *faciam tibi boves cum hircis*. & pariter Exod. 29. ubi habemus, *vitulum pro peccato offeres*, legit iterum Hebræa, *facies* : & eodem, *faciendi* verbo utitur Christus in hujus sacrificii institutione dicens, *hoc facite in meam commemorationem* : & de altaris facto ministerio loquens Ambrosius, *missam*, inquit cap. 33. *facere cepi* : unde ergo τὸ ποιῆσαι τῆς Κυρίης. Jam omnis diligentia & sollicitudo deprometida, ut sacrificium a Christo in sui memoriam *institutum* aggrediaris : & pari ratione admonet Diaconus Latinus Sacerdotem ; *immola Deo sacrificium laudis*, &c.

59. Δίωνος ἐγκύπτοντος.) Quamprimum ad altare Diaconus accedit, Dei majestate sedulo apprehensa perhorrescit ; & ut ministerium suum rite compleat, benedictionem a Sacerdote expetit, & preces ejus imporat. Sacerdos autem mutuatis a pœnitente iastone, sacrificii cruenti comite, verbis, Christum ipsum, ejus in cœlo memoriam agere precatur, ad inerrenti cujus mysterii consortium ut admitteretur, a Deo electus est.

60. Εὐλογητὸν ἡ βασιλεία τοῦ πατρός.) Nil molitur, nil agit, aut pronunciat Diaconus, nisi benedictione a Sacerdote imperrata.

61. Εὐλογήσαι ἡ βασιλεία τοῦ πατρός.) Quærit hic S. Germanus, τί τὸ σημαῖνον ἐπιτιμᾷ τῷ Θεῷ, ἡ ὁ νεύσας γὰρ ἐνεκρώθη ὁ Θεὸς ὁ ὑποχείριον ἔχοντα τὸν Θεὸν ἐπιτιμᾷ τοῖς ἐσταῶσι βιωτικοῖς, ἐπιλαμβάνει ὁ βασιλεὺς τὸν πατρὸς, καὶ τὸ ἁγὶ σημαίνει ; *Cujus gratia Trinitatem in Deo celebrat, & non unitatem ? Nos etenim ὑποχείριον Θεὸν, ὑποχείριον ἔχοντες, sedecim personarum distinctione dicitur Benedictum regnum Patris, & Filii, & Spiritus sancti* ; Respondet ipse qui quæstionem movit. ἀρχὴ δὲ ἐναντιοφανοῦς τὰ Κυρίε ἐφάνη ἐν ἐμοὶ ἐνεργοῦντος τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν ἐμοὶ ἀφάνατα ὁ Θεὸς τοῦτο ἐν ἐμοὶ ἐνεργοῦντος. ἐν δὲ Κυρίε, πανσυνεργία ἐστὶ τὸ πνεῦμα. *Quia principium per Christi incarnationem didicerunt homines quod res personæ Dei est : hujus autem Domini Incarnationis secreta & sanctæ documenta exhibent, sacra quæ celebramus.*

62. Ἐκτενῶς τὰ Κυρία ἐκτενῶμεν.) Precum istarum, ἐκτενῶν παρακλήσεων apud Græcos nomen obtinentium forma, Basilii & Coryssolono antiquior est. Similes a Diaconis Latinis prædicatas, & ad eumm usque sæculum receptas, jam alibi ostensum est.

63. Ἀντίφωνα.) Fœmineum *Antiphona*, a neutro *Antiphonum*, discrimen apud nos obtinet maximum : quamvis ab uno Græco vocabulo, utrumque fuerint Latini mutuati *Antiphona* namque est sententia, vel modulus cuilibet psalmo decantato adjectus, & quasi *ex opposito respondens*, inquit Honorius solitarius lib. 2. cap. 17. Antiphonum autem ut hic usurpant, psalmi sunt plures versus, ad quorum finalios ana & eadem fit semper ab altero choro responsio : & propter hanc unam & reciprocam sententiam semper illatam, ἀντίφωνα quasi *vox opposita, seu vocis oppositio* vocatur : ejus forma qualis sit, ex his Missalibus Antiphonis fol. 91. & seq. positis innotescit. Extat enim ibi psalmus. Ἀρχὴν τῶ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, &c. cujus singulis versibus respondet, *alleluia*. Τὰ ἀντίφωνα τῶν Ψαλμῶν, ἢ τὰ ἐξῆς illis *sapius opponendum* - Quamvis fatear rem potius in adversum sensum trahendam : cum omne psalmus ipse vocetur ἀντίφωνον, ejus versus sunt, qui uni & eidem dicto (id est, resumpto, ἐπωδῇ ejus frequentius repetito) *opponuntur*. Vel certe quia mutua est utrinsque chori ad invicem responsio : & voces jam audiæ rursum vel ex toto, vel ex parte iteratæ (prout quoque in Latinis *Responsoriis* contingit) ἀντίφωνα appellatur. Unde tum propter vocis significationem, tum propter compositionis formam Latine *Responsorium* congrue reddi posset : retinet tamen usus loquendi antiquus, ut Missæ Introitus,

alio quam Antiphonæ nomine dicatur, Cælestinus enim Papa qui psalmos Davidicos pro Introitu instituit recitari, alternatim (quod Antiphonatim alii expresserunt) decurri præcepit, ut in ejus vita Giacconius refert, & cum eadem pariter ac prolixa fere psalmorum recitatio, Gregorius Papa, inquit Honorius Solitarius lib. 1. cap. 87. *Antiphonas ad Introitus Missæ composuit*. Unde adhuc primus versus ejusdem psalmi ad Introitum canatur, *qui olim totus recitabatur*. His suffragatur Alcuinus lib. de off. Eccl. *Primum omnium*, inquit, *dicitur Antiphona ad Introitum*. Et infra, *Hoc genus psallendi Græci invenisse traduntur : quod ideo ad Introitum dicitur, quia per hoc introimus ad officium divinum*. Antiphonarum autem inventorem primum Martyrem Ignatium cum plurimis asserit Photius. ἀφ' οὗ δὲ φασὶ ἀντιφώνου ὑμνεῖσθαι τοῦτον τρόπον ἐξ ἀγγέλων ἐπιδόντων τὸν ὕμνον ἐμπαθοῦς πάθους τὸν ἕτερον ἐπιφερομένου. *Principium Antiphonis, dedisse Deiferum Ignatium Angelos hoc pacto decantum numen celebrantes imitatus, dicunt*. Ecclesiæ quidem eorum specimen dedisse opinor, usum tamen prius alibi viguisse Philonis Judæi probat testimonium, de Essenis hoc pacto loquentis διὰ τοῦτο τὰ φράσεις χορὸι ἐπὶ τὸν ἑπτάκις ἑπτὰ ὑμνωδοῦσι. ἔστι δ' ὅτε ἀντιφώνους τὰς ἐκ θατέρου μέρους φωνὰς ἀναμένοντες, τὴν δὲ ἀκρόασιν ἡδονὴν καὶ ἀμείνονα συνεπιλαμβάνοντες, τὴν δὲ ἐκ τῆς ἑνώσεως ζέοντες· τότε γὰρ τὰ τριχόθεν ἀθροίσαντες, τὴν δὲ ἐκ τῆς ἑνώσεως, ἐμφύτου τοῖς ἀκούουσι χαρᾶς ἀνεπίληπτος πηγάζουσα. ἀπὸ δὲ τῶν ἐνθέων τούτων ἀνδρῶν ἐπὶ τοὺς ἱερεῖς ἐλθόντες, ἐκείνους ἐζήλωσαν καὶ ἐμιμήσαντο. *Propterea chori ad septies septenos hymnodi incinunt. Interdum responsa vicissim ex altera parte audientes, ipsi auditu jucundiori & meliori capiuntur, & ex ipsa conjunctione, quæ ex ipsis oritur, voluptate. Tunc enim ex tribus unum factum, & ex ipsa conjunctione ortum, auditoribus innatæ lætitiæ fontem manantem præbet. Primo dies sunt chori ; alter virorum, alter fœminarum. Deinde canunt hymnos in laudem Dei compositos variis metrorum carminumque generibus : nunc ere uno, nunc alternis ; non sine decori & religiosi gestibus atque accentibus, modo stantes, modo ante terrorissimum gradum movantes, utcunque res postulat. Deinde postquam utraque chorus seorsum explevit se his deliciis, mistus antiqua divino ebrii, unum chorum faciunt promiscuum, ad imitationem Hierarchum instituti in cœlesti sanctissimo*.

64. Ἔξω τὸ ἄμβωνα.) In Ambone, ut infra Isidori Pyrenotæ M. S. annotavit, dicuntur a Diacono Pacifica ; ubi deest Ambon, in Ecclesiæ gremio, ἔξω τὸ ἱερατεῖον.

65. Τὰ ἑξαπλᾶ.) Preces sunt, quæ & pacem postulant, & in pace fieri debere a Diacono prædicentur : ἐν εἰρήνῃ, inquit, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. & deinde ὑπὲρ τῆς ἁγίας τοῦ ἀφράστου κάρας τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Quorum ratione scribit Cabasilas cap. 12. τὰ ἑξαπλᾶ λέγει ὁ τῶν ὅλων ἀρχιερεὺς μόνον, ὅταν πᾶσι ἑτοίμων μὴ ἀποκωλύειν ἐπὶ τὰ τῶν ἄλλων ἴωμεν· διορᾷ γὰρ καὶ Θεὸς ἐκκλησίαν ἀθροίσαντας. *Petem dicit non eam quæ est inter invicem, quando nulli male volumus : sed eam quæ est erga nos ipsos. Perturbata enim mens ut cum Deo conveniat, fieri non potest*.

66. Χορὸς τοῦ Θεῦ τοῦ ἀκούειν.) Precum in altari faciendarum, quardam e Zonara in Can. 19. Concilii Carthaginensis sunt ἐφυμνίαι, ad officia subsequentia *præfationes* ; aliæ sunt epilogicæ, quæ officium claudunt, ἀναλυτικὰ nimirum : rectii tandem generis medias, συμπλέκουσι ἀναμνήσεις παραδόσεων ἁγίων τοῦ Κυρίου· *commendationes pravenerunt, ut quæ populum Domino commendent*, taleisque sunt præfationes Ἀντιλαβοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς· in quibus vox παραδόσεως, denominationis impolitæ sensum abunde aperit. De quibus Cabasilas cap. 14. ἔστω τοῦ Θεοῦ μεσιτεύοντος ἡ ἱερατικὴ τάξις καταδεῖξαι.

67. Ἐκφώνησις ἐκτενὴς.) Qua ratione *secretas* in Missa Sacerdos Latinus dicit, in quorum calce vocem extollens in omnium auditu, *per omnia sæcula sæculorum*, intonat, Græcus pariter cunctas Liturgiæ orationes dempta ultima *ἐκφωνήσεως* nomen præferente, secreto Deo soli profert ; quibus ut finem imponat, audientibus cunctis ἐκφώνησις *orationum terminationes* elata voce, pronunciat. Illæ plerumque αἰνετικῶν continent, causam scilicet rationemque, qua postulata impetrare confidamus : & pro diversis hujusmodi causis, diversis quoque modis componantur. ὅτι σοὶ ἡ δόξα καὶ ἡ δύναμις ἁρμόζει, cum sanctimonia petitur. ὅτι σοῦ ἐστὶν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, cum defunctis requies. ὅτι ἁγίου εἶ καὶ ἐν ἁγίοις ἀναπαύῃ, cum ἁγιότητis petitur. ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος εἶ Θεός, cum misericordiæ. Quæ ratione Cabasilas scribit cap. 15. fusius.

68. Τὸ ἑξαπτέρυγον.) Habes illud supra fol. 90. & quis e psalmicis verbis, & nova oratione adjecta compingitur : circa compositionem hujusmodi advertit Thessalonicensis lib. de templo. ἑξαπτέρυγα μὲν ἐκφωνοῦσι, συμβόλους ἔχοντες τῶν ἑξαπτερύγων καὶ ὑμνούντων ἀεὶ τὸν Θεὸν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων· ἐκ τῶν πτερύγων, τὸ δὲ ἁγιάζεσθαι ἐκ τοῦ ἁγιάζεσθαι· ἐκ δὲ τοῦ ἀεὶ ὑμνεῖσθαι, τὸ ἀεὶ ὑμνεῖ

præsidio Domini corpore, & Deitate nunquam ab eo separanda: quamvis & alios Justiniano Imperatori ac auctori, illum adscripsisse non reticeat: cui suffragatur Cedrenus scribens de Justiniano, *ἀναγράψαντα εἰς ἐκκλησίαν ὑπὲρ μεγάλου τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν εἰς πάσαν τὴν οἰκουμένην τὸ σύμβολον, παραδοὺς καὶ προσευχὴν αὐτοῖς ἐπ' ἀμφότερα ἐκφωνεῖσθαι λαοῖς*. *Quo excitavit e fundamentis magnam Dei Ecclesiam, quam majorem & pulchriorem priore renovavit: cui & carmen a se compositum tradidit. Unigenitus filius, & verbum Dei.* Cedreno assentitur Ludovicus Phyllaras Atheniensis in sua χρονικῇ διδασκαλίᾳ, vernacule & concinne scribens: *τότε τὸ τροπάριον ἔκαμεν ὁ Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς ὁποὺ τὸν ἐποίησεν ἄγγελος Κυρίου, βλέποντας ἐνίσχυε τὸ λόγια αὐτὰ ὁ ἅγιος Τρισάγιος ὁποὺ τὰ λέγουσι; Νεκρεσσῶν. Hunc modulum Justinianus Imperator in nativitatis & passionis Christi honorem composuit; cui & hæc verba inseruit (qui una est sanctæ Trinitatis persona) adversus Nestorianorum hæresim*, quæ tamen verba in quibusdam liturgicis exemplaribus non legantur.

91. Τὸ τρίτον ἀντίφωνον.) Tria Antiphona, sive introitus, in una sola liturgia, nullus mirabitur, qui etiam, in antiquis Latinorum missis, plura simul legenda, cum Menardo in notis ad Sacramen. Gregorii folio 335. observaverit.

92. Τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον.) Tertium & sextum Canticum Canonis, in Matutinis horis, cantari, uno vocabulo τετράωδα dicitur: duo vero illa Cantica, sequuntur præ aliis in liturgia canenda, eo quod inter tertiam & sextam diei horam & post tertiam & ante sextam officii, illa celebratur.

93. Τὸν μακαρισμόν.) Hymni sanctorum beatitudinis memoriam recolentes, vel potius ea beatitudines, de quibus Matthæi 4. vel randem pia viventium, vota precesque pro defunctorum requie, ut regni cælestis beatitudinem consequantur, perfectæ, & beatitudinibus Evangelicis, aptæ recitatis, adinstar, μακαρισμοί vocantur. Vide mortuorum officium paulo ante finem, & *ἀναπαυσόν*, verbo *μακαρισμοί*.

Minor ingressus, sive solemnis Evangelii ad altare deportatio.

94. Ὅταν τὸν μικρὸν ἀσπασμὸν.) Sacerdotis ad altare accessus, Evangelii introductio, vel sacrorum donorum, a Sacerdote in sacrarium deportatio, adjuncto, procedendi augusto ritu, vocantur ἀσπασμοί. Duplex autem est, μικρὸν & μεγάλον. Major est sacrorum donorum illatio, de qua inferius: minor est hæc introductio libri Evangeliorum, quo Diacono a Sacerdote tradito, egreditur ille porta Prothesis, & elevatum ante faciem deferens, subsequente Sacerdote, viam illam sinuosam tenet, quam pontifis ordine dictis tabula prima & secunda describimus, qua peragrata ante sacras fores, fistunt, ut Sacerdos τὸν ἱερὸν εὐαγγελισμὸν recitet: cujus situs mentem aperit S. Germanus: *ἡ ἁγία τῶν ἐκκλησιῶν ἐμφαίνει τὸν παρόντα τὸν ἱερὸν τὸν Θεοῦ, καὶ τὸν ἀσπασμὸν ὃν ποιοῦσι τὸν ἱερέα, ὃν λέγει Δαβὶδ ὅταν εἰσαγάγῃ τὴν Θεὸν καὶ σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ἐν ἀγαλλιάσει λέγων, ἐξομολογεῖσθε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· ἐξομολογεῖσθε τῷ ἀγγέλῳ αὐτοῦ· Introitus Evangelii adventum indicat Filii Dei, & ingressum, ejus in hunc mundum, ut ait Apostolus, cum induxerit primum Deus & pater, primogenitum & unigenitum in orbem, ait, adorent eum omnes Angeli ejus.* Hinc omnes Evangelio per Ecclesiam delato, reverentiam exhibent ad quam excipiendam κηρυκικὸν ἦχον, secundum mystagogum eumdem δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν Χριστῷ, ut videre est fol. 91. decantant. Quam Augustus vero fit Ingressus Evangelii ordo, cum Pontifex sacra peragit, describit Thessalonicæ Episcopus lib. de templo: *πρωτοκλήτου τοῦ ἱερέως ἔχοντος ἐν χερσὶ τὸ εὐαγγέλιον διάκονος συμπαραστάτου τοῦ ἱερέως ἐν τῷ βήματι τὸ εὐαγγέλιον ἀναλαβὼν ἐκπορεύεται τοῦ ἱερατείου καὶ ἵσταται ἐν τῷ ἀμβωνι ἐν τῷ ἁγίῳ τὸ εὐαγγέλιον ἀναπτύσσων καὶ ἀναγινώσκων τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ ἀναπέμψει τὴν ἡμῶν*

*ταύτην τὴν προσευχὴν ἡμῶν ὁ δικαιοκρίτης ὁ ἐπὶ τῷ ἐξιέναι τὸν ἱερέα ἐν τῷ ἁγίῳ τὸ εὐαγγέλιον ἐν τῷ ἀμβωνι ἐν τῷ ἁγίῳ τὸ εὐαγγέλιον ἀναπτύσσων καὶ ἀναγινώσκων τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ ἀναπέμψει τὴν ἡμῶν

&c. Sacer cantor e superno loco, ideſt ex ambone exclamat, Sanctus Deus, &c.

81. Οἱ ἀγγελικοὶ.) Petitioni accommodata conceſſio. Precatus enim fuerat Diaconus benedicendum τῆς ἱερείας τῆς παρούσης, annuitque poſtulatis, accommodata ſubjungens Sacerdos: ἐυπρόσδεκτα, καὶ τὰ ἑξῆς.

confirmat Balsamon in Can. 52. Trullanum scribens: *σημεῖόν γ' ἐστὶ τὸ ἀληθῶς ἅγιον τὸ μαρτύριον, ὅτε ἡ τοιαύτη ἡμέρα τῆς τῶν τεσσαράκοντα, ἀλλὰ καὶ ἐκείνων ἐστὶ τῶν ἁγίων, καὶ τὰ μαρτύρια ἐν ᾗ τὸν βίον τῶν ἁγιασθέντων ἐφύλαττεν, καὶ μηνιαῖα ἄγειν.* Est signum certum Martyrium vere sanctorum esse, quod quæ perfectissima & accuratissima videndi rationem sequuntur Monasteria, propter præstantem Canonem, (quo veniunt Martyres in quadragesima celebrari solemnius) *ante hebdomadam, qua a casco abstinetur, comesti & legumi cruentes, & martyrum, sacrarum nempe memoriarum, quæ tota quadragesima observamus.* Secundæ vero non minus traditio, quam ipsa hujus modulí lectio, suffragatur.

22. *Ἡσυχάζων μόνος.*) Indicat titulus hic Versum sequentem τῷ Νικήτᾳ ἀσύγκριτον eadem ratione canendum, qua præcedens, *Παντέφυτος μάρτυς*. At cur potius hic, quam alter canendi forma eligitur? Respondeo Græcos in Ecclesiis, libris musicalibus notis insignitis ut plurimum carere, communiores tamen quosdam hymnos seu modulos, juxta tonorum omnium normas, memoriæ tenere adhuc, & ad horum omnium instar, cæteros ejusdem metri & *τάξεως*, sive *προσῳδίας*, canere; ac propterea primas cujus dictiones aliis in ejusdem præsignunt: & hæc dicuntur *εἱρμοὶ*, quia subsequentium cantus ab eis dedicitur, & eos in cantus sui normam trahunt.

23. *Εἱρμοὶ κανόνων.*) Ad noti hujus & eviri cantici exemplar cantatur sequens. *Ἄδει μοι πανάγιε.*

24. *Ἡμερήσιον.*) Marcus in sua liturgia vocat illud *ἀρτόφορον*. vide Onomasticon.

25. *Ἐξαγόμενα τὰ ἀναγνώσματα.*) Quæ in præsenti lectione habentur ex Proverb. cap. 9. desumpta sunt. Quomodo autem de illis dixerit Cornelius a Lapide ignora in Hebræo, vel vulgata lectione, vel Græcis Complutensibus non haberi, si ipsi certum est; compertum etiam est in vulgata septuaginta editione contineri omnia, præter hæc verba, *ἵνα νεκυομαντείαν ποιῇ ἐπὶ τοῖς ἀφορισθεῖσι βρώμασι*, quæ Nobilius in quibusdam codicibus adjungi observat.

26. *Ἐγκώμια ἑσπερινοῦ.*) Non *ἐγκώμιον*, sed *σύγχυσις* est, meo judicio, & *ἀναγνώσματα ἐκ βίων μαρτύρων ἢ προφητειῶν*, cum confuse & defuncte omnino quæ ad eam spectant, vel explicet, vel complectatur. Satius equidem fuisset ex titulo præcedenti positis, ex præsentibus, & infra legendis unam solam *διάταξιν*, & ferlem liturgiæ componere: quam *σύγχυσιν*, & lectiones in præmissis, rubricas hic quasdam, in sequentibus alias, cum reliquis liturgiam hanc constantibus, perturbatim & sine ordine congessisse. Ferret certe animus suo cuncta loco bene digesta reponere, nisi me interpretis & Scholiastæ, non auctoris & correctoris partes agere recordarer. Propensioni tamen meæ, & tuo forsan ut faveam, Lector, desiderio, in ipsius mox sequentes liturgiæ marginibus, quæ hinc vel inde, suis locis restituenda vel locanda forent, brevissima observare commonebo. Tu si velis, Motellianorum exemplarium superius allatorum lectiones varias consule; cum enim cunctorum melius dispositam seriem contineant, malorem quoque cupido eius præsentis animo, satisfactionem sint allaturas.

27. *Τῇ ἁγίᾳ τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς.*) Magnum est quadragesimæ jejunium apud Græcos, sive abstinentiæ rationem habeas, sive tempus quo se ad illud præparant consideres, sive tandem illud cum reliquis per annum occurrentibus jejuniis conferas. Septem hebdomadas jejunant, & duabus ad magnam quadragesimam suscipiendam disponuntur. Dominica quæ nobis septuagesimæ, illis *τυροφάγου* & *ἀποκρέω*, jejunium observandum *πρῶτον*, *primum tempus*, *publice indixit*, eoque sequenti hebdomada, etiam quarta & sexta feria, sicut & septuagesimam præcedentibus, carnes licite permittit, Armeniorum Tercaditarum refellendo condemnandoque errori, quo Ninivitarum jejunium hoc tempore imitantur & aliud ab Ecclesia pariter rejectum assumunt, de quibus late Balsamon in Can. 69. Apostolorum. Hebdomas itaque illa *ἀπρὸς κρεοπρεπὴς* est, & alia sequens cum sexagesimæ pariter dominica, *τυροφάγος*, sive *τυρινή*, quod carnibus fabaris adhuc ova & lacticinia comedere liceat, de qua Triodium. *καὶ μέχρι τῆς τυροφάγου ἐσθίουσι τὰ ἀπὸ τῶν βοῶν γινόμενα ἐδέσματα, ἤγουν τυρὸν καὶ ὠά· ἀπὸ δὲ τῆς τυροφάγου καὶ ἐπὶ τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν ἐσθίουσι τὰ ἀπὸ τῶν βοῶν γινόμενα ἐδέσματα, ἤγουν τυρὸν καὶ ὠά, ἀλλὰ καὶ ἰχθῦς ἐσθίουσιν ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἤγουν ἐν τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ.* Usque ad *τυροφάγον* lacticiniis vescuntur, & ovis. a *τυροφάγῳ* vero usque ad sanctam quadragesimam piscibus. Eam quidam referunt Imperatrem Heraclium, cum prius carnes in ea concederentur, abstinentiæ diebus aggregasse, & foliis rasci in ea degustandi licentiam fecisse. Continuis quippe sex annis cum Chosroe dimicans, Deo vovit, ut si adversus eum prævaleret, licentiam carnes in hac hebdomada comedendi mataret. eamque medium inter jejunium, & delicioso epulas constituerat. Prisma itaque die *τυροφάγου* sexagesimam inchoamus, jejunium asperius aspicientes, & adusque Paschatis celebritatem a piscibus & oleo præterquam Annunciationis & Palmarum festivitate, quacunque ratione deliberandi abstinent; squillas licet, ostreas, cancris, polypodibus, lepiis, & aliis hujusmodi exsanguibus, quasi a piscium perfectionem natura alienis, & crudiores, seu vitiatæ stomachum afficientibus, sicut & piscium ova exsiccatis & sale ad solem condita, minime sibi temperandum putent. Propereaque cibum Ierotheum Andronico Seniori fumenti apud Nicephorum Gregoram lib. 9. capite. *ἀπὸ τοῦ ἁγίου δημητριακοῦ μέχρι τοῦ ἁγίου Λαζάρου ἐσθίειν ἰχθῦς οὐκ ἐθέλοντα, ἀλλὰ τοῦ ἁγίου Λαζάρου ἐπὶ τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν ἰχθῦς ἐσθίειν ἐθέλοντα· ἐφ' οἷς ἐκεῖνον πολλὰ λοιδορεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἐπιτηδείων ἐκείνου, ὅτι τὰ θεῖα νόμιμα ἀτιμάζοι· ὁ δὲ ἐκείνων ἐπὶ τοῖς ἐπιτιμήμασιν οὐδὲν ἧττον ἐμπαθὴς ἐγίνετο, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἐμμένων ἔλεγε, πρὸς ἀφορίαν ἐκείνων τὰ ἐπιτιμήματα ἐκφέρεσθαι, ἐπειδὴ τὰ ἐκείνων ἔθη ἐκ τῆς ἀφορίας ἐκείνης

stantinum Porphyrogenitum, & ejus socerum Romanum: τρὶς τῷ ἐνιαυτῷ ἀξιωθῆναι τῆς ἀπολαύσεως τῶν θείων μυστηρίων· ἅπαξ μὲν ἐν τῇ ἀναστασίμῳ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσει, δεύτερον ἐν τῇ κοιμήσει τῆς ἀχράντου Δεσποίνης Θεοτόκου, καὶ τρίτον ἐν τῇ γενεθλίῳ ἡμέρᾳ τοῦ Χριστοῦ· διὸ καὶ ἐν ταύταις προηγεῖσθαι νηστείαν, καὶ τὸ ἐκ ταύτης ἔπεσθαι. *Ter in anno divinorum mysteriorum fruitione donabitur. Semel in salutari Dei & Salvatoris nostri resurrectione, secundo in illibatæ dominæ nostræ Deiparæ dormitione, & tertio in Christi natalitiis diebus, eo quod jejunium, & consequens ex eo profectus præcesserit.* De jejuniorum illorum ratione & observantia, videndus Zacharias Cretensis Marapharos dictus, opusculo ad Horologii calcem addito.

28. Καὶ θύει.) Vertit Genebrardus *sacrificare*, inepte: est enim cæremonia hæc a Sacrificio longissime remota. Melius interpretamur *immolare*, quia crucis expressio, lanceæ micæ sacri panis impressa, victimæ, scilicet Christi cælestis agni immolationem designat. Recolenda hic, quæ in Chrysostomi liturgia de hoc ritu scripta sunt sub initio.

29. Τὸν ἱερὸν ἄρτον.) Plures προσφοραί, seu panes offeruntur, aut saltem præciduntur, ut fiant præsanctificata. *Nam quæ servantur Particulæ*, scribit Arcudius lib. 3. *majores sunt, utcumque illius sacri Sacrificii debet esse honesta, & quæ facile tractari possit. Quippe fiunt circa illam multæ cæremoniæ, dividitur item, & mittitur in calicem: ejusque, qui communicare cupit, debet particeps fieri.*

30. Οὐδὲ μὴν προσφορᾶς.) Præsentem cæremoniam exequuntur Græci consecratione facta, cum dicit Sacerdos ποίησον, τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, ut supra in Chrysostomi liturgia fol. 62. Quod autem hic præcipitur, ut de pluribus panibus consecratis non dicat Sacerdos in multitudinis numero, τοὺς ἄρτους τούτους, sed in singulari, ἄρτον τοῦτον, approbat Arcudius lib. 3. cap. 17. *Nam valde tritus est, inquit, modus loquendi, ut non solum de uno pane, sed de pluribus quoque dicamus, panem hunc: unde Marcus Evangelista, precatus in sua liturgia, ut mittat Deus Spiritum sanctum* ἐπὶ τὸν ἄρτον (*quia plures oblatæ quondam proponebantur*) *statim subjungit:* ἵνα ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον, σῶμα. *Ut faciat panem quidem, corpus, &c.*

31. Λαβίδα.) Genebrardus interpretatur forcipem fasciculam: λαβὶς tamen *cochlear* est: appellationisque rationem protulimus. Vide Onomasticon.

32. Μετὰ τῆς ἁγίας λαβίδος βεβαμμένον.) Arcudius, qui non nisi Græcorum errores deberet insequi, toleratos mores eorum ex nimio zelo attentat quandoque condemnare, & maxime lib. 3. cap. 17. responsione ad 9. Symeonis argumentum, & deinde cap. 56. ex professo consuetudinem, qua Græci panem consecratum pro præsanctificatis, vel ægrotis deinceps asservandum, vivifico Christi sanguine, idest cochleari illo imbuto, leviter intingunt, nulla alia ratione quam Romanæ Ecclesiæ exemplo reprobat. Equidem licet sancta Romana Ecclesia, ut ab omni erroris & novitatis suspicione aliena, quibuslibet suis membris decora & exemplar se possit præfigere, peregrini tamen ab ea mores, dummodo probati sint vel tolerati, nunquam privato cujuslibet sensu temere sunt abjiciendi vel damnandi; consecrati vero panis intinctionem, a Græcis de more in vini speciebus effectam, hucusque toleratam esse voluit, ejusque si non manifesti consensus & approbationis, tolerantiæ saltem non improbandæ sunt rationes. Primo, quod hujusmodi ritus, non recentior sit apud illos institutio, sed a Patribus ævo nostro multo prioribus accepta. Secundo, quod in animarum consolationem, & ulteriorem Eucharistiæ sumptionem, sub utraque specie, ea fiducia possint sanguinis sacras species attrectare, qua summi Pontifices ad Episcoporum hæretica labe infectorum exauctorationem: constat autem Theodorum Papam Pyrrhi Monothelitæ condemnationi subscribentem, Christi sanguine atramentum diluisse, & ut refert in ejus vita Ciaconius, simile fidei adversarios condemnandi exemplum, vel a prædecessoribus accepisse, vel posteris reliquisse. Cur itaque non in perniciem, sed in animæ beneficium, non liceat Græcis panem consecratum sanguine madefacere, quamvis species illas exsiccari deinceps oporteat. Si dicas exsiccari, & proinde deperdi penitus & interire, adeoque prophane nimis rem divinam tractari: occurrunt confestim, & vini substantiam fluiditate & humore cuncto sublato, (eo quod accidentia sint sine subjecti corruptione advenientia) conservari posse affirmant, æque facile ac panis natura si liquore resolvatur, & reddatur fluida: at vero communis est ille Ecclesiæ, Theologorumque sensus, sacras panis species in vinum consecratum injectas, ejusque humore resolutas, & ad ejus instar fluentes, a pristina non recedere natura, & proinde ex æquo salvam posse vini speciemque naturam, ut ita loquar, consistere, quamvis partibus ejus subtilioribus calore apposito exhalantibus, densiores & crassiores, conspissante eas siccitate, solæ permaneant; quæ deinde in vinum injectæ resolvantur, exsiccentur, & de novo emergant, priorique semper retenta natura, Christi sanguinem æque ac prius contineant, & sumentibus exhibeant: non enim minor est minima quæcumque, ad integritatem vini sustentandam, pars hæc condensata, quam contemplamur, nec magis a vini natura, quam coagulum, (quod lac immutatum esse nefas non vides) a lacte aliena est, a quo proinde lac desudat, & nisi melius dicas, in lac ipsum resolvitur. At licet, me judice, & pluribus assentiente, vero similius sit, vini species urgente nimio calore (focario enim vase Disco supposito, non ad ignem aut solem, ut Arcudio impositum est, religiose panem intinctum exsiccant Græci) & siccitate nimia vini naturæ adversa dominante, funditus deperdi; non ideo tamen temeritatis & irreligiositatis nota temere illis est inurenda, si pane hujusmodi intincto sua Præsanctificata peragant: cum enim sub utraque panis & vini specie communionem excipere sint assueti, ne consuetudinis juri, cui (quicquid in contrarium suadeat Arcudius præfato lib. 3. cap. 56.) eos renunciare sancta Romana Ecclesia non compellit, adversum quid inducere videantur, cum vini species, ne acescant, diutius conservare nolint, nec illis totum panem inficiendum judicent, ex parte saltem & in micæ cruce leviter imbuant; ut & consuetum communionis ritum, quoad elementorum in quibus sumitur natura permittit, observent, & hac intinctione non sanguinem solum e corpore effusum, sed & corpus ipsum suo sanguine tinctum & immersum expressius significent. Sed nec damnat Græcos, quæ objicitur specierum vini evanescentium cogitatio: in hominum enim utilitatem, quam Sacramentorum respicit usus & consumptio, cedit quicquid ibi sacrum est & divinum; cumque solam cum attenderet Basilius, Particulam communionis diutissime servatam, sepeliri secum, juxta vigentem tunc morem, mandare non reformidavit. Et licet sanctorum facta non sint absque delectu in exemplum trahenda: ubi tamen usum obtinent, non sunt absque judicii maturo examine, sententia severiore plectenda: neque memoratum Græcorum ritum proscribit, ita referente Arcudio, Armenopuli in Epitome Canonum sect. 5. titul. 6. testimonium, quo sentit: τὸ μὴ χρῆναι τὰ προηγιασμένα διὰ τῆς λαβίδος τῷ δεσποτικῷ αἵματι, ἐν τῷ μέλλειν ταῦτα φυλάττειν, διαβρέχειν, ὅπερ ὁ μακάριος Ἰωάννης, ὡς καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ γίνεται. *Non esse tingenda Præsanctificata per cochlear sanguine dominico, dum custodienda sunt, accuratius tradit beatus Joannes, ut quod etiam in Ecclesia nostra majori fiat.* Imo arguunt hæc eadem verba jam tum ubique præ-

terquam in magna Ecclesia morem hunc pervagatum, quem quamvis Joannes Patriarcha incerti numeri, (non Jejunator ut falso autumat Arcudius eo quod Trullana Synodo Præsanctificata instituente vel confirmante antiquior, non potuit a Gregorio secundo, vel Germano Patriarcha, se posterioribus, eorum bene digestum ordinem agnoscere,) prohibere fuerit molitus, robur tamen, tempore procedente majus ac majus obtinuit, nec legitur a supremo Ecclesiæ capite ante schisma revocatus, aut post illud in Concilio Florentino, quo levioris momenti res sunt discussæ, reprehensus: eo quod, præter cuncta hucusque producta, non temere aut prophana ratione dispereunt illæ vini sacrati species, sed aut panis speciebus deinceps adhærent, & perseverant iis junctæ, aut certe in ipsis pereunt, in eas refunduntur, vel saltem ab eis in sui interitu nullatenus divelluntur.

33. Ἐν τῷ μέρει ἐν ᾧ ἐχαράχθη ὁ σταυρός.) In parte nimirum panis infera, cui Lancea crucem impressit Sacerdos immolans, proptereaque dicitur, ὑπὸ λόγχην *sub mica*: extera enim sacri panis facies cruciata est, σφραγῖδι nota insignita Psychian porro Latine scripsit, non interpretatus est Genebrardus, *micam* certe dixisse debuerat, quo nomine Sacramentum Eucharistiæ vocare non est veritus Paschasius lib. 2. de corp. & sang. Domini dicens: *hoc mysterium dum communicas, dilata fauces mentis tuæ, dilata conscientiam, & percipe non quantum Mica exhibet, sed quantum fides capit.*

34. Ἐν τῷ ἀρτοφορίῳ.) Miror cur *Panarium* interpretatur Genebrardus. An ignorabat vas asservandis consecratis hostiis dedicatum *ciborium*, *custodiam*, *tabernaculum* vocari Latinis, sicut & Græcis ἀρτοφόριον, πυξίδα, κουστωδίαν, hancque portendere eam militum *Custodiam*, cui corpus Christi post passionem custodiri fuit demandatum? παρακλητέον τῆς σφραγισάντων τὸν λίθον μετὰ τῆς κουστωδίας.

35. Μηδὲν ἀπολείψαν.) Præsanctificatorum missa ut imperfecta, plura resecat a Sacerdote dicenda, in quibus sunt preces quas inter vestiendum se recitat: quamvis supra fol. 169. viderimus Moreliana exemplaria cunctas ab eo dicendas præscribere.

36. Σκευοφύλαξ.) Qui Ecclesiæ curam habet, & et ad instar Sacristæ præficitur. Vide Onomasticon hoc eodem verbo.

37. Ὁ ἱερεὺς λέγει τὰς εὐχὰς τοῦ λυχνικοῦ.) Vesperorum potius quam missæ, est præsens Præsanctificatorum officium. Licet autem quædam e missæ contextu, quæ ad decentem nimirum Sacramentorum sumptionem pertinent, sibi vendicet: plures tamen ex Vesperarum serie desumit: unde & Vesperarum hora tantum celebratur, & ut Palatinæ M. S. annotat, λειτουργοῦσι ὥραν ἐννάτην *hora nona dicta*, ita fol. 170. Barberinum autem fol. 169. τῆς ἐννάτης ὥρας *hora diei nona*, quæ est tertia post meridiem, juxta Græcam & Ecclesiasticam horas diurnas numerandi normam, peragendum esse animadvertit: nunc autem, relaxato etiam in Oriente jejunii rigore, circa meridiem, ad illud exsolvendum, paucis & quasi lugubribus crotali ictibus synaxim convocant.

38. Σοφία ὀρθοὶ λέγει.) Ita convenientius agendum: Basiliani autem Monachi in Occidente degentes morem hunc non observant, sed quædam hic recitant, ut fol. 170. linea animadvertere licet: & si ritum eorum tibi innotescere desideras, is tibi in Cryptoferratensi codice, qui eorum proprius est, manifestus erit.

39. Οἱ ἀναγνῶσται τὰ κατὰ μέρος.) Vide dicta fol. 26. numero 50.

40. Ἄνευ Εὐαγγελίου.) In Præsanctificatorum officio, ut a liturgico degenerante, non legitur Evangelium; atque ideo si fiat minor εἴσοδος, ut in Chrysostomi missa fol. 34. fit ἄνευ Εὐαγγελίου *in ea liber Evangeliorum non deportatur*; præterquam paucis diebus festivis, in sequentibus notatis.

41. Εἰς δὲ τὴν μεγάλην εἴσοδον.) Conferendus hic Ingressus, cum eo qui in Chrysostomi liturgia fol. 39. fieri præscribitur. Effigies porro Diaconi Præconsecrata gestantis in capite hic adjuncta, repræsentat eundem in magno Ingressu e Propositionis mensa panem oblatum ad altare deferentem. Vide ibidem dicta.



42. Νῦν αἱ δυνάμεις.) Vice Cherubici Hymni dicitur, de quo, fol. 113. num. 108.

43. Ἀσπασμὸς ἔστω.) In pœnitentiæ, cujus tempus est; & reverentiæ, ob Christi præsentiam, argumentum.

44. Ἡ θεία λειτουργία.) Hujus liturgici operis auctorem nulla edita manifestant. Nicetas Pectoratus supra numero primo relatus a Basilio; Maximus Cythærensis, a Gregorio Magno ejus nominis primo; a Gregorio secundo, quidam; a Germano, Cryptof. & Barberinum MM. SS. produisse testantur. Et Nicetas quidem, orationes cunctas & hujus liturgiæ διάταξιν, si Basilio adscribat, hallucinatur: pauca namque sicut εὐχὴν ἐκτενῆ, fol. 164. positam, & Orationes Πρόσχες Κύριε, & Εὐχαριστοῦμέν σοι, fol. 167. reperiendas, licet Basilio denegare nequeamus; reliquas tamen omnes nullo teste, nullo auctore, non sunt eidem ut parenti attribuendæ. Sed nec hujus Ordinis Basilium inventorem facere potest Nicetas, etsi namque pluribus annis Concilio Laodiceno missam in quadragesima celebrari prohibente, Basilius sit posterior; certo non constat tamen ante Synodum Trullanam præsanctificata publicantem, illa eadem in Orientis Ecclesias fuisse inducta: unde rejecta ex parte Nicetæ assertione, an alicui e Gregorii nomine nuncupatis adscribi possit hoc opus, inquirendum. Græci quidem narrant, a patribus sibi traditum, Gregorium magnum in Oriente Legatum agentem, missæ intermissionem per quadragesimam miratum, nec cessationem a divinis hujusmodi tolerantem, præsanctificata scribi consuluisse, & officium eorum Ecclesiæ tradidisse, cui dicto favet scripto Maximus Cythærensis ἐν βίῳ τοῦ ἁγίου, duodecima Martii, vulgaribus verbis de Gregorio loquutus. λέγουσι δὲ ὅτι οὗτος ἦτον ὁ ποιήσας τὴν λειτουργίαν τῶν προηγιασμένων ... ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς νηστείας, τὸ ὁποῖον κρατοῦσιν ... ἕως τῆς σήμερον. *Dicunt vero hunc ipsum fuisse, qui legem tulit ut apud Græcos* (qui Ῥωμαῖοι a Romano ad se translato imperio se vocitant) *missa diceretur in jejunii diebus, quod quidem apud eos usque hodie servatur.* At enim insignis sit Græcorum error, quo se etiam occupatum fuisse non diffitetur Baronius anno 726. num. 34. ut Gregorium utrumque primum & secundum, Διάλογον, tum nominis ejusdem similitudine, tum pia erga eos animi propensione, & acceptis beneficiis, tum Διαλόγων scriptis a primo editis, tum variis etiam sermonibus & epistolis a secundo in Orientem missis, moti nuncupaverint; ita ut non nominis tantum Διάλογος di-

gnitas, sed & gesta, & scripta unius alteri promiscue adscribantur, ut unius Gennadii doctissimi Patriarchæ testimonio probat Baronius, (cui lubens addiderim, & Zacharia Dialogorum Gregorii primi in linguam Græcam interprete, ipsum διάλογον, vocari: & apud eumdem Baronium anno citato Gregorii secundi epistolas referri, quarum titulus ipsi διαλόγου cognomen, sicut & priori affigit) proindeque incertum omnino reddi, cuinam Gregorio Dialogo ut auctori, possit opus præsens assignari: satiusque propterea videri Cryptof. & Barberini MM. SS. auctoritatem sequi, quæ Germanum Constantinopolitanum Antistitem hujus liturgiæ, si non ex integro, ex parte saltem, & quoad ordinis dispositionem, profitentur auctorem. Cuiquidem sententiæ nihil negotii facessere vulgarem Græcorum traditionem, vel Maximi Cythærensis testimonium arbitror: Cum enim Gregorius magnus pluribus annis Synodum Trullanam de Præsanctificatis sancientem præcesserit, nullatenus est eorum inventor, vel hujusmodi honor videtur etiam ex toto Gregorio secundo denegandus: cum enim Germano fuerit coætaneus, & multa ipsi cum eo benevolentiæ necessitudo, officiorum reciprocatio, mutuum & commune negotiorum ad Ecclesiam pertinentium consortium; potuit a Germano editum opus & a Gregorio Pontificia supremaque auctoritate Orientis Ecclesiæ traditum, missum, & confirmatum; ipsi Gregorio secundo, ut & Germano, auctoribus adscribi.

41. φῶς Χριστοῦ φαίνει πᾶσι.) Triplex ratio est, Sacerdotem Græcum movens, ut antequam Epistola, vel Genesis potius, in Præsanctificatorum officio legatur, populo cereum accensum ostentet, vel illum solum, ut Nicetas Pectoratus supra numero primo retulit, in Ingressu primo deferat. Prima, quia cum Catechumeni ex Ecclesia mox ejiciendi, huic officio per quadragesimam, qua φῶς τὸ φαίνει dispensantur interfint, sub corporei luminis symbolo eis in Ecclesia ob oculos posito, Christus qui est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, manifestatur: ut de ejus plenitudine luminis in baptismo accepturos se, certiores reddantur hac voce, φῶς Χριστοῦ φαίνει πᾶσι. Secunda, quia cum λυχνικόν, sit ob nocturnum lumen hominibus a Deo concessum, Vespertina gratiarum actio, & (ut numero 37. superius observatum est) cum præsens officium λυχνικόν fit, quod tamen ante serotinas Lucernas accensas hora nona persolvitur, nondum instante earum de more accendendarum termino, cereus alius in Ecclesia profertur accensus, qui non corporei nocturnique luminis, sed Christi spiritualis cælestisque splendoris sub sacramento latitantis typum gerat, illiusque fidem in omnibus animis accendat, his verbis. φῶς Χριστοῦ φαίνει πᾶσι. Tertia, quia cum Evangelii lectio consecrationem in missa præcedat, sicut & Christi prædicatio passionem, cum nulla fit in Præsanctificatis consecratio, nulla fit etiam Evangelii lectio: ipse vero Christus non tam verbo, quam facto seipsum in Sacramento præsanctificatorum præsentem exhibet, & ad sui agnitionem, sui vice & in symbolo lumen substituit, illique sua voce suffragatur Sacerdos dicens. φῶς Χριστοῦ φαίνει πᾶσι.

46. ὑπὲρ τῆς ἁγίας ἀναφορᾶς.) Ex ignorantia addita sunt hæc verba in editis: non enim officium hoc liturgicum est, ut propterea ἀναφορᾶς oblationis virtutem, aut nomen sortiri possit.

Collectas e variis auctoribus in Basilii, Chrysostomi Germanique Liturgias, proxime in superioribus congessimus expositiones: priusque de Templo non nulla sumus præfati. Cuncta hæc breviter, concinne, & erudite complectitur Symeonis Thessalonicæ Antistitis, viri, si Romanæ Ecclesiæ fuisset conjunctus, antiquis Patribus annumerandi, de Templo, & sacrificio missæ enarratio. Hanc tibi, Lector erudite, separatim hac de causa, offerimus, quia diversam a Germano, Cabasila, Maximo, & aliis Mystagogis, Liturgiam interpretandi rationem init: & ultima, quæ postremis Liturgiæ partibus alii contemplantur mysteria; ipse in proœmialibus edocet consideranda. Ut autem judicio ubique excellit: ita nihil a subjecto profert alienum, aut ab antiquorum traditione deflexum. Hujus Latinam versionem, quam ut probam quoque subiicimus, habes jam, tum alibi, tum in Bibliot. P.P. Auctario a Jacobo Pontano S. I. editam: defuit tamen hucusque Græcus textus, idcirco fortasse suppressus, quia nimio interpretis zelo, ubi certe nullum erat obvium periculum, rescissus fuerat & mutilatus: eumdem partibus amputatis restituturum, quibusdam in locis verius percipiendum, accipis, quia fidelius, pro majori verum Græcarum experientia, translatum legis: nec non quia paucis, modicoque temporis spatio, totam Liturgiæ seriem, periodis hic reperiendis, ad singulas partes, dissertationemque de Templo relatis, enucleatim habes apertam & notam. Dilucidi devotique hujus opusculi auctorem, prout digessit, scriptis mysteria nova proferentem, suscipe; & in ejus nævis non ita detegendis, quam abstergendis, si aliquos notaveris, nostra fruere fidelitate.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ

Θεσσαλονίκης Κυρίου Συμεών.

Περὶ τοῦ Ναοῦ.

Καὶ ἐξήγησις εἰς τὴν λειτουργίαν.

Ἐπεὶ ἀγάπης θείας κεκινημένοι, πρὸς τὸ μαθεῖν τί ποτε δηλοῖ τὰ σύμβολα τῶν ἐν τῇ θείᾳ συνάξει τελουμένων, καὶ τί τὰ ἱερὰ σημαίνουσιν ἄμφια, ἐν ἀγάπῃ δέξασθε, καὶ τοὺς κατὰ δύναμιν παρ' ἡμῶν περὶ τούτων λόγους, ὡς καὶ ἡμεῖς τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ κινούμενοι καὶ θαῤῥοῦντες ποιούμεθα, ὃς τοσοῦτον ἡμᾶς ἠγάπησεν, ὡς γέγραπται, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ὑπὲρ ἡμῶν δέδωκεν. ἦλθεν οὖν ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀγάπῃ, καὶ ὁ πανταχοῦ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ βρέφος ἐκ Παρθένου τεχθεὶς, καὶ τὰς ἡλικίας ἀμείψας, ἵν' ὅλως ἐγὼ καθαρθῶ, καὶ διὰ τῶν λόγων, καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ καθαγιασθῶ. τέλος καὶ ἑαυτὸν ἡμῖν εἰς κοινωνίαν δέδωκεν. ἐπεὶ γὰρ τὴν ἀπαρχὴν μὲν ἀνέθηκέ μοι ἣν προσείληφεν ἐκ Παρθένου, ἀνάγκη δ' ἦν ἣν ἕνωσιν πρακτικῶς καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς πιστεύοντας διαβιβᾶσαι. τοῦτο γάρ ἐστιν ἀναπλασθῆναι ἡμᾶς καὶ ζῆσαι. ἐὰν γὰρ μὴ φάγητε, φησὶ, τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. καὶ, ἐγὼ ζῶ, καὶ ὁ τρώγων με ζήσεται δι' ἐμέ. τοῦτο τοῖς μυστηρίοις διεπράξεν ἀγαθῶς· καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματι μὲν ἀναγεννᾷ, τὴν αὐτοῦ καὶ ἡμῖν ἀπαθῆ διδοὺς γέννησιν. τῇ ἐπιθέσει δὲ τῶν χειρῶν καὶ ἐμπνεύσει, τὴν τοῦ μύρου χάριν ἐντίθησιν, ὃ δὴ μύρον αὐτός ἐστι. μύρον γάρ φησιν ἐκκενωθὲν ὄνομά σου. χρίσας μὲν ἑαυτὸν ὡς Θεὸς, χρισθεὶς δὲ ὡς ἄνθρωπος· διὸ καὶ ἡμᾶς ἀγαθῶς χρίων, ἡμῖν παρέχει τὴν εὐωδίαν καὶ ζωτικὴν τοῦ πνεύματος δύναμιν. τρίτον δὲ καὶ μέγιστον ἡμῖν δίδωσι τὸ μετέχειν ἡμᾶς αὐτοῦ. ὅπερ τῇ παραδόσει τῶν μυστηρίων παρέδειξεν. ἔλαβε γὰρ ἄρτον, καὶ ἱερούργησε, καὶ ποτήριον ὁμοίως. καὶ τὸ μὲν, ἔφη, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. τὸ δὲ, τοῦτ' ἐστὶ τὸ αἷμά μου. καὶ οὐχ ἱερούργησε μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς κοινωνίαν ἐκάλεσε. λάβετε γὰρ φάγετε, φησὶ, καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. καὶ οὐ τότε μόνον τοῦτο πεποίηκεν αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν οἰκείων μέχρι παντὸς τελεῖσθαι παρέδωκε. τοῦτο γὰρ, φησὶ, ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. καὶ εἰκότως. εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ἡμῖν παραπλησίως σαρκὸς καὶ αἵματος κεκοινώνηκε, καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος ὤφθη, Θεὸς ὢν ἀναλλοίωτος. σκοπὸς δὲ τὸ τῆς θεότητος αὐτοῦ μεταχεῖν ἡμᾶς. τῷ θειοτέρῳ τούτῳ τρόπῳ, καὶ ὑπὲρ λόγον πεποίηκε οἷς τρεφόμεθα, καὶ οἷς ποτιζόμεθα, ἑαυτὸν καταμίξας πανταχοῦ ὤν. καὶ τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον εἰς σῶμα καὶ αἷμα μεταβαλὼν τῇ θείᾳ αὐτοῦ δυνάμει παντοδύναμος ὤν. διὰ τούτων ἡμῖν ἀνακιρνᾶται καὶ ἀναμίγνυται, καὶ δικαιοσύνης ἥλιος ὢν ἡμῖν ἐπιλάμπει, ἀναλόγως τῇ καθαρότητι τὰς ἐλλάμψεις παρέχων. καὶ οὐχ ἁπλῶς ὡς ἥλιος ἐνεργεῖ τὰς ἀκτῖνας ἐντιθεὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μὴ καθαρὰ καθαίρει, καὶ δεκτικὰ φωτὸς ἀπεργάζεται.

Ἐπεὶ τοίνυν τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῆς ἱερουργίας μυστήριον, καὶ τοῦτο πέρας τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ

BEATI METROPOLITÆ

Thessalonices Domini Symeonis.

De Templo.

Et in Missam enarratio.

Eorum quæ in sancta Synaxi, sive Missa peraguntur, symbola & argumenta, quid tandem aliquando manifestent, & quid sacra ornamenta significare velint, ut discatis, divina charitate estis impulsi: in charitate idcirco suscipite a nobis, quos de iis sermones, Dei etiam charitate moti, & confisi exhibemus: qui nos *sic dilexit*, secundum scripturam, *ut filium suum unigenitum pro nobis daret*. Venit ergo ad nos in charitate, & qui ubique præsens adest, habitavit inter nos, ex virgine infans in lucem editus, & per successivam ætatum mutationem progressus est, ut ego ex integro purgarer, ejusque dictis & factis sanctitatem susciperem. Postremo semetipsum quoque in communionem nobis dedit. Quoniam etenim primitiis carnis, quas e virgine assumpsit mihi unitas est, necesse fuit unionem quoque actu & opere ipso ad fideles universos dimanare. Hæc est enim reformatio & vita nostra. Nam, *nisi manducaveritis*, inquit, *carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem: non habebitis vitam in vobis*. Et. *Ego vivo, & qui manducat me, vivet propter me*. Hoc per sacramenta benigne præstitit. Et certe baptismate nos regenerat, suamque generationem omni prava passione segregatam nobis donat. Per manuum vero impositionem, & sacram inspirationem, unguenti confirmationis gratiam inserit: unguentum nimirum ipsemet est: *unguentum*, enim inquit, *effusum nomen tuum*. Qui unxit semetipsum qua Deus: & unctus est qua homo. Proinde & nos sua bonitate ungens suaveolentem & vitalem spiritus gratiam nobis elargitur. Quod autem tertium & summum est, nos sui participes efficit, & id in sacramentorum traditione ostendit. Accepit enim panem, & consecravit, & calicem similiter. *Et hoc quidem*, ait, *est corpus meum. Hic vero sanguis meus*. Nec consecravit modo, verum etiam ad ejus nos communionem vocavit. *Accipite*, enim, *comedite*, inquit. *Et bibite ex eo omnes*. Nec tantummodo tunc illud ipse fecit, sed per suos idoneos ministros, id omni tempore faciendum concessit. *Hoc facite*, inquit, *in meam commemorationem*. Et merito. Si etenim conformiter nobis, carnis & sanguinis nostri participem se efficit, & cum esset Deus immutabilis, nihilominus homo nostrum similis apparuit, quo divinitatis ejus consortes ac socii fieremus: divinissima istud & super omnem captum ratione actum est; ut quibus alimur & quæ bibimus, iis se immisceret, quiubique est, panemque & vinum in corpus & sanguinem divina sua potentia transmutaret, qui omnipotens est. Per hæc nobis interitur & immiscetur: cumque sit sol justitiæ, nobis lucet, & suæ puritati conformes illustrationes exhibet: nec radiis duntaxat immissis, simpliciter ut sol agit: sed insuper ex impuris pura reddit, & luminis capaces efficit.

Quando igitur hujusmodi est sacrificium, & hic finis est incarnationis divinæ

(per eam quippe consortes Dei, & dii per gratiam evadimus) etiam Christi Ecclesia studium in eo majus & sacratius adhibet: unde & quod ab initio accepit, assidue operatur, & per sacra symbola docet, quae omnem cogitationem superant. Tanta vero gloria compotes sunt eae, quae a nobis visibiliter fiunt actiones: ut omnibus ideo sint admirationi. Verum non omnium mens ad eorum quae illic pertractantur, cognitionem penetrat: multique propterea haesitant, horumque rationes & causas exquirunt. Et certe captum omnem transcendunt, quae illic perficiuntur. Nec humanus solum, sed nec Angelicus intellectus enarrare ac docere queat, quomodo Dei incarnatio, quomodo communio fiat, aut eorum quippiam quae ab Ecclesia promulgantur & efficiuntur. Veruntamen non omnino rudes ac ignaros rerum ad se pertinentium Deus nos reliquit, sed quantum de iis scire, investigare, & invenire, imo & comprehendere possumus tantam nobis occasionem praestitit: quandoquidem causa nostra ea omnia instituta sunt. Quantum igitur nobis minimis abjectissimisque concessum est, de iis quae nos esse aliquid putantes interrogastis, in charitate disserimus, pleraque ex his a sanctis Patribus collegimus, neque enim praeter ea quae tradita sunt novum aliquid adinvenimus, neque ea quae ab aliis accepimus ulla ratione immutavimus, imo sicut fidei symbolum integra intactaque servavimus. Unde sicut ab ipso Salvatore instituta est, & ab Apostolis, & a Patribus tradita, ita & missam celebramus: & sicut quidem Dominus, cum discipulis adhuc commorans, consecravit, & panem fregit, eisque distribuit, & calicem similiter: ita & nunc Ecclesia exequitur, Pontifice cum Sacerdotibus consecrante, & omnibus distribuente, vel certe Sacerdote cum collegis celebrante. Hoc vero & Apostolorum successor testatur, Sacer, inquam, Dionysius dum sic sacrificare, sicut & nos edocet: & divinarum rerum enarratores Basilius & Chrysostomus ordinem missae tantis mysteriis repletae ubi exponunt, sic eam perficere commemorant, sicut & nostra Ecclesia exequitur, idque orationes eorum in missa, quae primum & secundum ingressum reliquasque sacri mysterii partes edocent, clarissime commonstrant.

Et sanctum quidem templum non omnibus pervium esse, sed reverentia dignum, tremendum vero maxime altare, esse voluerunt SS. PP. Quod liquido constat, cum ex eo Catechumenos ejiciunt: sacer vero Ambrosius, ex templo & altari Theodosium Imperatorem ejecit: Sanctus autem Gregorius auctor ille Dialogorum, non modo cum fermentato pane sacrificium offerri testatur, verum & in veneratione magna sacras habet aedes, nec cujuscunque cadavera in iis sepeliri permittit: similiter & Isidorus Pelusiota inter antiquos Patres merito recensitus, in plerisque suarum Epistolarum de missa fere prout apud nos celebratur, lucidius edisserere videtur: & de divinis creditus Maximus nullum mysterium sacrae missae, quam Ecclesia Catholica in usu habet & celebrat, non expositum relinquit, omniumque quae in ea fiunt rationes in medium adducit & interpretatur. Ex his & ex aliis Patribus dicenda decerpentes, quodcunque ab antecessoribus nostris didicimus, divina confisi gratia vobis exscribimus.

Primum igitur de divina domo agimus. Nam cum templum & Sacerdos, instru-

δι' αὐτῆς γὰρ κοινωνοὶ γινόμεθα Θεοῦ, καὶ θεοὶ κατὰ χάριν Θεοῦ. καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία τὴν σπουδὴν πρὸς τοῦτο μείζονα καὶ θειοτέραν ἔχει. ὅθεν καὶ ὃ παρέλαβεν ἐξ ἀρχῆς διηνεκῶς ἐνεργεῖ, καὶ διὰ συμβόλων ἱερῶν διδάσκει τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν. τηλικαύτης δὲ μετέλαβε δόξης καὶ τὰ ὁρατῶς ἐνεργούμενα, ὅτι πᾶσιν εἰσὶ θαυμαστά. ἀλλ' οὐχ ὁ νοῦς ἁπάντων πρὸς τὴν γνῶσιν διαβαίνει τῶν τελουμένων. ὅθεν καὶ διαποροῦσι πολλοί, καὶ τοὺς τούτων ζητοῦσι λόγους. καὶ πάντως ὑπὲρ πᾶσαν ἔννοιάν ἐστι τὰ τελούμενα. καὶ οὐ μόνον ἀνθρώπινος, ἀλλ' οὐδ' ἀγγελικὸς ἀνεξιχνιάσει νοῦς, πῶς Θεοῦ σάρκωσις, ἢ πῶς κοινωνία διδάξαι, ἤ τι τῶν ὅσα ἡ ἐκκλησία κηρύττει, καὶ ἐνεργεῖ. πλὴν οὐ καθόλου ἡμᾶς ἀμυήτους ἀφῆκε περὶ τῶν ἰδίων ὁ Θεός. ἀλλ' ὅσον δυνατὸν εἰδέναι καὶ καθόσον ζητεῖν, καὶ εὑρίσκειν, καὶ ἐν περινοίᾳ γίνεσθαι τῶν ἐκείνου, παρέσχεν ἡμῖν ἀφορμάς· ἐπεὶ καὶ δι' ἡμᾶς πάντα πεποίηκε. καθόσον οὖν ἡμῖν ἐδόθη ἐλαχίστοις γε οὖσι καὶ ταπεινοῖς, περὶ ὧν ἠρωτήσατε νομίσαντες ἡμᾶς εἶναί τι, λέγομεν ἐν ἀγάπῃ ἐκ τῶν πατέρων τὰ πλείω, συλλέξαντες. οὐδὲ γὰρ τῶν παραδεδομένων καινότερον ἄλλο παρ' ἡμῶν, οὐδ' ἃ παρελάβομεν ἠλλοιώσαμεν· τετηρήκαμεν δὲ ὡς καὶ τὸ τῆς πίστεως σύμβολον. ὅθεν ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἐδόθη, καὶ τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῶν πατέρων, οὕτω τὴν ἱερουργίαν τελοῦμεν. καὶ ὡς μὲν ὁ Κύριος ἱερούργησε μετὰ τῶν μαθητῶν ὤν, καὶ τὸν ἄρτον κλάσας, καὶ αὐτοῖς μεταδούς, καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως, καὶ ἡ ἐκκλησία ποιεῖ τοῦ ἱεράρχου μετὰ τῶν ἱερέων ἱερουργοῦντος, καὶ πᾶσι μεταδιδόντος, ἢ καὶ ἱερέως μετὰ τῶν λοιπῶν. τοῦτο δὲ καὶ ὁ τῶν Ἀποστόλων μαρτυρεῖ διάδοχος, ὁ ἱερός φημι, Διονύσιος. οὕτω διδάσκων ἱερουργεῖν, ὡς ἡμεῖς. καὶ οἱ θεοφόροι δὲ Βασίλειος καὶ Χρυσόστομος τὴν τῆς μυσταγωγίας πλατύτερον ἐκθέμενοι τάξιν, οὕτω παραδεδώκασιν ἐνεργεῖν, ὡς ἡ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησία. καὶ μαρτυροῦσιν αὐτῶν αἱ εἰς τὴν ἱερουργίαν εὐχαί, τήν τε πρώτην καὶ τὴν δευτέραν εἴσοδον ἐκδιδάσκουσαι, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἱερᾶς τελετῆς.

Καὶ τὸν ἱερὸν δὲ ναόν, οὐ βατὸν τοῖς πᾶσι παραδεδώκασιν οἱ πατέρες, ἀλλ' ἄξιον εὐλαβείας, καὶ μάλιστα δὲ τὸ φρικτὸν θυσιαστήριον. καὶ δῆλον ὡς ἔξω βάλλουσι τοὺς κατηχουμένους. καὶ ὁ ἱερὸς δὲ Ἀμβρόσιος καὶ τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου ἐξώθησε τὸν βασιλέα Θεοδόσιον. καὶ ὁ ἐν ἁγίοις δὲ Γρηγόριος ὁ Διάλογος, οὐ μόνον δι' ἐνζύμου ἄρτου τὴν θυσίαν προσφέρεσθαι μαρτυρεῖ, ἀλλὰ καὶ δι' αἰδοῦς τοὺς ἱεροὺς ἄγει ναούς, μηδὲ λείψανα ἀφεὶς τοῦ τυχόντος ἐν αὐτοῖς καταθάπτεσθαι. ἀλλὰ καὶ ὁμοίως Ἰσίδωρος ὁ τοῦ Πηλουσίου ἀρχαῖος ὢν τῶν πατέρων, ἐν πολλαῖς τῶν αὐτοῦ ἐπιστολῶν περὶ τῆς τάξεως τῆς καθ' ἡμᾶς λειτουργίας σαφέστερον ἐκδιδάσκειν φαίνεται. καὶ ὁ σοφὸς τὰ θεῖα Μάξιμος ἅπαν ἐκτίθησι τὸ μυστήριον τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, ὅπερ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία τελεῖ καὶ ἐνεργεῖ, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ γινομένων τοὺς λόγους ἑρμηνεύει. ἐξ ὧν δὴ καὶ ἡμεῖς ἐκ τῶν πατέρων ἠρανισάμενοι, καὶ εἴ τι περ ἄλλο παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ἔγνωμεν, γράφομεν ὑμῖν, τῇ τοῦ Θεοῦ θαρρήσαντες χάριτι.

Καὶ δὴ πρῶτον μὲν περὶ τοῦ θείου φαμὲν οἴκου. ἐπεὶ γὰρ ὄργανον ἱερουργίας ὁ ναός τε, καὶ ὁ ἱερεὺς ὁ

μὲν ἱερουργῶν, ὁ δὲ τὸ θυσιαστήριον ἔχων. καὶ περὶ τῶν ἀμφοτέρων προσῆκόν ἐστιν εἰπεῖν.

Ὁ ναὸς τοίνυν εἰ καὶ ἐξ ὑλῶν συγκείμενός ἐστιν, ἀλλ' ὅμως ὑπερκόσμιον ἔχει χάριν. τελεῖται γὰρ παρ' Ἀρχιερέως εὐχαῖς μυστικαῖς, καὶ θείῳ χρίεται μύρῳ, καὶ κατοικητήριον ὅλος Θεοῦ παρίσταται. καὶ οὐ πάντα τοῖς πᾶσιν ἔχει βατά. ἀλλὰ τὰ μὲν ἱερεῦσι, τὰ δὲ λαϊκοῖς. εἰκονίζει δὲ οὗτος διπλοῦς ὢν διὰ τῶν ἀδύτων καὶ τῶν ἐκτός, καὶ Χριστὸν αὐτὸν διπλοῦν ὄντα, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, καὶ τὸ μὲν ἀόρατον, τὸ δὲ ὁρατόν. καὶ ἄνθρωπον ὁμοίως ἐκ ψυχῆς ὄντα καὶ σώματος. ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον ἐξαιρέτως, ἥτις ἀπρόσιτος μὲν τῇ οὐσίᾳ, γινωσκομένη δὲ τῇ προνοίᾳ, καὶ ταῖς δυνάμεσιν. ἰδίως δὲ καὶ τὸν ὁρώμενον ἐκτυποῖ κόσμον, καὶ τὸν ἀόρατον. ἀλλὰ καὶ τὸν ὁρώμενον τοῦτον μόνον. τὸν οὐρανὸν μὲν διὰ τοῦ ἱεροῦ βήματος, τὰ περίγεια δὲ διὰ τοῦ θείου ναοῦ, καὶ κατ' ἄλλον δὲ σκοπὸν ὁ θεῖος ἅπας ναὸς τριαδικῶς διαιρεῖται. τοῖς πρὸ τοῦ ναοῦ φημί, καὶ τῷ ναῷ, καὶ τῷ βήματι. ὃ δὴ καὶ τὴν Τριάδα σημαίνει, καὶ τὰς τάξεις τῶν ἄνω τριαδικῶς τεταγμένας, καὶ τοὺς λαοὺς τῶν εὐσεβῶν, εἰς Τριάδα διαιρουμένους, ἱερέων λέγω, καὶ πιστῶν τελείων, καὶ τῶν ὄντων ἐν μετανοίᾳ. ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν γῇ, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ, καὶ τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, ὁ θεῖος ναὸς τοῦτο διδάσκει τὸ σχῆμα. καὶ νάρθηκες μὲν τὰ ἐν τῇ γῇ, ναὸς δὲ τὸν οὐρανόν, τὰ δὲ ὑπερουράνια, τὸ ἁγιώτατον βῆμα.

Διὸ καὶ ἐν τῷ βήματι ὁ θεῖος ναὸς, διὰ μὲν τοῦ φρικτοῦ θυσιαστηρίου τῆς ἱερᾶς δηλαδὴ τραπέζης, τὸν τοῦ οὐρανοῦ παραδηλοῖ δεσπότην. ὃ καὶ ἅγια ἁγίων, καὶ καθέδρα, καὶ τόπος Θεοῦ, καὶ ἀνάπαυσις, ἱλαστήριόν τε, καὶ τοῦ μεγάλου θύματος τὸ ἐργαστήριον, καὶ μνῆμα Χριστοῦ, καὶ δόξης αὐτοῦ καλεῖται σκήνωμα. καὶ διὰ μὲν τοῦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ καταπετάσματος, τὴν ἐπουράνιον περὶ τὸν Θεὸν ἐκτυποῖ σκηνήν. ἔνθα οἱ τῶν ἀγγέλων δῆμοι, καὶ τῶν ἁγίων ἡ κατάπαυσις. διὰ δὲ τῶν κιγκλίδων, ἤτοι τῶν διαστολῶν, τὴν διαφορὰν τῶν ὁρατῶν πρὸς τὰ νοητά. τέσσαρα δὲ μέρη ὑφάσματος ταῖς τέσσαρσιν ἔχει γωνίαις ἡ ἱερὰ τράπεζα. ὅτι ἐκ τῶν περάτων συνυφάνθη τῆς ἐκκλησίας τὸ πλήρωμα. καὶ τὰ ὀνόματα δὲ τῶν τεσσάρων ἐν ταῖς τέσσαρσιν εὐαγγελιστῶν. ὅτι δι' αὐτῶν συνέστη ἡ ἐκκλησία, καὶ πάντα τὸν κόσμον τὸ εὐαγγέλιον περιέδραμε. τὸ σάρκα δὲ τὸ λεγόμενον, ὀθόνης καὶ μετ' αὐτό, τὸ ἐπανωφόριον κέκτηται. ὅτι τάφος ἐστὶ καὶ θρόνος τοῦ Ἰησοῦ. καὶ τὸ μὲν ἐστὶν ὡς σινδὼν, ἣ περιειλήθη νεκρός, τὸ δὲ ὡς δόξης περιβολή. ὡς καὶ ὁ ἐπὶ τούτῳ ἐν τῷ τίθεσθαι ἐμφαίνει ψαλμός, ὁ Κύριος ἐβασίλευσε, λέγων, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. ἐκ λίθου δὲ τὸ θυσιαστήριον, ὅτι Χριστὸν εἰκονίζει, ὃς καὶ πέτρα ὀνομάζεται, ὡς θεμέλιον ἡμῶν, καὶ κεφαλὴ γωνίας, καὶ λίθος ἀκρογωνιαῖος, καὶ ὅτι πέτρα πάλαι τούτου ἦν μίμημα, ἡ τὸν πάλαι ποτίζουσα Ἰσραήλ. νῦν δ' αὕτη τὸν νέον ἡμᾶς ποτίζει, οὐχ ὕδωρ ἀλλὰ ζωῆς αἰωνίου παρέχουσα νάματα τὸ ζῶν αἷμα τοῦ Λόγου. διὰ δὲ τοῦ ἱεροῦ συνθρόνου, τὸν εἰς οὐρανοὺς ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς σαρκωθέντα Λόγον καθήμενον, διὰ δὲ τῶν ἀναβαθμῶν τὴν ἑκάστου τῶν ἱερα-

menta sint sacrificio deservientia, ille quidem consecrans, hoc vero, altare ad id adhibens; de utroque dicere consentaneum est.

Templum ergo quamvis ex materialibus compactum sit, sublimi tamen gratia praeditum est; a Pontifice enim mysticis precationibus dedicatur, & sacro perfunditur unguento, totumque Dei habitaculum redditur: nec omnia omnibus sed alia Sacerdotibus, alia Laicis habet pervia. Quoniam vero bipartitum est, (in adyta interiora & exteriora) per secretiora adyta, & per ea quae foris sunt, Christum ipsum imagine quadam repraesentat, duplici natura divina & humana subsistentem, quarum haec non videtur, alia sub aspectum cadit. Similiter hominem ex anima & corpore cohaerentem. Trinitatis item mysterium praeclare adumbrat, quae cum per essentiam inaccessa sit, providentia tamen & potestate maxime cognoscitur. Speciatim vero mundum hunc aspectabilem, & alium qui sensum effugit, imitatur. Quinetiam & aspectabilem solum. Caelum quidem per sacrum tribunal; terrestria vero per templum reliquum. Alio consilio sacrum templum et tripartitum, seu trifariam divisum consideratur: in locum, inquam, ante templum seu vestibulum, in ipsum templum, & in sacrarium, quibus partibus tribus Trinitas, & caelestes beatarum mentium ordines, per tres ternario distincti: piorum item populus sub triplici discrimine, Sacerdotum videlicet, fidelium perfectorum, & publice poenitentium, significatur. Insuper quae in terris, quae in caelis, & super caelos sunt, sacrae aedis constitutio & habitus denotat: & vestibula quidem, ea quae in terris sunt; spatium templi, caelum; sanctuarium vero tribunal, supercaelestia sive ea quae sunt in caelis.

Idcirco & in sacrario templum per tremendum altare, sacrae mensae videlicet, caeli Dominum conspiciendum proponit: quae & sancta sanctorum, cathedra, locus Dei, requies, propitiatorium, magni sacrificii officina, Christi monumentum, & ejus gloriae tabernaculum vocatur: Et quidem per velum altaris, caeleste Dei tabernaculum significat, ubi Angelorum agmina sunt, & sancti requiescunt. Per cancellos vero sive separationes, differentiam eorum quae sensu, ab his quae sola intelligentia percipiuntur. Quatuor autem superstrati mantilis partes in veli quatuor angulis habet sacra mensa, quoniam plenitudo Ecclesiae ex quatuor mundi finibus contexta est; & in quatuor illis angulis, quatuor Evangelistarum nomina, quandoquidem per illos fundata & constituta est, & universum terrarum orbem Evangelii annunciatio pervagata est. Interulam vero vestem, quae Ad carnem dicitur, & superne mantile adepta est: quia sepulchrum est, & thronus Jesu. Ex parte quidem est ut sindon qua mortui corpus involutum est; partim ut gloriae amictus; sicut etiam Psalmus, qui super eo, dum imponitur, dici solitus est, ostendit: *Dominus regnavit*, dicens, *decorem induit*. E lapide porro est altare, quia Christum refert, qui & petra nominatur, tamquam fundamentum nostrum, & caput anguli, & lapis angularis: & quia petra, quae olim sitientibus ex se aquis Israel potavit, hujus imago fuit. Nunc enim nos, novum Israel potat, non aquam scaturiens, sed aeternae vitae fluenta praebens; vivum, inquam, Verbi sanguinem. Per sacrum vero consessum, Verbum incarnatum, & in caelis ad dextram Patris assidens: per gradus, cujusque sanctorum virorum, & Angelorum ordo

ascensusque & per Sacerdotem, Jesus significatur; quem & sacrum Evangelium in altari conspicuum; & crux, sacrificium ejus indicat. Sub mensa deinde reponitur sunt reliquiæ Martyrum, ut pote quorum spiritus Christo magno Martyri semper adsint. Præterea tamquam Ecclesiæ fundamenta hos altare continet, quæ primo Christi, postea per ipsum Martyrum sanguine condita est. Unguento deliberum est, quoniam plenitudinem efficientiæ spiritus, & virtutis unguentum quod sacrificatur, habet. Sanguis autem circum vestitur, & ornatur, quoniam quæ super eo sunt, considerata difficilia sunt, nec ab omnibus comprehendi queunt. Est autem editum splendidissimumque ut solium Dei. Per ordines vero sacrarium ingredi solitorum, virtutes extra mundum, sive cœlestes nobis suggerentur; Et per insistionem ab altari inchoatam, communicans sese, & fragrans spiritus gratia: per accensa lumina, ea quæ est in sanctis perpetua ac indefectiva illuminatio. Atque hæc ab Ecclesia, per sacrarium imaginaria objiciuntur.

Universim autem per totum templi tractum, terrestrem hunc mundum, ut supra diximus, aut etiam cœlum quod cernimus, cogitationi objicit. Quando enim ante templum preces facimus, cœli id loco habemus, & Paradisi in Eden similitudinem gerit. Quapropter etiam quibusdam velis in sacris monasteriis dum extra psallunt, templum occludunt, quæ ingredientes abstrahunt; eo declarantes Christum ad nos usque descendisse, mediumque parietem nostrum dissolvisse, dataque pace in cœlum nos subvexisse. Quisquiam in crimina lapsi, ideat Pœnitentes, illuc intrare non audent. Et cum solemni ritu templum dedicamus, hujus rei cygnum quendam exprimimus; ac vero cum ineus preces effundimus, & tremenda præ omnibus sacrificia peragimus: altare quidem velut alterum cœlum habemus, templum vero, ut quod terrestria significet conspicimus; ibidem enim omnes simul concurrunt, congregantesque.

Et certe qui est ante sacrarium suggestus, lapidis a monumento devoluti nos admonet, ubi etiam Angelicam personam sustinentes Diaconi & Sacerdotes; illi quidem in missæ officio: hi vero in laudibus, matutina Evangelia clara voce recitant. Templi pulchritudo, creaturarum pulchritudinem decet. Lumina sublimia ardentia, stellarum fulgores: circulus (corona in medio Ecclesiæ appensa) firmamentum imitantur. Oleum autem, ceram, & thymiama offerimus. Illud ad divinæ misericordiæ expressionem: hanc, ut quemadmodum illa ex floribus extitit, sic nos & perfectam nostri oblationem, omniumque rerum nostrarum sacrificium quoddam, per ipsam insinuemus. Hoc autem, thymiama inquam, in signum divinæ charitatis & fragrantiæ spiritus, quæ se in omnes effundit.

Ac Sacerdotes quidem intra sacrarium divinos hymnos ordientes, primorum ordinum qui juxta Deum sunt, imaginem, gerunt. Diaconi cum Lectoribus & Cantoribus Psalmos & sacras scripturas ordine excipientes, medios cœlestium cœtus, sive Chorus, subolebuntur. Populus universos de fide recte sentiens, cantica modulantibus proposito ac voluntate consociatur,

μένων ἀνθρώπων, ἢ τὴν ἀγγέλων τάξιν, τε καὶ ἀσώματον. ἢ διὰ μὲν τὰ ἱερεῖα, τὴν Ἰησοῦ, ὃν τυποῖ ἡ πέτρα Εὐαγγέλιον ἐπὶ τὰ δυσιαστήρια ἐρείψασα· καὶ σαφῶς, τὴν θυσίαν αὐτοῦ δηλοῦν. τὴν βαπτίζη δὲ ὑπόκειται τὰ ἱερὰ λείψανα τῶν μαρτύρων, ὡς τῇ Χριστῷ τῷ μεγάλῳ μάρτυρι τὸ σταῦρὸς ἀεὶ συμπαρόντων πίστις πεδίμασιν· ἀλλὰ καὶ ὡς θεμέλιον τῆς Ἐκκλησίας τὸ θυσιαστήριον τούτους ὑπέχει. εἵματι γὰρ φωτὸς Χριστὸς, ἔστι καὶ δι' αὐτὸν, καὶ τῶν μαρτύρων στολὴν. κεχρισμένον δὲ ἔστι τῷ μύρῳ· ὅτι τὰς ἐσφραγίδας πλήρης τὸ πνεύματος, ἢ τὸ ζῶν μύρον ἱερουργούμενον ἔχει· ἀμφίον δὲ περικεκαλυμμένον ἐστὶ ἢ κεκοσμημένον, ὅτι ἢ τὰ τῶν ἁγίων διαθέματα, ἢ ἃ πάσι λαπτά. ἢ ἐπηρμένον δὲ, ἢ λαμπρότερον ὡς θρόνος Θεοῦ. ἢ δὲ εἰσιόντων τὸ τῷ βήματι πάσιον, τὰς ὑπερκοσμίας δυνάμεις. ἢ ἢ μὲν τῷ θυμιάματος λόγῳ τὸ θυσιαστηρίου ἀρχόμενα, τὴν μεταδοτικὴν ἢ δύναμιν τὸ πνεύματος χάριν. ἢ δὲ τῶν ἀκαπνοτάτων φώτων, τὸν ἐγγινόμενον τοῖς ἁγίοις ἀκατάπαυστον τοῦ πνεύματος φωτισμόν· ἢ πᾶσα μὲν ἡ ἐκκλησία εἰκονίζει τὸ βήματος.

Διὰ δὲ τὸ καθόλου καὶ τὸν περίγειον τόπον ὡς φθάσαντες εἴπομεν, ἐφ' ἡμᾶς κόσμου. ἢ Ἐ τὸν ὁρώμενον οὐρανὸν. ὅτε μὲν γὰρ ἀφορᾷ τὸ καὶ τὰς ἐξοχὰς ποιούμεθα, ὡραῖον πάσιν φαίνει, Ἐ τὸ ἐν Ἐδὲμ παραδείσου τὸν Θεὸν ἔχειν νοεῖν· διὸ Ἐ καπνισμοσί τισιν, ἐν ταῖς ἱεραῖς μοναῖς, ἐν τῷ ἔξωθεν ψάλλειν ἀφαιρέτοις τὸν ναὸν, ἔλκουσι δὲ πάσιν ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι. τὸ τοιοῦτο δεικνύοντος ὅτι Χριστὸς καταλύσας μεσότοιχον τὸ φραγμὸν, λύσας, ἢ εἰρήνην δέδωκε, ἢ εἰς οὐρανοὺς ἡμᾶς ἀνήγαγεν. ἀλλ' οἱ περιεπτυκότες ἐγκλείσασιν, ὅτι ἔνδον τελεῖσθαι εἰσελθεῖν. ἢ τὴν τάξιν δὲ ἐγκατέλιπον τελοῦντες τοῦτο τυποῦμεν. διὰκα καὶ ἔνδον τὰς προσδοκίας ποιούμεθα, καὶ τὴν φανεῖσαν ἀρὸ πάντων ἱερωσύνην, τὸ Συνιασήριον μὲν ὡς ἄλλον ἔχοντα οὐρανὸν, τὸν ναὸν δὲ ὡς τὰ περίγεια σημαίνοντα· ἐν αὐτῷ δὲ πάντες ὁμοῦ, ἢ ἀφορᾷ ἐχόντες Ἐ συνίστανται.

Καὶ ὁ μὲν ἀφὸ τὸ βήματος ἄμβων ἢ ἐκκλησιάζοντα λίθον παραδηλοῖ τὰ μνήματος, ἔνθα ἢ ἀγγελικὸν σαίζοντες τύπον. ἄβκουσί τε ἢ ἀρεσβύτεροι τὸ Θεῖον κηρύσσειν διαγγέλιον. ἄβκουσι μὲν τῇ ἱερωσύνῃ, ἱερεῖς δὲ τῇ ὁρθρῳ. τὰ ἑωθινὰ λέγοντες. τὸ ναὸ δὲ ἡ ἀρωσύνης ἢ τὴς κτίσεως διδάσκει καλλονὴν. ἢ τὰ μὲν αἰσθητὰ φῶτα, τὰς ἀστέρας μιμήται· ὁ κύκλος δὲ τὸ στέφωμα. ἔλαιον δὲ ἢ κηρὸν Ἐ θυμίαμα ἀροσάγομεν. τὸ μὲν εἰς Θεὸν τύπου ἔλεος, τὸ δὲ ἐκ μυρίων ἀνθῶν συγκείμενον εἰς ὁλοτελῆ ἡμῶν ἀροσαγωγὴν, Ἐ τὴν ἀπάντων θυσίαν. τὸ δὲ εἰς τύπον τῆς θείας ἀγάπης, ἢ μεταδίδουσι πᾶσι, ἢ τῆς εὐωδίας τὸ πνεύματος.

Καὶ ἱερεῖς μὲν ἀρχόμενοι τῶν Θείων ὕμνων τὸ ἱερὸ βήματος ἐνδύσει, τὰς περὶ Θεὸν ἀφώπας εἰκονίζουσι τάξεις. ἄβκουσι δὲ ἢ ἀναγνῶσι ἢ ὑμνῳδοὶ τὰς Θείας τε ψαλμῳδίας, ἢ τὰς ἱερὰς γραφὰς, κἄ τοῦτο ἀδεδιχάμενοι, τὴν μέσην τῶν ἀρετῶν χορείαν ἐμφαίνουσι. λαὸς δὲ ἅπας ἑρῶς ἔχων, περὶ ἢ πίστιν ἀροθέτα ψυχῆς τοῖς μελῳδοῦσι συμπάσχουσι, ἢ

ὑπὸ Θεοῦ· ἐκαλούμενος ἔλεον· ἐμφαίνει δ' ἅπας τὴν τελειοτάτην τάξιν, μεθ' ἣν οὐ θέμις σιωπᾶσθαι, ἢ κακοῤῥάπτου, ἢ ἀποδόξου· ἢ κοσμικὸν φωτὶ ἀρὸς σώτος· εἰ δέ τις ἐπισρέφοιν ἀρὸς τὸ φῶς, τότε δίκτυος τοῖς τὸ φωτὸς· ἢ πάντα μὲν ὁ Θεὸς εὐσεβεῖς, εἰ ἢ πλέον τιμᾶσι νοεῖν, τοῖς περὶ Θεοῦ θεωρεῖν ἐρκέσει δύναμιν.

Ὁ δὲ γε ἱερεὺς ἀρονεμόμενος μὲν παρὰ τῇ Θείᾳ χειρῇ, ἀγγέλος Κυρίου παντοκράτορος λέγεται· ἢ ὡς ἢ Θείου εὐαγγελικὸς, ἢ ὡς τῶν Θεληθέντων τὸ Θεὸ πληρωτὴς. ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰησοῦν εἰκονίζει· ἢ ᾧ αὐτὸ τῇ χειροτονίᾳ κέκτηται δύναμιν, ἢ ἀρὸ γε τέτε μᾶλλον ὁ ἱεράρχης, ὃς ἢ ἐπὶ τὰς καθέδρας καθέδρα γράφεται τὸ Χριστὸ, ἢ ἢ ἐξουσίαν αὐτὸς πλείω, ἔχει τὸ δεῖν τε ἢ λύειν. ὁ δὲ ἱεράρχης τῶν ἀποτέλων τυγχάνει ἐβδόμος. ὅσοι ἢ ὁ ἢ Χριστὸς εἰκονίζων, ἐν τῷ μέλλει ἱερουργεῖν τὰ Θεῖα πεπιστεύεται ἄμφια, σημασίαν ἔχοντα ἢ Θεοῦ λαὸν πολυμερεκὴν· περὶ ὧν καὶ τῷ δικαίων λόγων. μικρὸν δὲ ἀνωθεν θεωρήσωμεν.

Τῶν ἐν τῷ βήματι χειροτονημένων εἰς ἓξ τάξεις διαιρουμένων, ἐπίσκοπε, πρεσβυτέρε, ἢ ἡγεμόνα· ἢ τὰ μὲν φωτιστικὰ λειτουργοῦντα, διάκονε τε. Ἀρχιερέως, ὡς μεταδοτικὴν τῇ Θείων φώτων· πάντες γὰρ λαμβάνομεν δι' αὐτὸ χειροτονίας σφραγίδα, ἱερεῖς τε ἢ κληρικοὶ, καθιερώσεις ναῶν, βάπτισμα, ἁγιασμὸν, ἢ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· μυστηρίων τε κοινωνίαν οἱ λαικοὶ ἅπαντες, οἷς ἐκ πηγῆς φωτὸς τῆς ἐπισκοπικῆς εἰσι χάριτος. τὸν πρεσβύτερον δὲ λεγομένη τελεστικὸν, ὡς χεῖρα ἔχοντος μόνον τελεστικὸν, εἰς τὰς τελετὰς, οὐ μὴν μεταδοτικὸν. βαπτίζει γὰρ καὶ ἱεραρχεῖ, οὐ μὴν καὶ χειροτονεῖ, οὐδ' ἄλλον ἐκχρίει ἱερέα, ἢ τῷ ἔσοι τάξεως μετέχοντα ἱερᾶς. τὰ ἡγούμενα ἢ λειτουργικὰ λεγόμενα, ὡς ὑπηρέτην τάξιν ἐπέχοντος, ἢ μὴ δυναμένην χωρὶς ἱερέως τι πράττειν, ὁ δὲ τῆς ἐχάτης ἀγγελικῆς ἐστι τάξεως.

Ἑκάστῃ αὐτῶν ἀναλόγως τῇ τάξει περιτίθεται τὰ ἄμφια· ἢ ὁ ὄφιος μὲν ἔστι τῶν ἀγγελικῶν τυποῖ τάξιν· ἀρεσβύτερος ἢ ἢ ταύτα μὲν, ἐπειδήπερ τὸ τὰ ἀρχὰς χαρισμα ἀρότερον ἔλαβε, ἢ τὰς τῆς τελεστικὰς χάριτος, ὧν τὸ ἐπιβλέπειν φανερὸ· ὁ ἱεράρχης δὲ ἢ ταύτα, ἢ ἔτι τὸ ὠμοφόριον, ὅ παρέστηκε περιαρωμένος τὸν τὸ Θεὸ ὠόν· διὸ ἢ τῶν στολῶν τῶν ἱερῶν ἐνδύμενος, ἀρότερον τὸ εἰχάριστον περιβάλλεται, ἢ δὴ εἰχάριστον τῶν φωτεινῶν ἢ ἀγγέλων ἐμφαίνει περιβολὴν· οὗτοι γὰρ πολλαχοῦ φωτεινὴν ἐδύτα περιβεβλημένοι ὀφθῆναι ἄγγελοι· ὡς ἢ ὁ ἐν ἢ μύσταις λόγοις ἐδύτα περιβεβλημένος. ἀλλὰ ἢ τὸ καθαρὸν ἢ ἀμόλυντον εἰκονίζει τῆς ἱερατικῆς τάξεως, δι' ὧν καθαίρονται καὶ πυοῦσι οἱ ἱερεῖς καταξιούμενοι τῆς χάριτος. ἢ μαρτυρεῖ τοῦτο ἐν τῇ ἐνδύσει λόγων. Ἀγαλλιάσεται ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίας, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁ ὄφιος δὲ ἀγγελικὴν ἔχων, ὡς ἔφαμεν, τάξιν, ποῦ περίκειται, ἐπὶ τῶν ὤμων τε φέρει, ἐ καλεῖσθαι ὠράκιον. τὸ δέχε ὡς πτερὰ ὑπερφαίνει δὲ τὸ ἀλλὰ τε, ἢ κατρὸν τῆς ἀγγελικῆς τάξεως. διὸ καὶ τὰ Χερουβὶμ μιμεῖσθαι πειρεικόσμηται τὰς ὄψεις, καὶ ἅπας πτέρυγας ἀναπεπταμένας ἔχει. ἐπὶ δὲ τῶν ὤμων ἑκάτερον ἐπιβάλλεται ὠράκιον, ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ ἐπὶ τῶν ὤμων ἐπιβαλλόμενον

Angelici ordinis subindicat. Quare & Cherubim facies obvelantia imitans, ipse etiam infra missarum solemnia, ubi sacramentum percepturus est praecingitur. Sed & in stola Diaconica, *Sanctus, Sanctus, Sanctus* scriptum gerit, quo ministratorius Angelorum ordo exprimitur. Pontificis autem tunica, desuper descendentia habet flumina, quae dicuntur, & gratiam docendi in ipso repraesentant. Nam & inter Angelos non omnibus est idem ordo & gradus: sed ibi quoque alii inferiorum magistri sunt. Vocantur autem flumina propter vocem Salvatoris in Evangelio dicentis. *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae.* Hoc idem Pontificio ostenditur Mandya sive pallio. Flumina quidem habet propter ea quae diximus: Pocula vero pro typo veteris & novae gratiae, quae etiam fluminibus quasi innatant; quod non aliud sibi vult quam magistro, sive doctori, ex duobus testamentis ad docendum, hauriendum esse. Et hoc quidem tunica significat. Stola vero Sacerdotalis, initiativam & e caelo descendentem Spiritus gratiam, menti subjicit. Ob hoc enim & Pontifex, & Sacerdos a capite illam induens, *Benedictus Deus*, inquit, *qui effundit gratiam super Sacerdotes suos*. Unde ea quilibet Sacerdos utitur quando quamlibet actionem Sacerdotalem aggreditur. Cingulum, nota est ministerii a Salvatore nostri causa suscepti, quo & functus est in hoc saeculo, & in futuro propter nos functurum se pollicetur: ait enim. *Praecinget se. & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Praeterea ejus potentiae robur magnitudinemque insinuat. *Benedictus*, enim, inquit, *Deus qui praecingit me virtute.* Caeterum Pontifex insuper a zona dependens, Supergenuale fert, quod victoriam adversus mortem, nostraeque naturae immortalitatem, & vires Salvatoris contra maligni Daemonis tyrannidem robustissimas ostendit. Quamobrem & romphaeae similis est, & lumbis alligatur, ubi hominis robur situm praedicant. Hoc ipsum verba, quae in cinctu adhibentur, manifestant. Dicit enim. *Accingere rompheam super femur tuum potentissime.* Supermanicalia vero actionis divinae omnia efficientis significantia sunt, & Jesum suis manibus sacrificium corporis & sanguinis sui per se obtulisse: cui conveniunt quae in iis superponendis recitantur. *Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute.* Et. *Manus tuae fecerunt me, & plasmaverunt me.* Quin etiam vincula manuum Salvatoris, quibus ad Pilatum deductus est, quidam haec supermanicalia exprimere asserunt. Jam vero sacra Casula sublimiorem, & superne collatam Spiritus virtutem, sub quadam effigie monstrat. Inprimis Saccum quo per ludibrium Salvator indutus est, idcirco & sacci formam habet; nec enim in eo sunt, quae appellantur manicae. Manifestius hoc exhibet, quo digniores Pontifices vestiuntur, & Saccus dicitur. Sed & reliqui Pontifices Casulam crucibus plenam circumferentes (quae & multicrucium vocari solet) clare docent, quoniam passionis Domini signum est, se illum imitari; qui per passionem & crucem veram justitiam consummavit, & in veram libertatem, tyranno depulso, nos asseruit. Propterea cum illud induit, dicit. Sacerdotes tui, Domine, induentur justitiam; & sancti tui exultatione

εἰ τὴν πλατεῖαν ἐν τῷ μέλλειν κοινωνεῖν τοῦτο περιζωννύμενος. ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὠραρίῳ τὸ ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος γεγραμμένον ἔχει. ὃ δὲ τὴν λειτουργικὴν διδάσκουσι τῶν ἁγίων ἀγγέλων τάξιν. τοῦ Ἀρχιερέως δὲ τὸ στιχάριον ἄνωθεν κατιόντας τοὺς δηλουμένους κέκτηται ποταμούς, τὸ διδασκαλικὸν τῆς ἐν αὐτῷ σημαίνοντας χάριτος. καὶ ἐν τοῖς ἀγγέλοις γὰρ οὐ πᾶσιν ἡ αὐτὴ τάξις. ἀλλὰ κἀκεῖσε τῶν ὑποδεεστέρων εἰσὶ διδάσκαλοι. ποταμοὶ δὲ λέγονται διὰ τὴν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Σωτῆρος φωνήν, λέγοντος. ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ὕδατος ζῶντος. τοῦτο δὲ καὶ ὁ Ἀρχιερατικὸς διδάσκει μανδύας, ποταμοὺς μὲν ἔχων διὰ τὰ προειρημένα. πόματα δὲ εἰς τύπον παλαιᾶς τε καὶ καινῆς χάριτος, ἃ ὑπερβλύζοντα κεῖνται τῶν ποταμῶν. δηλοῦντος τοῦ τοιούτου ὡς ἐκ τῶν δύο διαθηκῶν τὸν διδάσκαλον χρὴ λαμβάνειν, καὶ τὰς διδασκαλίας ποιεῖσθαι. καὶ τὸ μὲν στιχάριον οὕτω. τὸ δέ γε ἐπιτραχήλιον τὴν τελεστικὴν καὶ ἄνωθεν κατερχομένην τοῦ πνεύματος παρίστησι χάριν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Ἀρχιερεύς τε καὶ ὁ ἱερεὺς ἀπὸ κεφαλῆς τοῦτο περιβαλλόμενος. Εὐλογητός, φησιν, ὁ Θεὸς ὁ ἐκχέων τὴν χάριν ἐπὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ, ὅθεν καὶ τοῦτο πᾶς ἱερεὺς εἰς χρῆσιν ἔχει ἐπὶ πάσῃ ἱερᾷ τελετῇ. ἡ δέ γε ζώνη τὴν ὑπὲρ ἡμῶν διακονίαν δείκνυσι τοῦ Σωτῆρος, ἣν καὶ ἐνταῦθα διέπραξε, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι πράττειν καθυπέσχετο δι' ἡμᾶς. Περιζώσεται γάρ, φησι, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτούς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς. ἀλλὰ καὶ τὸ ἰσχυρὸν εἰκονίζει καὶ κραταιὸν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως. Εὐλογητὸς γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν. ἀλλ' ἐν τῇ ζώνῃ ὁ ἱεράρχης, καὶ τὸ λεγόμενον ὑπογονάτιον περιτίθεται ἐξαρτήσας, ὃ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν τῆς ἡμετέρας φύσεως, καὶ τὸ μέγα τῆς τοῦ Θεοῦ ἰσχύος καὶ τῆς τοῦ πονηροῦ τυραννίδος ἐμφαίνει. διὸ καὶ σχῆμα ῥομφαίας ἔχει, καὶ ἐπὶ τῆς ὀσφύος ἐκκρέμαται, ἔνθα τὸ δύνασθαι ἄνθρωπον εἶναι φασί. καὶ τὰ λεγόμενα δὲ ἐν τῷ περιτίθεσθαι ῥήματα τοῦτο δηλοῖ. λέγει γάρ. Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ. τὰ δὲ λεγόμενα ἐπιμάνικα, καὶ τὸ παντουργὸν τῆς ἐνεργείας εἰκονίζει τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ διὰ τῶν ἰδίων χειρῶν τὴν ἱερουργίαν τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος αὐτουργῆσαι τὸν Ἰησοῦν. ὅθεν καὶ τὰ λεγόμενα ἐν τῷ ταῦτα περιτίθεσθαι οἰκεῖα. ἡ δεξιά σου Κύριε δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ. καὶ τό. αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με. ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν χερσὶ δεσμὰ τοῦ Σωτῆρος, οἷς προσεδέθη, ὡς ἀπήγετο πρὸς Πιλάτον, φασί τινες τὰ ἐπιμάνικα ἐκτυποῦν. τὸ δὲ ἱερὸν φαινόλιον τὴν ὑψηλοτέραν καὶ ἄνωθεν χορηγουμένην τοῦ Πνεύματος ἐμφαίνει δύναμιν. ἐξαιρέτως δὲ ὃν ἐνεδύσατο ἐμπαιζόμενος ὁ Σωτὴρ ἐξεικονίζει σάκκον· διὸ καὶ σάκκου τύπον ἔχει, οὐδὲ γὰρ ἔχει ταῦτα ἃ καλοῦσι μανίκια. Ἀριδηλότερον δὲ τοῦτο παρίστησι, καὶ ὃ ἐνδύονται οἱ ἐξοχώτεροι τῶν Ἀρχιερέων, σάκκος καὶ τοῦτο καλούμενον. ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἀρχιερέων τὸ φαινόλιον πλῆρες σταυρῶν ἐνδυόμενοι, ὃ δὴ καὶ πολυσταύριον ὁ λόγος καλεῖν εἴωθε, τοῦτο σαφῶς παριστᾶ.

ριστᾶ, ὅτι τοῦ πάθους ἐστὶ τοῦ Σωτῆρος δηλωτικόν. κἀκεῖνον μιμεῖται τὸν διὰ πάθους καὶ σταυροῦ τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην τετελεκότα, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τυραννοῦντος ἀληθινὴν ἐλευθερωσύνην παρεσχηκότα. διὸ καὶ ἐνδυόμενος φησιν· οἱ ἱερεῖς σου Κύριε ἐνδύσονται δικαιοσύνην, καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται. ὅπως γὰρ ἡ διὰ τοῦ σταυροῦ δικαιοσύνη τὴν ἀγαλλίασιν ἡμῖν ἐχορήγησε. καὶ ταῦτα μὲν ἃ ἐνδύεται διάκονός τε καὶ ἱερεὺς τῆς ἐπιγονατίδος μόνης χωρίς, καὶ τοιαῦτα τυποῦσιν, ὡς ἡμεῖς ἰδεῖν ἠδυνήθημεν. ὁ ἱεράρχης δὲ σὺν ἐπιγονατίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς, ἐπὶ πάντων ἔχει χάριν. ἐξαιρέτως δὲ ὁ Ἀρχιερεύς, καὶ τὴν ἀρχιερατικὴν δύναμιν, καὶ τὸ ἱερὸν περιτίθεται ὠμοφόριον, ὃ δὴ ἐξ ἐρίου, ὃν κύκλῳ περὶ τοὺς ὤμους ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν περιβάλλεται. τοῦτο δ' αὐτίκα εἰκονίζον ἐστὶ σαφῶς τὴν ἐκ παρθένου δι' ἡμᾶς σάρκωσιν, καὶ ἐνανθρώπησιν τοῦ Λόγου· διὰ τοῦτο καὶ ἐξ ἐρίου· ὅτι τὸ πλανηθὲν τυποῖ πρόβατον, ὅπερ ἐπὶ τῶν ὤμων ἔλαβεν ὁ Σωτήρ, τουτέστι τὴν ἡμετέραν φύσιν, καὶ ὅτι καὶ αὐτὸς ἀμνὸς ἐκλήθη, σφαγιασθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ αὐτὰ δὲ ἅπερ φασὶ ῥήματα ἐπ' ὤμων ἑλίττων, τὴν ἔννοιαν βεβαιοῖ. φάσκει γάρ· ἐπὶ τῶν ὤμων Χριστὲ τὴν πλανηθεῖσαν ἄρας φύσιν, ἀναληφθεὶς τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ προσήγαγες. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἱερᾶς στολῆς.

Ἀπερικαλύπτῳ δὲ τῇ κεφαλῇ οἱ τῆς ἀνατολῆς πάντες ἱεράρχαι, καὶ ἱερεῖς πλὴν τοῦ Ἀλεξανδρείας τελοῦσιν· οὐ κατ' ἐλάττωσίν τινα, ἀλλὰ κατὰ λόγον ὑψηλότερον, μάλα δὲ καὶ θειότερον, ὃν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ὑποτίθησι, καὶ διδάσκει. κεφαλὴν μὲν ἡμῶν τὸν Χριστὸν ὀνομάζων, μέλη δὲ ἡμᾶς αὐτοῦ· καὶ ὅτι δεῖ τιμῶντας ἡμᾶς τὴν κεφαλὴν τὸν Χριστόν, ἀπερικαλύπτως ἔχειν τὰς κεφαλὰς ἐν τῷ προσεύχεσθαι· καὶ οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τὴν χειροτονίαν ὁ χειροτονούμενος δέχεται. καὶ οὕτως ὀφείλει προσεύχεσθαι ὡς ἐχειροτονήθη, καὶ ἱερουργεῖν. ὁ δὲ ἱεράρχης μάλιστα χειροτονούμενος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχει τὰ θεοπαράδοτα λόγια. ἤτοι τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον. ἀλλ' ὅμως ἐρεῖ τις. καὶ λοιπὸν ἐπὶ κεφαλῆς, ἔχων ὁ Ἀλεξανδρείας ἱερὸν ἐπικάλυμμα, καὶ ἄλλοι δὲ πλεῖστοι κατὰ παράδοσιν ἀρχαίαν, οὐκ εὐαγῶς ποιοῦσιν; οὐ τοῦτό φημι. κἀκείνοις μὲν γὰρ ἀρχαία πρὸς τοὺς ἐνεργοῦντας παράδοσις, ἀλλὰ νομικωτέρα μᾶλλον. ἐφόρει γὰρ ὁ νομικὸς Ἀρχιερεὺς ἐπὶ κεφαλῆς Κίδαριν, ἣν δὲ καὶ Μίτραν ὠνόμαζον. καθὰ δὴ καὶ οἱ περιτιθέμενοι ἱεράρχαι τοῦτο καλεῖν εἰώθασιν. ἴσως ἐξομοιοῦν ἐθέλουσιν αὐτό, καὶ τῷ τοῦ δεσπότου ἀκανθίνῳ στεφάνῳ, ἢ καὶ τῷ σουδαρίῳ, τῷ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, ἀλλ' ὅμως ἐπειδήπερ ἀποτίθενται τοῦτο, καὶ ὅτε εἰς ἀναγκαῖον ἱερουργίας καιρόν, μαρτυροῦσιν ὡς ἀναγκαιοτέρα ἡ τοῦ μακαρίου Παύλου παράδοσις.

Ὁ μὲν οὖν ἱεράρχης ἐν τῷ μέλλειν ἱερουργεῖν, κατελθὼν τοῦ θρόνου ἐν ᾧ παρίσταται, τὴν πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ δηλοῖ συγκατάβασιν· ἐνδυόμενος δὲ καὶ τὴν ἱερὰν στολήν, τὴν παναγίαν αὐτοῦ σημαίνει σάρκωσιν· κατερχόμενος δὲ μέχρι τῶν τοῦ ναοῦ πυλῶν, τὴν ἐπὶ γῆς αὐτοῦ δηλοῖ παρουσίαν τε καὶ φανέρωσιν,

Euchol.

exultabunt. Revera enim justitia per crucem nobis exultationem peperit. Et haec sunt quibus Diaconus & Sacerdos ornantur, dempto tamen Subgenuali: & haec mysteria continent, prout a nobis videri potuerunt. Pontifex autem cum Subgenuali & reliquis: super omnes gratiam habet. Speciatim vero Pontifex Pontificalem ostentat potestatem, & sacrum Pallium circumfert: quod ex lana confectum, ante & retro humeros convestit. Hoc sine dubitatione carnem a Verbo ex Virgine propter nos susceptam, humanaeque naturae assumptionem declarat. Ideo enim ex lana quoque texitur, quoniam erraticam manifestat ovem, quam in humeris detulit Salvator, naturam videlicet nostram: & quoniam ipse quoque agnus pro nobis occisus vocatus est. Ipsa etiam verba quae humeris eo circumvolvens dicit, mentem hanc confirmant. Ait enim. *Sublata in humeros, Christe, natura, quae erraverat; assumptus Deo & patri illam obtulisti.* Et haec quidem de sacris vestibus.

Aperto capite Episcopi & Sacerdotes Orientis omnes, excepto Alexandrino Patriarcha, sacris funguntur: non ob humilitatem aliquam, sed ob causam altiorem & longe diviniorem: videlicet quam divinus Paulus ponit ac docet, Christum caput nominans, nos autem membra ipsius, & oportere nos Christum caput nostrum honorantes, caput inter orandum nudatum habere. Nec ob hoc tantum, sed quia etiam nudo capite, qui ordinatur, ordines suscipit. Atque ita quemadmodum ordinatur, ita & precari, & sacris operari debet. Et Pontifex potissimum, quoniam & dum consecratur, a Deo tradita eloquia, sive sacrum Evangelium supra caput habet. Dicet tamen aliquis: Patriarcha ergo Alexandrinus gerens in capite quod vocatur Sacrum, & alii quam plurimi ex veteri traditione, operto capite sacris operantes, non rite ac sancte faciunt. Illud non dico. Id siquidem etiam apud eos qui usurpant, antiqua traditio est: verum quae a nobis velut legalis recensetur; quando & legis Sacerdos Cidarim, quam & Mitram vocabant in capite gerebat. Quo eodem nomine Pontifices ea gestantes, appellare consueverunt. Forsan & adaequare eam se dicent & Domini spineae coronae, aut sudario quod fuit super caput ejus. Veruntamen cum & hi, eam ipsam conveniente(?) sacrificii tempore deponent; Beati Pauli traditionem potius servandam hoc ipso testificantur.

Pontifex igitur, sacra facturus, de throno in quo apparet descendens, Dei Verbi ad nos condescensionem figurat. Indutus autem sacram stolam, sacratissimam ejus incarnationem: & ad portas etiam templi usque gradiens, ejusdem in terris praesentiam, & manifestationem & ad montem

An

usque & inferum descensum animi oculis ingerit. Hoc enim sibi vult, quod occasum versus, & ad portas usque deorsum procedit.

Sacra vero missa inchoata, cum Pontifex signum dederit: non enim potest quis sine ejus nutu quidquam moliri: Sacerdotes quidem intus orationes aggrediuntur, & Cantores Antiphona modulantur, trifariamque illa distribuunt, & ea quæ ex psalmis desumpta sunt, præcinunt: tum vero adjungunt hymnos, qui gratiæ suavitatem sapiunt. Et psalmicis quidem illis prænunciatam antiquis, quibus revera prædicebat, Dei Verbi incarnationem significant. Per versus vero resumptionem, ipsam gratiam ut consummatam & incarnatum Dei Filium cuncta pro nobis operantem repræsentant. Propterea que primo eam quæ illum incorrupta virginitate peperit venerati, illius pro nobis intercessionem imploramus, dicentes. *Precibus Deiparæ, serva nos Salvator.* Sanctorum deinde memoriam agentes qui pro mysterio decertantes fidei, sanctissime consummati sunt, eorum nobis conciliamus supplicationes. Salutis tandem nostræ auctorem & consummatorem Christum collaudantes: clara voce, *Salva nos Fili Dei*, modulamur.

Postquam vero foris sacras perfecerit preces Pontifex, Diaconi assistunt; qui non modo Apostolorum verum etiam Angelorum, quos Christus in mysteriis suis ministros habuit, locum tenent. Sacerdotibus vero etiam & ipsis infra tribunalis septa orationes terminantibus & foras egressis, sanctorum Angelorum in Christi ascensione descensus manifestatur. Ac dum præferuntur faces, & Diaconi bini, iterumque bini præcedunt, sacrumque Evangelium descendit manibus delatum, Pontifex ipse hinc inde a Diaconis stipatus & sustentatus, deducitur: mox autem a tergo Sacerdotes reliqui sequuntur, & illud, *venite Christum adoremus*: clarissima voce cantant, & Pontifici faustæ acclamationes fiunt: paulo ante Diacono, post ingressus orationem, Evangelium gestante, & *Sapientia Recti*, exclamante: resurrectio Domini & Ascensio adumbratur. Diaconus etenim sic voce clarisona Christi resurrectionem prædicat; Chorus autem Sacerdotum & Diaconorum, ut jam diximus, Apostolos Domino præsentes, eumque intuentes, sanctissimosque Angelos. Pontifex vero ipsum Dominum redivivum discipulis apparentem, & in cælum elevatum quadam figura reddit. Quocirca totum templi tractum extra tribunal, terram; tribunal vero ipsum, cælum referre docuimus. Unde & ut David vaticinatur, cum ascenderet Dominus in cælum, illum deducebant Angeli, & illud, *Tollite portas*, clara voce ad superiores clamabant, & regem gloriæ & Dominum appellabant, eumque potentem confitebantur. Ecclesia similiter facit, dum solemni pompa Pontifici in sacrarium ingredienti faustum acclamat: & id portæ sacrarii antequam veniat, clausæ, rursumque ad ejus introitum apertæ, significant.

Cum vero ingressus circa sacram mensam thus adolet, ea cærimonia Spiritus sancti præsentiam monstrat, qui post Christi ascensum ad nos venit. Verum & bicipiti quo-

καὶ τὴν μέχρι θανάτου, καὶ ᾅδου κάθοδον. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ πρὸς δυσμὰς ἀπιέναι, καὶ μέχρι τῶν πυλῶν κατελθεῖν.

Τῆς ἱερᾶς δὲ ἀρξαμένης λειτουργίας, τοῦ Ἀρχιερέως τὸ καιρὸν δεδωκότος· οὐ γὰρ δυνατὸν χωρὶς αὐτοῦ τὸ τύχον διενεργεῖσθαι· οἱ μὲν ἱερεῖς ἔνδον λέγουσι τὰς εὐχάς· οἱ δὲ ψάλται τὰ ἀντίφωνα ψάλλουσι, καὶ ταῦτα τρισσῶς διαιροῦσι. ψαλμικὰ μὲν προλέγοντες, συνάπτοντες δὲ καὶ ἐκ τῆς χάριτος ὕμνους. καὶ διὰ μὲν ψαλμικῶν προκηρυχθεῖσαν καὶ τοῖς πάλαι εἰς καταγγέλλουσι τοῦ Θεοῦ Λόγου σάρκωσιν· διὰ δὲ τῶν ἐφυμνίων αὐτὴν παριστῶσι τὴν χάριν πεπληρωμένην, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν σαρκωθέντα τε, καὶ πάντα ὑπὲρ ἡμῶν ἐνεργήσαντα. διὸ καὶ πρῶτον μὲν τὴν τοῦτον παρθενικῶς τεκοῦσαν τιμῶντες, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν αἰτοῦμεν μεσιτείαν. ταῖς πρεσβείαις, λέγοντες, τῆς Θεοτόκου Σῶτερ σῶσον ἡμᾶς. ἔπειτα δὲ τῶν ἁγίων μεμνημένοι, οἳ τῷ μυστηρίῳ ἐναγωνισάμενοι ἱερῶς τετελείωνται, τὰς αὐτῶν ἐπικαλούμεθα δεήσεις. ὕστερον δὲ τὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Χριστὸν ἀνυμνοῦντες, μεγαλοφώνως τό, Σῶσον ἡμᾶς υἱὲ Θεοῦ, ἀναμέλπομεν.

Τὰς ἱερὰς δὲ τετελεκότος τοῦ ἱεράρχου ἔξωθεν εὐχάς, οἱ διάκονοι συμπαρίστανται, οὐ τοὺς ἀποστόλους μόνον τυποῦντες· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγγέλους, τοὺς τοῖς αὐτοῦ μυστηρίοις καθυπουργήσαντας. τῶν ἱερέων δὲ τοῦ βήματος ἔνδοθεν τετελεκότων καὶ αὐτῶν τὰς εὐχάς, καὶ ἐξεληλυθότων, ἡ τῶν θείων ἀγγέλων δηλοῦται κατάβασις, ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψει. καὶ λαμπάδων μὲν προπορευομένων, διακόνων δὲ κατὰ συζυγίαν προηγουμένων, τοῦ ἱεροῦ τε Εὐαγγελίου κατερχομένου, καὶ τοῦ Ἀρχιερέως αὐτοῦ παρὰ διακόνων ἑκατέρωθεν παρακρατουμένου, τῶν λοιπῶν δὲ ἱερέων ὄπισθεν ἑπομένων· καὶ τὸ δεῦτε προσκυνήσωμεν Χριστῷ, λαμπρῶς ᾀδομένου, καὶ τοῦ Ἀρχιερέως εὐφημουμένου· μικρὸν πρότερον τοῦ διακόνου μετὰ τὴν εὐχὴν τῆς εἰσόδου τὸ Εὐαγγέλιον κατέχοντος, ἐκφωνοῦντος, τό, σοφία ὀρθοί, ἡ ἀνάστασις καὶ ἀνάληψις σημαίνεται τοῦ Σωτῆρος. ὁ μὲν γὰρ διάκονος ἐκφωνήσας τὴν τοῦ Χριστοῦ κηρύττει ἀνάστασιν, ὁ δὲ χορὸς τῶν ἱερέων καὶ διακόνων, ὡς προειρήκαμεν, τοὺς ἀποστόλους συνόντας τῷ Κυρίῳ καὶ τοῦτον ὁρῶντας, καὶ τοὺς ἱεροπρεπεῖς ἀγγέλους. ὁ δέ γε Ἀρχιερεὺς αὐτὸν ἀναστάντα τυποῖ τὸν Κύριον τοῖς μαθηταῖς τε ἐμφανισθέντα, καὶ ἀναλαμβανόμενον ἀπὸ γῆς εἰς τὸν οὐρανόν. διὸ καὶ τῆς γῆς τύπον εἴπομεν ἔχειν τὸν καθόλου ἔξω ναόν, οὐρανὸν δὲ τὸ ἱερώτατον βῆμα. ὅθεν καὶ ὡς ὁ Δαβὶδ προφητεύει καίπερ ἐν τῷ ἀναλαμβάνεσθαι προέπεμπον τὸν Κύριον ἄγγελοι· καὶ τό, ἄρατε πύλας, ἐβόων τοῖς ὑπερτέροις, καὶ βασιλέα τῆς δόξης ὠνόμαζον καὶ Κύριον, καὶ κραταιὸν αὐτὸν ὡμολόγουν. οὕτω δὴ καὶ ἡ ἐκκλησία ποιεῖ μετὰ πομπῆς εὐφημοῦσα εἰσιόντα ἐν τῷ ἱερατείῳ τὸν ἱεράρχην· καὶ θύραι τε πύλαι τοῦ βήματος κλειόμεναι πρὸ τοῦ εἰσελθεῖν, καὶ ἀνοιγόμεναι πάλιν ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι τοῦτο δηλοῦσιν.

Εἰσελθόντος δὲ καὶ κύκλῳ τὴν ἱερὰν θυμιάσαντος τράπεζαν, τοῦ πνεύματος τυποῦται διὰ τούτου ἡ παρουσία. ὅπερ ἦλθε πρὸς ἡμᾶς ἐκ τῶν οὐρανῶν,

πρὸς τοὺς οὐρανοὺς τοῦ Χριστοῦ ἀνεληλυθότος. ἀλλὰ καὶ δικηρίῳ τινὶ σφραγίζων ὁ ἱεράρχης τὸ Εὐαγγέλιον, τὴν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως δηλοῖ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς φωταγωγίαν τοῦ διφυοῦς Ἰησοῦ. τῇ γὰρ αὐτοῦ σαρκώσει τοῦ Θεοῦ Λόγου οὐ μόνον ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγγέλους κατηύγασε. καὶ ὅτι σαρκωθεὶς αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός.

Ὁ δὲ τρισάγιος ὕμνος εὐθὺς λεγόμενος, τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον δείκνυσιν, ὅπερ ἡ σάρκωσις τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος ἐκήρυξε τοῖς ἀνθρώποις. ἀλλὰ δὲ καὶ τὴν συμφωνίαν καὶ ἕνωσιν ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων. διὸ καὶ ἔνδοθεν οὗτος παρὰ τῶν ἱερέων, καὶ ἔξωθεν παρὰ τῶν κληρικῶν τε, καὶ λαϊκῶν ᾄδεται. μία γὰρ Ἐκκλησία ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων διὰ τοῦ Χριστοῦ γέγονε. κηρύττων δέ γε τοῦτο ὁ Ἀρχιερεύς, τρικηρίῳ πάλιν τὸ Εὐαγγέλιον σφραγίζει τῆς Τριάδος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ παραδηλῶν τὸ κήρυγμα, καὶ δι' αὐτῆς δηλοῦμεν κρατύνεσθαι τοῦτο. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ θείῳ ἀνιὼν συνθρόνῳ, ὃ δὴ τὴν ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθέδραν τοῦ Χριστοῦ συμμαρτυρεῖ, κἀκεῖθεν τῷ τρικηρίῳ σφραγίζων, διὰ τῆς Τριάδος ἁγιασμὸν ἡμῖν ἐπιβεβαιοῖ. καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς πρὸς οὐρανοὺς ἀνεληλυθὼς τὴν λάμψιν τῆς Τριάδος, ἣν τὸ φῶς σημαίνει, καὶ τὴν εὐλογίαν ἡμῖν ἐβράβευσε· καθίσας δὲ τῷ συνθρόνῳ τὸν Χριστὸν ἐκμιμούμενος συγκαθέδρους ἔχει καὶ τοὺς συνεπισκόπους καὶ ἱερεῖς, μιμουμένους τοὺς ἀποστόλους, εἰρήνην ἅπασι λέγει· καὶ τοῦτο δηλοῖ τὴν ἕνωσιν. Χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ λύσας τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, τὰ ἐν οὐρανῷ, φησὶ Παῦλος, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς. εἶτα τῶν ἀποστολικῶν ἡ ἀνάγνωσις λόγων, ἣ δηλοῖ τὴν τῶν ἀποστόλων εἰς τὰ ἔθνη ἀποστολήν· καθέζονται δὲ οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἱερεῖς ἀναγινωσκομένων τούτων, πλὴν διακόνων. ὅτι καὶ τὴν ἀποστολικὴν χάριν οὗτοι ἔχουσι. πρὸ τοῦ Εὐαγγελίου δέ, τό, Ἀλληλούϊα ὕμνος, ὃ δὴ αἶνον Θεοῦ, καὶ ἐπιδημίαν δηλοῖ θείας χάριτος, ἣ τοῖς ἐστιν ἡ τοῦ Εὐαγγελίου ἀνάγνωσις. αὕτη δὲ ἡ ἀνάγνωσις τὸ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ τοῦ Εὐαγγελίου κήρυγμα φαίνει, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου, ὑπὸ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ γεγονός. διὸ καὶ πρῶτον μὲν ὁ ἀπόστολος, ἔπειτα τὸ Εὐαγγέλιον κηρύσσεται. ὅτι πρῶτον μὲν ἐνισχυθέντες ἐξαπεστάλησαν οἱ μαθηταί, εἶτα τὴν οἰκουμένην περιδραμόντες τὸ Εὐαγγέλιον ἐκήρυξαν. πρὸ δὲ τοῦ Εὐαγγελίου θυμίαμα διὰ τὴν δεδομένην ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου χάριν τοῦ πνεύματος ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.

Ἀναγινωσκομένου δὲ τοῦ Εὐαγγελίου, ἀποτίθεται ὁ Ἀρχιερεὺς τὸ ὠμοφόριον, τὴν ἑαυτοῦ δουλείαν ἐπιδεικνὺς τῷ Κυρίῳ· ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνος διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ὁρᾶται φθεγγόμενος, καὶ ὡς παρών ἐστι, τότε τὴν εἰκόνα τῆς σαρκώσεως, τὸ ὠμοφόριον λέγω, οὐ τολμᾷ ἐνδεδύσθαι· ἀλλ' ἐξελὼν αὐτὸ τῶν ὤμων δίδωσιν αὐτὸ διακόνῳ, ὃς καὶ κατέχει τοῦτο διπλώσας τῇ δεξιᾷ, τοῦ Ἀρχιερέως μὲν πλησίον ἱστάμενος· καὶ τῶν ἱερῶν δὲ δώρων προπορευόμενος. ὃς δὴ καὶ τὸ τρικήριον τῇ χειρὶ κατέχει· σημαίνει δὲ τοῦτο ὅτι ἐν τῷ μέλλοντι θεωρίᾳ πᾶσιν ἔσται ὁ Ἰησοῦς σεσαρκωμένος καὶ τετρωμένος ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ εἷς ὢν τῆς Τριάδος καταλάμπων

Eubol.

dam cereo signans Evangelium Pontifex, illuminationem a Jesu duplici natura constante in cælo & in terra factam per assumptam ab eo humanitatem docet: Dei enim verbi incarnatio non tantum homines, verum etiam Angelos illustravit: & quod incarnatus ipse sit Dei filius manifestavit.

Hymnus, Ter sanctus, qui mox sequitur, mysterium Trinitatis ostendit, quod incarnatio unius de Trinitate hominibus promulgavit. Præterea hominum & Angelorum conspirationem atque consensum. Idcirco & intus a Sacerdotibus, & foris a Clericis & Laicis cantatur; quandoquidem per Christum ex Angelis & hominibus Ecclesia una evasit. Quod & ipsum Pontifex declarat, dum rursus tricipiti cereo Evangelium signat, & in eodem Trinitatis prædicationem contineri indicat, & ab ea hoc confirmari & stabiliri precatur. Sed & ad consessum superius contendens (qui Christi ad dextram Patris sessionem notat) & ibi tricipiti cereo signans, sanctificationem per Trinitatem, in nobis productam, & Christum ubi in cælos migravit, splendorem Trinitatis, (cujus typus est lumen) & benedictionem nobis tribuisse, confirmat. In sacro vero consessu accubans, Christum imitatur, consessoresque habet Coepiscopos & Sacerdotes, Apostolorum figuram, & similitudinem gerentes, & pacem omnibus precatur, quod unionis concordiæque symbolum est. Christus enim est *qui solvit inimicitias in carne sua, & fecit utraque unum, quæ in cælo & quæ in terris sunt*, inquit Paulus. Deinde ad Apostolorum missionem ad gentes, in memoriam nobis redigendam, Apostolica scripta recitantur: sedentque interim Pontifices & Sacerdotes dum leguntur illa, non tamen Diaconi: quia & Apostolicam gratiam ut & illi Evangelium publicent, adepti sunt. Ante Evangelium autem, *Alleluja*; hymnus decantatur, laudem Dei, divinæque gratiæ adventum, quæ Evangelii lectio est, nobis insinuat. Ipsa porro ejus recitatio, Evangelium post ascensionem Domini per universum mundum a discipulis annunciatum monet. Quocirca & prius Apostoli Epistola: & deinde, Evangelium legitur. Quia primum quidem corroborati sunt discipuli, postmodum orbem longe lateque pervadentes Evangelium disseminarunt. Ante Evangelium thymiama datur, propter datam ab eo Spiritus gratiam toti mundo.

Dum Evangelium legitur, Pontifex Pallium deponit, servitutem ac subjectionem suam erga Dominum demonstrans. Quoniam enim ille per Evangelium loqui cognoscitur, & tamquam præsens est, ipse tunc symbolum incarnationis ejus gestare non audet, sed ab humeris sublatum Diacono tradit, qui illud dextra complicatum tenet, ipsi Pontifici astans, & sacra dona præcedens. Item tricipitem cereum manu Pontifex idem defert, per quod intelligimus Jesum conspectum iri in futuri sæculi contemplatione, qui pro nobis incarnatus & vulneratus est; & cum unus de Trinitate sit, nos divinitatis

suæ splendoribus illuminat. Descendens tandem de Cathedra Pontifex, & pro Imperatoribus Deum clare rogans, ac post Evangelium tripliciter populum signans, per Evangelium pium imperium, & Sacerdotium constitutum ostendit, atque ut ita per gratiam Trinitatis permaneant, precatur.

Ubi ad aram prodiit precationum opus incipit, seque mysterii ministrum demonstrat. Et Catechumeni illico dimittuntur, solique fideles manere jubentur: quoniam tempus hoc, consummationis tempus repræsentat; Ait enim. *Postquam prædicatum fuerit Evangelium in toto mundo, tunc veniet consummatio. Cum in fine miserit Angelos suos*, inquit, *& separaverit malos de medio justorum*. Hoc & Ecclesia agit, dum clamans Catechumenos exire, fideles tantum remanere præcipit. Unde etiam perspicere licet, quantum fideles sibi cavere debeant, ne communicent cum iis, quibuscum nulla potest esse communio: ac præsertim Sacerdotes. Si enim nefas est communicari in precibus, quanto magis in sacrificio? Qui etiam palam peccantium fidelium oblationes, utcumque eas præsentari contigerit, propter sacrificium non debent temere admittere: sed pœnitentiam prius requirere. Ex oblata enim particula fit communio, & sacrificio indignos eo participare nefas. Cum divina dona proponenda sunt, prius in conspectu omnium manus lavat Pontifex: indicans hac cærimonia, se liturgiam purum & nulli reprehensioni affinem aggredi, & quod absque omni penitus sorde, mundis rebus accedere oportet; & quantum in hominis potestate est, purissimis mysteriis subministrare.

Post hæc veneranda dona cum comitatu & pompa splendida circumferentur, Lectoribus, Diaconis, Sacerdotibus, cum cereis & sacris vasis præeuntibus ac sequentibus: illudque ultimum Christi adventum in quo cum gloria accessurus est, manifestat. Ideo & Pallium cruce insignitum præcedit, quod signum Jesu, & ipsum Jesum de cælo ostensum iri hominibus præfigurat. Quod mox ordine sequuntur Diaconi, qui Angelorum ordinem referunt: id quod & flabella quæ dicuntur & a sancto Dionysio alæ vocantur, significant. Secundum veniunt qui dona sacra portant; post quos & reliqui omnes; & qui in capite sacrum velum portant, quod nudi & mortui Jesu imaginem habet. Hi templum gressu obeuntes, & populo bene precati, ad altare ingrediuntur, dum alii omnes pro Pontifice vota precesque depromunt: nec tum alterius rei quam regni Dei meminerunt. Hæc autem omnia docent, quomodo in fine mundi apparente Salvatore, post malorum condemnationem & recessum, non alia erit hæreditas fidelibus quam regnum Dei. Regnum autem Dei est ipse Christus, & dispensationis ejus contemplatio, cujus mysterium in eo cognoscitur, quod se humiliaverit usque ad mortem, quod pro nobis occisus est, quod occisum illius divinum & vivificum corpus vulnera inspicienda exhibuit, & immortalitatem adeptum contra mortem triumphum nobis largitum est, ex vulneribus suis incorruptionem & vitam

ἡμᾶς ταῖς αὐγαῖς τῆς θεότητος. κατερχόμενος δὲ ὁ ἱερεὺς τῆς καθέδρας, καὶ ἐν τῇ ὑπὲρ τῶν βασιλέων εὐχῇ σφραγίζων μετὰ τὸ εὐαγγέλιον τῷ τριμερεῖ τὸν λαὸν, τὴν συστῆναι τὴν εὐσεβῆ βασιλείαν καὶ τὴν ἱερωσύνην διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐνδείκνυσιν, καὶ ταύτας εὔχεται μένειν διὰ τῆς χάριτος τῆς Τριάδος.

Τῷ θυσιαστηρίῳ δὲ προσελθὼν, τοῦ ἔργου ἄρχεται τῶν εὐχῶν, δεικνὺς ἑαυτὸν ὑπηρέτην τοῦ μυστηρίου. κατηχούμενοι δὲ εὐθὺς ἀπολύονται, καὶ οἱ πιστοὶ μένειν παρακελεύονται· ἐπεὶ ὁ καιρὸς οὗτος τὸν τῆς συντελείας ἐμφαίνει καιρόν. μετὰ γὰρ τὸ κηρυχθῆναι φησὶ, τὸ εὐαγγέλιον ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, τότε ἥξει τὸ τέλος. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ τέλει ἀποστελεῖ φησι, τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ ἀφοριοῦσι τοὺς πονηροὺς ἀπὸ τῶν δικαίων· καὶ τοῦτο ἡ ἐκκλησία ποιεῖ, καὶ βοᾷ μὲν ἐξέρχεσθαι τοὺς κατηχουμένους, μένειν δὲ μόνους τοὺς πιστούς. ὅθεν καὶ νοεῖν ἔξεστιν ὁπόσην ἔχειν ὀφείλουσιν οἱ πιστοὶ προσοχὴν περὶ τὸ μὴ κοινωνεῖν τοῖς ἀκοινωνήτοις, καὶ μάλιστά γε τῶν ἄλλων οἱ ἱερεῖς. εἰ γὰρ μὴ προσευχῆς κοινωνῆσαι θέμις, πολλῷ μᾶλλον θυσίας, ἃ καὶ τῶν προδήλων ἁμαρτανόντων πιστῶν τὰς προσφορὰς, ἡνίκα θυσίας οὐκ ὀφείλουσιν, εἰ ἔτυχε, δέχεσθαι· ἀλλὰ πρότερον τὴν μετάνοιαν ἐκζητεῖν. κοινωνία γὰρ γίνεται τῇ προσφερομένῃ μερίδι· καὶ οὐ χρὴ τοὺς ἀναξίους ἔχοντας τῆς θυσίας μετέχειν. μελλόντων δὲ τῶν θείων προτίθεσθαι δώρων, πρότερον ἀπονίπτεται πάντων ἐνώπιον ὁ Ἀρχιερεὺς, δηλῶν αὐτοῦ τὸ καθαρὸν περὶ τὴν ἱερουργίαν καὶ ἄληπτον· καὶ ὅτι δίχα ῥύπου παντὸς, τῷ καθαρῷ προσέρχεσθαι δεῖ, ὡς δυνατὸν ἀνθρώπῳ, καὶ τοῖς αὐτοῦ μυστηρίοις τοῖς καθαρωτάτοις ἐξυπηρετεῖν.

Ἡ δὲ τῶν θείων δώρων μετὰ ταῦτα δορυφορία, μετὰ λαμπρότητος γίνεται ἀναγνωστῶν, διακόνων, ἱερέων, μετὰ λαμπάδων, μετὰ σκευῶν ἱερῶν προπορευομένων, καὶ ἑπομένων· ὅτι τὴν ἐμφαίνει τὴν τελευταίαν παρουσίαν Χριστοῦ, ἐν ᾗ ἐλεύσεται μετὰ δόξης· διὸ καὶ ἔμπροσθεν μὲν τὸ ὠμοφόριον ἔρχεται τὸν σταυρὸν ἔχον, ὅπερ δηλοῖ τὸ ἀπ' οὐρανοῦ σημεῖον μέλλον φανῆναι τοῖς ἀνθρώποις τοῦ Ἰησοῦ, καὶ αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν· μεθ' ὃ οἱ ἑξῆς διάκονοι, τῶν ἀγγέλων ἐπέχοντες τάξιν· καὶ τοῦτο τὰ ῥιπίδια λεγόμενα σημαίνει, ἅπερ ὁ Διονύσιος πτερὰ καλεῖ· εἶτα οἱ τὰ θεῖα δῶρα κατέχοντες, μεθ' οὓς οἱ λοιποὶ πάντες, καὶ οἱ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱερὸν κατέχοντες ἐπίπλοον, ὃ γυμνὸν ἔχει καὶ νεκρὸν εἰκονισμὸν τοῦ Ἰησοῦ. οὗτοι ἅμα περιδραμόντες τὸν ναὸν, καὶ ἐπευξάμενοι τὸν λαὸν, εἰσέρχονται εἰς τὸ θυσιαστήριον, τοῦ Ἀρχιερέως πάντες ὑπερευχόμενοι· ὅτε καὶ οὐχ ἑτέρας εὐχῆς, ἀλλὰ τῆς βασιλείας μέμνηνται τοῦ Θεοῦ. ταῦτα δὲ πάντας διδάσκει, ὡς ἐν τῷ τέλει μετὰ τὴν τῶν πονηρῶν ἀποχώρησιν, τοῦ Σωτῆρος ἐπιφανέντος, οὐκ ἄλλο ἔσται κληρονομία τοῖς πιστοῖς, ἢ τοῦ Θεοῦ βασιλεία. βασιλεία δὲ Θεοῦ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, καὶ ἡ θεωρία τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ· τὸ μέχρι θανάτου ταπεινωθῆναι, τὸ σφαγιασθῆναι ὑπὲρ ἡμῶν, τὸ ἐσφαγμένον ἐκεῖνο τὸ θεῖον καὶ ζωοποιὸν σῶμα καθορᾶν τὰς πληγὰς ἐπιδεικνύμενον, τὸ ἀπαθανατισθὲν μὲν, καὶ κατὰ τοῦ θανάτου ἡμῖν τὴν νίκην βραβεῦσαν. ἐκ τῶν πληγῶν δὲ τὴν ἀφθαρσίαν,

καὶ τὴν ζωὴν καὶ τὴν θεωρίαν μετὰ τῶν ἀγγέλων ἡμῖν χαρισάμενον, καὶ τροφὴν, καὶ πόσιν, καὶ ζωὴν, καὶ φῶς, αὐτὸν τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, τὸ ἀληθινὸν φῶς, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν ὄντα. διὸ ἡ εἴσοδος αὕτη ἅμα καὶ τὴν δευτέραν σημαίνει τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ τὴν ταφήν· ὅτι αὐτὸς ἔσται, ὡς εἴρηται, ἡ ἐν τῷ μέλλοντι θεωρία.

Προσπίπτουσι δὲ πάντες τοῖς ἱερεῦσιν οἱ πιστοὶ δικαίως. τὸ μὲν τὰς εὐχὰς αὐτῶν ἐξαιτούμενοι· καὶ μνησθῆναι τούτων ἐν τῇ ἱερουργίᾳ δεόμενοι. τὰ δὲ τιμῶντες τὰ θεῖα δῶρα. εἰ γὰρ καὶ μήπω ἱερουργήθη, ἀλλ' ἐν τῇ προθέσει ἀνετέθησαν τῷ Θεῷ. καὶ ὁ ἱερεὺς ἐκεῖσε εὐχὴν ἀνήνεγκε τῷ Θεῷ, καὶ προσδέξασθαι ταῦτα εἶπεν εἰς τὸ ἄνω θυσιαστήριον. εἰ μὲν καὶ μήπω τετελεσμένα, ἀλλὰ πρὸς τὸ τελεσθῆναι ἡτοιμασμένα εἰσὶ, καὶ ἀνάθημα Θεῷ, καὶ ἀντίτυπα δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος. εἰ δὲ ταῖς ἱεραῖς εἰκόσι τιμὴν καὶ προσκύνησιν ἀπονέμομεν· πολλῷ μᾶλλον αὐτοῖς τοῖς δώροις ἀντιτύποις οὖσιν, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος, καὶ πρὸς τὸ γενέσθαι προσαγομένοις σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ. καὶ διὰ τὰ θεῖα δὲ σκεύη χρὴ ὑποπίπτειν τοῖς ἱερεῦσιν, εἰ καὶ αὐτῶν κενὰ τινά εἰσιν. ἁγιασμὸν γὰρ πάντα μετέχει, τῶν θείων δώρων ἐν αὐτοῖς ἱερουργουμένων· καὶ τοῦτο δὲ οὐ θαυμαστὸν εἰ κενὰ τινά ἐστιν. εἰς τιμὴν γὰρ τῶν θείων δώρων ταῦτα κατέχουσι, καὶ ἵνα οἱ θεωροῦντες, οἵ τε ἐγγίζοντες ἁγιάζωνται πάντες. ἐπιτεθέμενα δὲ τὰ ἱερὰ δῶρα τῇ θείᾳ τραπέζῃ καλύπτονται· ὅτι οὐ τοῖς πᾶσιν ἐξ ἀρχῆς ἐγνωσμένος ὁ Ἰησοῦς, καὶ ὅτι σωματωθεὶς οὐδ' οὕτω τοῦ κρυφίου τῆς αὐτοῦ θεότητος, καὶ τῆς προνοίας ἐξέστη, ἀλλ' ἀκατάληπτός ἐστι καὶ ἄπειρος ἀεὶ, καὶ τοσοῦτον μόνον γινώσκεται, ὅσον αὐτὸς ἀποκαλύπτει. εὐχὴν δὲ παρὰ πάντων αἰτεῖται, ὑποκλίνας ἑαυτὸν ὁ ἀρχιερεὺς, ἐπιγινώσκων καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν καὶ πρὸς τὸ ἔργον φρίττων, καὶ ὑποστελλόμενος· καὶ τὸ ἀποστολικὸν ἐκπληρῶν τὸ ἐξομολογεῖσθαι ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, καὶ ὑπὲρ ἀλλήλων εὔχεσθαι. οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ θαρρεῖ, ἄνθρωπος ὢν καὶ αὐτός. σφραγίζει δὲ καὶ τὸν λαὸν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἀπὸ τῶν ἱερέων εὐχὴν ἐξαιτούμενος· διὸ καὶ οὐ τὸ, Κύριε ἐλέησον, λέγει ὁ λαὸς· ἀλλ' εἰς πολλὰ ἔτη δέσποτα, εὐχόμενοί πως εὐοδωθῆναι τοῦτον ἐν τῇ ἱερουργίᾳ καὶ διαμένειν ἱερατεύειν ἐπὶ πολύ· εἰσελθόντος δὲ κλείονται αἱ θύραι, ὅτι οὐ τοῖς πᾶσιν ὁρᾶσθαι ἄξιον τὰ μυστήρια. ἀλλὰ μόνοις τοῖς τῆς ἱερωσύνης ἐνεργοῖς· ἀλλὰ καὶ ὡς τάξις ἐν τοῖς ἀγγέλοις, καὶ γὰρ ἀμέσως ἐκεῖσε οἱ πρῶτοι μὲν τοῦ θείου μετέχουσι φωτὸς, οἱ δεύτεροι δὲ διὰ τῶν πρώτων, καὶ οἱ τελευταῖοι διὰ τῶν μέσων, ὡς ὁ σοφὸς τὰ θεῖα φησὶ Διονύσιος· οὕτω καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἔστιν ἰδεῖν. ὁ μὲν γὰρ ἱεράρχης ἀμέσως τῇ ἱερᾷ ἐγγίζει τραπέζῃ, οἱ δέ γε ἱερεῖς καὶ λειτουργοὶ δι' αὐτοῦ. διὰ δὲ τῶν ἱερέων καὶ λειτουργῶν τῆς φρικτῆς λειτουργίας, καὶ τῶν ἱερῶν ὕμνων οἱ τοῦ λαοῦ μετέχουσι.

Μετὰ δὲ τὴν πρώτην εὐχὴν τοῦ ἱεροῦ λεγομένου συμβόλου, ὁ ἀσπασμὸς γίνεται· ὅτι διὰ τῆς ὀρθῆς πρὸς τὴν τριάδα ὁμολογίας, καὶ τὸν

& divinitatem nobis cum Angelis impertiens, alimentum ac potum, ac vitam & lumen ipsum, panem vitæ, verum lumen, vitam æternam, qui est Christus Jesus. Quare ingressus ille solemnis, & secundum adventum Salvatoris, & sepulturam ejus ante oculos ponit: quoniam ipse erit, ut diximus, quem in futuro sæculo contemplabimur.

Inclinant autem, atque etiam in genua procumbunt fideles omnes ante Sacerdotes, ac jure quidem: partim ipsorum preces, & sui in missa memoriam cogitantes, partim divina dona venerantes. Quamquam enim sacrificata nondum sint, in altari tamen propositionis Deo dicata fuere: & Sacerdos illic ea Deo obtulit, & in sublime altare deportari acceptarique precatus est. Quamvis igitur consecratione nondum consummata sint; verum ut consecrentur disposita fuere & Deo dicata, & typi Dominici corporis & sanguinis sunt. Si ergo sacris imaginibus honorem venerationemque tribuimus, quanto magis ipsis donis, quæ ut Magnus Basilius dicit, Antitypa sunt, & oblata ut Christi corpus & sanguis fiant. Quin & propter ipsa sacra vasa Sacerdotibus procidendum est, licet & quædam ex eis vacua sint: Omnia enim propter divina dona in ipsis consecrata, sanctificationem participant. Nec mirum si quædam inania sint. In honorem quippe sacrorum donorum hæc portant, atque ut tum videntes ea, tum appropinquantes sanctificentur omnes. Imposita autem altari sacra dona cooperiuntur, quia non omnibus ab initio cognitus fuit Jesus: & licet corpus assumpsisset, non tamen ab abscondita sua Divinitate ac providentia discessit: sed incomprehensus & infinitus est semper, tantumque duntaxat cognoscitur, quantum ipse revelat. Preces autem prono capite petit ab omnibus Pontifex, agnoscens & ipse semetipsum, & ad opus illud tremens ac pavens, illudque Apostolicum implens, *ut confiteamur ad alterutrum peccata, & ut oremus pro invicem*. Non enim fidit sibi: cum ipse quoque homo numeretur. Signat vero populum postquam votis Sacerdotum imploratis, illa impetraverit. Quamobrem non *Domine miserere* populus dicit: sed *ad multos annos Domine*: quasi rogans ut feliciter procedat in sacrificio, & in ea functione ætatem longius extendat. Ingresso eo, januæ clauduntur; quod mysteria ab omnibus videri non deceat: verum ab iis solum qui sacerdotio sunt initiati. Præterea quomodo inter Angelos est ordo, primi enim Divina claritate sine medio fruuntur, secundi per primos, & postremi per medios (ut cælesti præditus sapientia docet Dionysius) sic item in Ecclesia est videre. Pontifex enim sine medio ad divinam mensam accedit: Sacerdotes autem & sacrorum ministri, per ipsum. Per Sacerdotes deinde & ministros, in tremendæ communionis sacrorumque hymnorum societatem populus venit.

Post primam vero precem symbolo dicto, fit salutatio, quoniam scilicet per sinceram Trinitatis confessionem, & unum de Trinitate incarnatum, inter nos uniti sumus,

ipsaque confessio cum Angelis nos consociavit. Et quia diligere debemus invicem, quando & Christus per charitatem pro sacrificio oblatus est: & communicaturum illi ita vacantem esse oportet. Et quia in futura vita omnes amici, nullus ibi inimicus erit: procul enim inde ejicientur. Sacrum vero velum super donis donec symbolum compleatur tenent: quoniam omnia de Jesu pure confiteri oportet: ac ita demum aperte ac sine integumento ipsum intueri convenit. Post hæc Pontifex sacrificans altari astat, & divina laudans opera atque pro omnibus gratias agens ad Angelos aggregatur, victorialemque cum iis hymnum acclamat, *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*: quem etiam populus cantu & clamore excipit, ostenditque in futuro sæculo æqualem nos laudem cum Angelis persoluturos, & unionem cum illis habituros. Deinde Pontifex laudato divinorum operum omnium maximo, unigeniti incarnatione, rursumque præclarissimo opere dispensationis ejus, morte scilicet pro nobis oppetita, ad recolenda mysteria progreditur, & ad sancta verba, quæ Salvator ipse sacrificans protulit, clare pronunciat.

Postmodum gratiis actis pro omnibus, donisque etiam oblatis pro omnibus, divinum sibi auxilium & super dona proposita gratiam spiritus implorat, per quam, & his signo crucis, invocationeque Spiritus consecratis, continuo viventem Jesum & hunc eumdem, qui vere est panis & poculum, ante se positum videt. Ejus enim hoc verbum est, Panis est corpus. Et ejus item hoc. Quod in calice est, sanguis est: & pro universo mundo hostia, communeque propitiatorium, & vivæ deliciæ, infinitaque lætitia, & regnum cælorum, & solum revera bonum, in sacra mensa mortalibus universis proponitur. Quocirca etiam pro omnibus Pontifex fidenter precatur. Concipit enim fiduciam benignum & patientem coram se positum pro sacrificio intuens. Laudat ideo & omnium nomine eum obsecrat, sanctorumque hominem qui ex hac vita migrarunt, memoriam usurpat: ante alios virginis Dei matris, quæ ipsum clauso utero peperit: testans & in hoc, nobis cum sanctis societatem intercedere, & per istud sacrificium nos illorum consortes esse, qui fiduciam apud diligentem & dilectum habeant, qua nos ei reconciliare, & unum cum eo efficere queant. Tandem ubi rogavit ut uno ore, & uno animo Deum collaudemus, & misericordiam magni Dei Jesu Christi, super nos invocavit: cælesti Patri nos adoptandos offert, orans uti per naturalem ejus Filium a peccato purgati, secundum gratiam Filii evadere, & qui Pater est cælestis, eum digne vocare Patrem possimus. Hoc autem signum est futuræ concordiæ in futuro sæculo, & unionis cum Deo in Spiritu sancto, per unigenitum ejus Filium. Unde Pontifex pacem precatus, & gratiis actis, & Jesu invocato, uti se sanctorum participem facit, & mereantur etiam cæteri per ipsum participes fieri.

ἕνα τῆς Τριάδος σεσαρκωμένον ἡμῖν ἡ ἕνωσις γέγονε. καὶ αὕτη ἡ ὁμολογία τοῖς ἀγγέλοις ἡμᾶς ἑνώσασα· καὶ ὅτι ἀγαπᾶν ἀλλήλους χρὴ, ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς δι' ἀγάπην ἱερουργήθη· καὶ τὸν μέλλοντα κοινωνεῖν αὐτοῦ οὐ μετὰ μνήσιδος χρὴ παρίστασθαι· καὶ ὅτι πάντες ἐν τῷ μέλλοντι φίλοι, καὶ οὐδεὶς ἐκεῖσε ἐχθρὸς, οἱ γὰρ ἐχθροὶ πόῤῥω βέβληνται. Κρατοῦσι δὲ καὶ τὸ ἱερὸν κάλυμμα ἐπὶ τῶν δώρων, ὡς ἂν τὸ ἱερὸν ἐκπληρωθῇ σύμβολον· ὅτι χρὴ πάντα τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ καθαρῶς ἀνομολογεῖσθαι, καὶ οὕτως ἀπερικαλύπτως ἰδεῖν αὐτόν. μετὰ ταῦτα μὲν ὁ ἱεράρχης ἱερουργῶν παρίσταται, καὶ τὰ θεῖα ἀνυμνεῖ ἔργα, καὶ ὑπὲρ πάντων εὐχαριστήσας μετὰ τῶν Ἀρχαγγέλων ἑνοῦται, καὶ τὸν ἐπινίκιον ἀνακράζει σὺν αὐτοῖς ὕμνον τὸ, ἅγιος, ἅγιος ἅγιος· τοῦτο καὶ ὁ λαὸς ἐκβοᾷ, δεικνὺς τὴν ἐν τῷ μέλλοντι ἴσην αἴνεσιν ἡμῶν μετὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ τὴν μετ' αὐτῶν ἕνωσιν. εἶτα τὸ μέγιστον πάντων τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ ἀνυμνήσας ὁ ἱεράρχης τὴν τοῦ μονογενοῦς ἐνανθρώπησιν, καὶ τὸ μέγιστον πάλιν ἔργον τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον, εἰς τὴν ἀνάμνησιν τῶν μυστηρίων χωρεῖ, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἀνακράζει λόγους, οὓς εἶπεν αὐτὸς ἱερουργῶν ὁ Σωτήρ.

Ἔπειτα ὑπὲρ πάντων εὐχαριστήσας, καὶ ὑπὲρ πάντων τὰ δῶρα προσάγων, τὴν θείαν ἐπικαλεῖται εἰς ἑαυτὸν καὶ εἰς τὰ προκείμενα δῶρα χάριν τοῦ πνεύματος· δι' ἧς καὶ ταῦτα τετελεκὼς σφραγῖδι σταυροῦ καὶ ἐπικλήσει τοῦ πνεύματος, τὸν ζῶντα εὐθὺς βλέπει προκείμενον Ἰησοῦν, καὶ τοῦτον αὐτὸν ἀληθῶς ὄντα τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον. αὐτοῦ γὰρ αὐτὸ, ὁ ἄρτος, τὸ σῶμα. καὶ τοῦτο αὐτὸ, τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ αἷμα. καὶ τὸ παγκόσμιον θῦμα, καὶ τὸ κοινὸν ἱλαστήριον, καὶ ἡ ζῶσα τρυφὴ, καὶ ἡ ἀπέραντος εὐφροσύνη, καὶ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ μόνον ὄντως ἀγαθὸν πρόκειται τοῖς πᾶσιν ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ. διὸ καὶ ὑπὲρ πάντων ὁ ἱεράρχης θαῤῥοτέρως εὔχεται. θαῤῥεῖ γὰρ τὸ φιλάνθρωπον καὶ ἀνεξίκακον καθορῶν προκείμενόν τε καὶ τεθυμένον. καὶ ἀνυμνεῖ, καὶ ὑπὲρ πάντων ἐξαιτεῖται, καὶ τῶν ἀπελθόντων μέμνηται. ἐξαιρέτως δὲ τῆς τοῦτον παρθενικῶς τεκούσης θεομήτορος κόρης. μαρτυρῶν κἂν τούτῳ ὡς τοῖς ἁγίοις ἡνώθημεν, καὶ διὰ θύματος τούτου κοινωνοὶ ἐκείνων ἐσμέν. καὶ ὅτι παῤῥησίαν ἔχοντες πρὸς τὸν φιλοῦντα καὶ φιλούμενον ἔχοντες, ἰσχύουσι καὶ ἡμᾶς αὐτῷ καταλλάξαι καὶ ἑνῶσαι. τέλος στόματι ἑνὶ καὶ μιᾷ καρδίᾳ προσδεξάμενος αἰνεῖν τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ τὰ ἐλέη τοῦ μεγάλου Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπικαλεσάμενος ἐφ' ἡμᾶς, πρὸς τὴν υἱοθεσίαν ἡμῶν τοῦ οὐρανίου πατρὸς ἀνάγει. εὐχόμενος διὰ τοῦ κατὰ φύσιν υἱοῦ κεκαθαρμένους κατὰ χάριν υἱοὺς γενέσθαι· καὶ ἐπαξίως καλέσαι ἡμᾶς πατέρα, τὸν πατέρα τὸν ἐπουράνιον. τοῦτο καὶ δηλοῖ τὴν ἐν τῷ μέλλοντι ὁμοφροσύνην, καὶ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ μονογενοῦς ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἕνωσιν. ὅθεν καὶ εἰρήνην ὁ ἱεράρχης ἐπευξάμενος, καὶ εὐχαριστήσας καὶ Ἰησοῦν ἐπικαλεσάμενος, ὥστε μεταδοῦναι αὐτὸν αὐτῷ τῶν ἁγίων, καὶ καταξιωθῆναι δι' αὐτοῦ καὶ τὸν λοιπὸν μετασχεῖν.

Ἐπεὶ τὴν λειτουργίαν τετέλεκε, καὶ πρὸς τὴν κοινωνίαν ἔρχεται, λαμβάνει πάλιν τὸ ὠμοφόριον· δεικνὺς ὅτι πρῶτον ἐξ ὑπηρετῶν ἦν, καὶ ἀναβάντες τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο ἔνδυμα ἐνδεδύσθαι. ἐπεὶ δ' ἐπλέσθη τὸ ἔργον, καὶ ἀνυψῶσαι τὸν ἄρτον, καὶ μελίσαι εἰς μέρη, καὶ μεταλαβεῖν, καὶ μεταδοῦναι ἔρχεται· χρεία τὰ τῆς ἀξίας πάντα ἱερὰ σύμβολα ἐνδεδύσθαι. ἐπεὶ δὲ τοῦ ἱεράρχου ἐξαίρετον τὸ ὠμοφόριον ἔνδυμα· καὶ τοῦτο χρεία λαβεῖν, καὶ σὺν αὐτῷ τῶν θειοτάτων μεταλαβεῖν. ἐνδυσάμενος τοίνυν, καὶ ἀνυψώσας τὸν ἄρτον, καὶ τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις ἀνειπὼν, ἐκεῖνος μὲν πρὸς τὴν θείαν ἐκείνην τῆς ἱερᾶς τραπέζης ζῶσαν τροφὴν ἁγίους ἅπαντας καλεῖ· τὰ ἅγια λέγων, τοῖς ἁγίοις. ὁ δὲ λαὸς ὁμοφρόνως κράζει. εἷς ἅγιος, εἷς κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. τοῦτο δὲ Παῦλος φησὶ, κηρυχθήσεται ἐν τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ· ὅτε κάμψει πᾶν γόνυ τῷ Ἰησοῦ, πᾶσα δὲ γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. ἐκ τούτου τοίνυν κοινὴ πάντων ἕνωσις τῶν πιστῶν ἀνομολογεῖται, καὶ ἡ συμφωνία παρὰ πάντων τῆς ἀνακηρύξεως τοῦ σαρκωθέντος υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. ὃς ἐπὶ πάντα βασιλεύσει, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος· ὡς γέγραπται. ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν φωνὴν τὸ ἅγια τοῖς ἁγίοις, τὸ, εἷς ἅγιος, ὃ ἀποκρίσει λεγόμενον, πρῶτον μὲν τὴν αὐτοαγιωσύνην καταγγέλλει τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι παρ' αὐτοῦ πᾶσι τοῖς ἁγιαζομένοις ἐστὶν ἁγιασμός. καὶ ταπεινώσεως μὲν ἐπέχει λόγον. τίς γὰρ ἐξ ἡμῶν καθαρὸς ἡμῶν, ἢ τίς ἅγιος; εἷς μόνος ἅγιος, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός· ὃς φιλανθρώπως ἡμᾶς ἁγιάσει.

Τὸ δὲ ἀνυψῶσαι τὸν ἄρτον τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ δηλοῖ ὕψωσιν τοῦ Ἰησοῦ· διὸ καὶ τὸ ποτήριον πρόκειται αὐτῷ, τὸ ἀπὸ τῆς ἁγίας αὐτοῦ ῥεῦσαν πλευρᾶς φέρον αἷμα καὶ ὕδωρ. τὸν μὲν οὖν ἄρτον εἰς τέσσαρα διαιρεῖ, καὶ σταυροειδῶς τοῦτο τίθησι· κἂν τούτῳ σταυρωμένον βλέπει τὸν Ἰησοῦν. οὐδὲ γὰρ ἄλλη τις μείζων θεωρία, ὡς τὸ τὸν ὑψηλὸν Θεὸν βλέπειν ὑπὲρ ἡμῶν ταπεινόν. τὴν ἄνω δὲ μερίδα λαβὼν σταυροειδῆ τύπον δείξας τοῦ ἄρτου, ἐμβάλλει τοῦτο τῷ ποτηρίῳ· καὶ τῶν μυστηρίων ποιεῖ τὴν ἕνωσιν. εἶτα καὶ τὸ ζέον ὕδωρ ἐκχέει τῷ ποτηρίῳ. τοῦτο δὲ ποιεῖ μαρτυρῶν, ὅτι καὶ νεκρὸν γενόμενον τὸ κυριακὸν σῶμα τῆς θείας ψυχῆς αὐτοῦ χωρισθείσης, ζωοποιὸν αὖθις ἔμεινε. τῆς θεότητος μὲν οὐ διαιρεθείσης αὐτοῦ, καὶ τῶν ἐνεργειῶν δὲ τοῦ πνεύματος ἁπασῶν μὴ χωρισθεισῶν. ἐπεὶ ζῶν καὶ τὸ ζέον ὕδωρ ζωτικὴν τῷ θερμῷ παρέχεται ἔμφασιν, ἐπάγεται τότε ἐν τῷ καιρῷ τῆς μεταλήψεως, ὥστε τὰ χείλη τῷ ποτηρίῳ προσψαύσαντες, καὶ κοινωνοῦντες τῷ αἵματος ἀπὸ τῆς ζωοποιοῦ πλευρᾶς ἐκείνης πίνειν διατιθέμεθα. εἰσὶ δὲ λόγοι πρὸς τοῦτο, καὶ ὑψηλοτέρων ἀνδρῶν ἄλλοι, καὶ οὗτοι θαυμαστοί· ἀλλ' ἡμῖν ἀρκείτω οὗτος ὁ λογισμός. ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐπαδομένου ἐστὶ νοεῖν ἐν τῷ τὸ ζέον εἰσάγεσθαι, τοῦτό ἐστιν ὃ εἰρήκαμεν, ὁ σκοπὸς τῆς Ἐκκλησίας. ζέσις γὰρ πνεύματος ἁγίου φησὶ, ἀλλὰ καὶ τὸ εἰσάγεσθαι ζέον ἐν τοῖς προηγιασμένοις. τοῦτο καθαρώτερον δείκνυσιν. οὐ γὰρ χρεία ἦν, εἰ ἄλλος ἐτύγχανεν ὁ σκοπὸς, τὸ ζέον εἰσάγεσθαι ἐν τοῖς δώροις, τῇ τελείᾳ λειτουργίᾳ, εἰσαχθέντος τοῖς δώροις.

Postquam sacris absolutis ad communionem devenit, Pallium iterum assumit: declarans hac re, se prius ministrum fuisse, & sanctissimum illud ornamentum in se capessere veritum. Quoniam autem perfecto opere, & ad elevandum panem, atque in partes dividendum, & ad capiendum, aliisque distribuendum accedit, necesse est illum omnia dignitatis suæ sacra symbola induere. Et cum Pontificis præcipuum indumentum sit Pallium, illud necessario assumit, & cum eo divinissimorum se participem reddit. Induens igitur & in altum sublato pane, dictoque: *Sancta Sanctis*: ille quidem ad sacrum sacræ mensæ, & vivum alimentum sanctos omnes vocat, dum dicit: *Sancta Sanctis*. Populus vicissim consona voce clamat. *Unus sanctus, unus Jesus Christus in gloria Dei patris*. Et hoc quidem, ut Paulus dicit, prædicabitur, in ultima die, quando Jesu *flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur, quoniam Dominus Jesus est in gloria Dei patris*. Ex hoc igitur communis unio fidelium cunctorum publicatur, & consensus ab omnibus de prædicatione incarnati Dei filii exhibetur: qui regnabit super omnes & regni ejus non erit finis, ut scriptum est. Quinetiam ad vocem, *Sancta Sanctis*, quod respondetur, *unus Sanctus*, primum quidem ipsam Dei sanctitatem qua ex semet sanctus est, & ab eo omnibus sanctificatis sanctitatem profluere annunciat, & humilitatis causam complectitur: quasi dicatur, quis nostrum mundus, aut quis sanctus est? Unus solus sanctus Jesus Christus, qui benigne nos sanctificabit.

Panis vero elevatio, aliam Jesu in cruce elevationem declarat, ideo & oculis calix objicitur, qui e sacro ejus latere sanguinem simul & aquam profluentem continet: & panem etiam in quatuor partes dividit, & in modum crucis componit, & in eo crucifixum Jesum contemplatur: nec enim sublimior potest esse contemplatio quam ejus, qui cum sit Deus excelsus pro nobis humilis factus est. Superiorem autem portionem, cum ea, forma crucis expressa, in calicem immittit, mysteriorumque unionem facit. Post ferventem aquam in calicem injicit; quod facit testatus, etiam mortuum Domini corpus, divinaque anima ab eo separata, nihilominus vivificum mansisse, divinitate nimirum, operationibusque spiritus universis ab eo neutiquam divulsis. Et quia aqua calida, vitalem speciem ob calorem præbet, tempore communionis adhibetur; ut labris admotis, & sanguini communicantes, ita afficiamur, quasi e vivifico illo latere libarentur. Afferuntur hujus rei rationes; a summis viris aliæ quoque: verum ista nostra excogitatio sufficiat. Namque ex verbis ad hanc ferventis aquæ injectionem addi solitis intelligere licet, hic quem diximus Ecclesiæ scopus est. Ait enim. *Fervor Sancti Spiritus*. Imo vero etiam quod in præsanctificata calens aqua injicitur, hoc liquidius declarat. Non enim foret opus, si alius esset finis in dona immittere: quandoquidem in perfecta missa jam ipsis donis commixta est.

In multas vero particulas dividens panem Pontifex, in eo Jesu Christi sacrificium imitatur. *Fregit enim panem*, scriptum est, *deditque discipulis suis*. Primus ipse pani communicat: & tremendo calici participat. Neque enim illi alius porrigit, nisi forte quispiam ejus ordinis sit, Pontifex videlicet. Deinde aliis omnibus manum & genam osculantibus communionem impertitur, qua & carnis communicationem, etiam in futuro sæculo, cum Jesu indissolubili nexu futuram prædicat. Manus vero & gena osculum suscipiunt, illa quidem ut ministra, & quæ tremenda illa tangit; hæc quia instrumentum sermonis est, unde preces fiunt, & propter charitatem communionemque in Christo: quod & confirmat id quod tunc profertur: *Christus in medio nostrum*. Sed & præterea quia in gena Dominus alapam sustinuit, ut & Pontifex recordari inducatur, quantæ humilitatis magistrum se exhibuit, nec ullo modo in tam divinis magnisque functionibus efferatur.

Ubi porro ii qui de altari sunt juxta altare communicarunt: & ordini convenienter, (ut & in futura vita futurum Paulus docet: *unusquisque*, inquit, *in ordine suo*) manibus & ipsi divinum panem acceperunt, & calicem libarunt.

Postmodum etiam sanctissima dona populo cooperta exhibentur. Quod monet, non esse fas, ut diximus omnes hæc aperta aspicere. Quod si quis ad communionem est paratus, etiam hic cum religione ac timore accedens, non sine medio, sed e cochleari Pontificia manu communicat. Atque ita super hæreditate Dei & copioso ejus populo oratione fusa, abit Pontifex donis suffitum adhibens, & adjiciens, quæ ascensionem Domini, & in posterum gloriam prædicationis significant: veluti sic eum alloquens: Tu usque ad nos descendisti, inter nos visus es, & in cœlum ascendisti: te assumpto, gloria virtutis tuæ omnem terram implevit, per quam & nos sacrificantes tua mysteria, & participamus te, & quotidie ac perpetuo habemus te. Post hæc, sacris donis ad Prothesin delatis, Diacono quidem discum in capite, Sacerdotibus autem manibus calices tenentibus, ipse gratiis actis, & manibus lotis egreditur: Panemque benedictum in populum distribuit. Quoniam enim Pontifex, Christum, ut docuimus exprimit, ipsum & sacrificavit, & participavit, & viris sacris initiatis impertivit; sanctificationem etiam participare opus est populum, quanta quidem a precibus & a tremendo sacrificio, intellectuali modo sanctificatio a fidelibus communicari potest. Et quoniam sensibilibus quibusdam rebus, et corpore tectos sanctificationem nos recipere oportebat: id maxime Pane benedicto præstatur. Hic autem est panis sanctificatus, super quo in Propositionis mensa, preces fusæ sunt, ex quo media pars exsecta, precibus consecrata est. Hic postea ut lanceola signatus, & divinis verbis super se factis, loco tremendorum donorum (Sacramentorum vide-

15. *Εἰς δὲ ψάλτου*.) Officii dignitatem non Ordinis gradum, in utraque Ecclesia cantor obtinet: cumque cantanda pleraque sint e sacris scripturis deprompta, ea de causa, munus illud suscipere Lector consuevit: Subdit propterea textus noster: *λέγει ἀπὸ τοῦ ψαλτηρίου προκείμενον*, *dicit aut cantat e Psalterio propositum*; versum scilicet Davidicum, Epistolæ legendæ præmissum, de quo vide Onomasticon. Hocque pacto instituitur is qui dicitur *κανονικὸς ψάλτης*, *Canonicus & legitimus Cantor*, obtento jure, ex Ambone divinas laudes recitandi, e codice Ecclesiæ *διφθέρα* vocato, de quo loquitur Synodus Laodicæna Can. 15. *περὶ τοῦ μὴ δεῖν πλέον τῶν κανονικῶν ψαλτῶν τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν ἐκκλησίᾳ*, *non oportere præter Canonicos & rite institutos Cantores, qui in Ambonem ascendunt, & e membrana canenda recitant, alios quoscunque in Ecclesia cantare*. Illegitimis autem ex adverso Cantoribus prohibet Synodus septima Can. 14. ne ante manuum impositionem Lectoribus propriam, Ambonem conscendere, & inde divinas laudes persolvere audeant. Ex quo conjicimus ejusdem Synodi tempore, Lectoris potestatem cum canendi facultate, sicut in præsenti contemplamur, fuisse conjunctam; Pontifice nimirum legendi munus ad canendi licentiam extendente. Et iterum. Cantoris promotionem, sicut & Lectoris, apud Græcos Pontifici soli reservatam fuisse, cui quidem soli velut propriam eam adscribit S. Clemens lib. 3. Const. Apost. cap. 11. *οὐκ ἐπιτρέπομεν πρεσβυτέροις χειροτονεῖν διακόνους, ἢ διακονίσσας, ἢ ἀναγνώστας, ἢ ὑπηρέτας, ἢ ψάλτας, ἢ πυλωρούς, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐπισκόποις· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ τῆς ἐκκλησίας τάξις καὶ ἁρμονία*. *Non permittimus Presbyteris ordinare Diaconos, Diaconissas, Lectores, aut Ostiarios sed solis Episcopis. Hic enim est ordo, & Ecclesiastica consonantia*. Instituit tamen Cantorem Sacerdos Latinus, ex concessione Concilii 4. Carthaginensis Can. 10. dicens ei. *Vide ut quod ore cantas, corde credas: & quod credis, operibus comprobes*: monetque Pontificale Rom. quod *si Episcopus Clericum ordinans hoc faciat, bene facit*. Lectori tandem ratione dicta canendi licentiam adepto, attribuit rursus Symeon Thessal. alia munia, ut videlicet, *εἰς τὸ θεῖον χέρσεν ἀναστεφθῆναι, κατὰ προπορεύεσθαι, καὶ προσφέρειν τῷ ἱερεῖ φῶτα, καὶ τὰς λαμπάδας ἀνάπτειν, καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ ζέον φέρειν, ... καὶ τοῖς ψάλταις ἠχεῖν, καὶ ἀναδιδάσκειν τοὺς θείους ὕμνους*. *Sanctuarium ingressus accendat lumina, & ignem afferat Sacerdoti* (pro thuribulo) *sanctisque mysteriis præeat cereum ferens, oblatus etiam, aquam, & vasculum in quo fervescat aqua, deferat*, (de quo vide liturgiam Chrysostomi num. 166.) *reliqua ordinet & ornet quæ sunt templi, & cætera administret: divinos item* (quod Canonarchæ est, de quo alibi) *præcinet Cantoribus Hymnos, & in summa rerum sacrarum sit administer*.

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ

1 ΕΠΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑ

ὑποδιακόνου.

2 3 Τοῦ Ἀρχιερέως καθεζομένου 2 ἐπὶ τῆς 3 ὡραίας πύλης, 3 πρὸ τοῦ ἄρξασθαι τῆς λει-
τουργίας. Προσάγεται τῷ Ἀρχιερεῖ ὁ μέλλων χειρο-
4 τονεῖσθαι ὑποδιάκονος, εἰ μὲν κοσμικός ἐστι, 4 μετὰ
5 φαιτολίου, εἰδὲ 5 μοναχὸς, μετὰ μανδύου. Κελεύει δὲ
ὁ Ἀρχιερεὺς ἀποδύσασθαι αὐτὸν τὸ φαιτόλιον, ἢ τὸ
6 7 μανδύον. 6 καὶ ἐνδύσασθαι στιχάριον, 7 καὶ ζώσα-
8 9 σθαι, κομισθῆναι δὲ 8 χερνιβόξεστον, 9 καὶ μανδύλιον.
10 11 10 εἶτα σφραγίζων τρὶς τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν 11. καὶ ἐπι-
θεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα, τοῦ διακόνου λέγοντος. Τοῦ Κυρίου
δεηθῶμεν· λέγει ὁ Ἀρχιερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου πνεύματος, διαιρῶν ἑκάστῳ ὧν ἐξελέξω τὰ χαρίσματα, ὁ τάγματα διάφορα τῇ ἐκκλησίᾳ σου δωρησάμενος, καὶ βαθμοὺς λειτουργίας καταστησάμενος ἐν αὐτῇ πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἁγίων σου καὶ ἀχράντων μυστηρίων· ὁ τῇ σῇ ἀρρήτῳ προγνώσει ὁρίσας καὶ τοῦτον τὸν δοῦ-
12 λόν σου ἄξιον εἶναι 12 τοῦ ὑπηρετεῖν τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ· αὐτὸς δέσποτα ἀκατάγνωστον αὐτὸν ἐν πᾶ-
13 σι διαφύλαξον· καὶ δὸς αὐτῷ 13 ἀγαπᾷν εὐπρέπειαν
14 οἴκου σου, 14 παρεστάναι ταῖς θύραις τοῦ ναοῦ τοῦ
15 ἁγίου σου, 15 ἀνάπτειν λύχνον σκηνώματος δόξης σου, καὶ φύτευσον αὐτὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ,
16 17 16 ὡς ἐλαίαν κατάκαρπον, 17 καρποφοροῦντα καρπὸν δικαιοσύνης· καὶ τέλειον ἀνάδειξον δοῦλόν σου, ἐν καιρῷ τῆς παρουσίας σου, τῆς τῶν εὐαρεστησάντων σοι ἀπολαῦσαι ἀμοιβῆς.

Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, δεξάμενος ὁ Ἀρχιερεὺς τὸ μανδύλιον, ἐπιτίθησι τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ τοῦ χειρο-
18 τονουμένου. Ὁμοίως 18 δίδωσιν αὐτῷ καὶ τὸ χερνιβόξε-
19 στον. ὁ δὲ λαβὼν, ἀσπάζεται τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ 19 βάλλει ὕδωρ εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ νίπτεται.
20 Λέγων καὶ τό. 20 Ὅσοι πιστοὶ, τρίς. Καὶ οὕτω λαμβάνων εὐλογίας, ἀπερχόμενος ἵσταται 21 ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν· καὶ λέγει, τό. Τρισάγιον. Παναγία τριάς. Πάτερ ἡμῶν, τό. Κύριε ἐλέησον. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν. Ἄνες, ἄφες, συγχώρησον τάς. Καὶ εἴ τι ἄλλο δόξει αὐτῷ εἰπεῖν μυστικῶς. Μετὰ δὲ τὴν μεγάλην εἴσοδον, ὅταν θυμιᾷ ὁ διάκονος τὴν ἁγίαν τράπεζαν, πάλιν νίπτεται ὁ Ἀρχιερεὺς εἰς τὸ λεκανίδιον ὅπερ φέρει ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι. Εἰσελθόντι δὲ καὶ αὐτὸς εἰς τὴν μεγάλην εἴσοδον, πάντων ὄπισθεν, κρατῶν καὶ τὸ χερνιβόξεστον, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ μετὰ τὴν εἴσοδον. εἰσέρχονται ὅλοι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, πλὴν αὐτὸς μόνος ἔξω ἵσταται εἰς τὸν συνήθη τόπον. Οὕτω γίνεται καὶ εἴπερ εἰσὶν οἱ χειροτονούμενοι πολλοί. Τῆς εὐχῆς ὑπαλλασσομένης πρὸς τοὺς πολλούς.

RITUS OBSERVANDUS

IN ORDINATIONE

Subdiaconi.

Pontifici in Speciosa porta sedenti, ante Missæ principium Ordinandus in Subdiaconum offertur. Et si sæcularis quidem sit, tunica; si vero Monachus, Mandya induitur. Jubet autem Pontifex tunica, sive mandya illum exui, & Dalmatica vestiri, & præcingi: pollubrum etiam cum vase & mantili deferri. Mox ter caput ejus cruce signans, manumque imponens, Diacono dicente, Dominum precemur, *hanc Orationem Pontifex dicit*.

Domine Deus noster, qui per unum & eumdem Spiritum sanctum, singulis eorum quos elegisti gratias distribuis; qui diversos ordines Ecclesiæ tuæ largitus es, & in ea ministerii gradus differentes ad sanctis & illibatis mysteriis tuis famulandum constituisti: qui præscientia tua ineffabili, hunc quoque servum tuum, dignum, qui sanctæ Ecclesiæ tuæ ministret, esse definivisti: Ipse Domine, inculpatum illum in omnibus conserva, & domus tuæ decorem diligere, sancti templi tui foribus adstare, & tabernaculi gloriæ tuæ lucernam accendere, concede: & velut olivam fructiferam justitiæ fruges referentem, in Ecclesia tua sancta illum infere: perfectumque servum tuum, in adventus tui tempore, eorum qui tibi placuerint mercede perfruiturum, renuncia.

Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria; Patris, & Filii, & sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Et post Exclamationem, Mantile acceptum, sinistro Ordinati humero imponit Pontifex: utque pollubrum cum vase illi tradit. Ille vero Pontificis manum osculatur, & deinde aquam lavandis manibus infundit: Dicens ter. Quotquot adestis fideles. *Atque ita benedictione accepta, digressus inde, ante sacras fores stat: & dicit*. Ter, sanctum. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Domine miserere. Credo in unum Deum. Parce, dimitte, veniam præbe. *Et si quid aliud illi secreto dicendum videatur. Magno vero Introitu peracto, Diacono circa sanctam mensam thus adolente, iterato lavatur Pontifex, in pelvi ab Ordinato deportata. Procedit etiam ipse cum magnus celebratur Introitus: ultimusque omnium pollubrum cum vase & reliquis deferens, progreditur. Et post Introitum omnes quidem ad sacrum altare ingrediuntur, ipse tamen in loco solito stans, extra manet. Hoc pacto quoque peragitur officium, si plures Ordinandi sint: Oratione pro pluribus illis accommodata, & commutata*.

Variæ Lectiones in Ordinem servati solitum in Ordinatione Subdiaconi.

a TOῦ ἀρχιερέως.) Diversa sunt in editis, & in M. S. hujus Ordinationis verba: & Regia quidem Cryptoferratensi Bessarionis consona sic legunt.

Stante Pontifice ante sanctam mensam, quæ est in Diaconico, vel ante magnas templi fores, cum jam tempus ingressum magnum celebrandi insiat, adducitur qui Ordinandus est, propria Lectoris tunica ornatus: subetque Pontifex tunica illa spoliari, & Subdiaconi tunica indui, & cingi; tum vero aquamanile & mantile afferri. Deinde caput ejus ter cruce signans, manu ei imposita; sic precatur. Domine Deus noster, &c.

Acceptum deinde mantile Pontifex Ordinati humero imponit: & aquamanile accipere jubet, & sibi ad lavandum aquam præbere. Quod cum exequitur facrit Ordinatus, dum lavatur Pontifex, dicit. Quotquot adestis fideles. *Atque ita cruce iterum signatus, discedit inter Diaconos locum accepturus.*

ΤΟῦ Ἀρχιερέως ἱσταμένου πρὸ τῆς ἁγίας τραπέζης τῆς ἐν τῷ διακονικῷ ἢ πρὸ τῶν μεγάλων τοῦ ναοῦ πυλῶν, ὅτε μέλλει εἰσοδεύειν, προσάγεται ὁ χειροτονεῖσθαι μέλλων, φορῶν φαινόλιον· καὶ κελεύει ὁ Ἀρχιερεὺς ἀποδύσασθαι αὐτὸν τὸ φαινόλιον, καὶ ἐνδύσασθαι στιχάριον, καὶ ζώσασθαι· κομισθῆναι δὲ χερνιβόξεστον καὶ μανδύλιον. εἶτα σφραγίζων τρὶς τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν, καὶ ἐπιθεὶς τὴν αὐτοῦ χεῖρα, εὔχεται οὕτως.
Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ut supra.
Ἔπειτα τὸ μανδύλιον ὁ Ἀρχιερεὺς δεξάμενος ἐπιτίθησι τῷ τοῦ χειροτονηθέντος ὤμῳ, καὶ κελεύει λαβεῖν τὸ χερνιβόξεστον, καὶ δοῦναι αὐτῷ νίψασθαι. τοῦτο δὲ ποιῶν ὁ χειροτονηθεὶς, ἐν τῷ νίπτεσθαι τὸν Ἀρχιερέα λέγει. Ὅσοι πιστοί. Καὶ οὕτω σφραγιζόμενος, ἄπεισιν εἰς τοὺς διακόνους.

Barberinum autem S. Marci hoc pacto legit.

Ingresso Diaconicum Pontifici, & coram sancta mensa stanti, offertur ordinandus, & imposita ei manu signans illum, sic precatur.

Domine Deus noster, &c.

Et hæc dicto, is qui ordinatus est Subdiaconus, ter dicit. Quotquot adestis fideles. *Et ordinanti Episcopo, quo manus lavet porrigit, atque ita vivificæ communionis partem ejus manu accipit.*

Εἰσερχομένου τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἐν τῷ διακονικῷ, καὶ ἱσταμένου ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, προσφέρεται αὐτῷ ὁ χειροτονούμενος, καὶ ἐπιτιθεὶς ἐπὶ τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ τὴν χεῖρα σφραγίζει, καὶ ἐπεύχεται οὕτως.
Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ut supra.
Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν, λέγει ὁ γενόμενος ὑποδιάκονος τρίς. Ὅσοι πιστοί. καὶ δίδωσι νίψασθαι τῷ χειροτονοῦντι αὐτὸν ἐπισκόπῳ, καὶ οὕτω μεταλαμβάνει παρ' αὐτοῦ τῆς ζωοποιοῦ κοινωνίας.

Addunt vetusta Veneta Ἰστέον ὅτι πρὸ τῆς λειτουργίας γίνεται αὕτη, ὅταν προσάγεται τῷ ἀρχιερεῖ. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἵσταται εἰς τὸ ἐξώθρονον τοῦ νάρθηκος, ἐν ᾧ ὅταν ἀλλάσσει τὰ ἱερατικά.

Sciendum ante missam hoc fieri, cum Subdiaconus Pontifici offertur. Pontifex vero stat in exteriore Vestibuli throno, ubi ad sacrificandum vestes assumit.

In Ordinem fieri solitum in Ordinatione Subdiaconi Notæ.

1. Εἰς χειροτονίαν ὑποδιακόνου.) Subdiaconus prius *ὑπηρέτης minister* dictus, Ordinem suscepturus, vigesimum jam annum apud Græcos debet attigisse, teste Symeone Thessalonicensi lib. de sacr. ordin. ὁ εἰκοστὸς χρόνος, *vigesimus annus ordinationis ejus tempus est*: vigesimum quintum in Diacono requirunt: ὁρίζομεν αὐτὸν εἶναι χρόνων εἰκοσιπέντε, *viginti quinque annorum eum esse jubemus*, inquit Blastarii Nomocanon: de Presbytero vero ait: πρεσβύτερον μέλλων χειροτονεῖσθαι ὀφείλει εἶναι χρόνων τριάκοντα: *Presbyter Ordinandus annis triginta natus esse debet*. Vox χρόνος non hic *tempus*, sed *annum* juxta recentiorem loquendi usum indicat.

2. Ἐπὶ τῆς ὡραίας πύλης.) Sive ὡραία πύλη, *porta speciosa*, sic ea quæ in cancellis aditum in sanctuarium præbet, quam *Basilicam* alioi vocavimus, sic enim Græcos quosdam sentire non diffiteor, sive etiam sit exterior templi porta, prout quidam male sunt interpretati, inter quos est Junius apud Gretserum: sive vere sit ea media quæ Narthecem a templo dividit, de qua nos supra fol. 20. quæcumque sit inquam, constat Subdiaconum juxta portam aliquam in Ecclesia Orientali suscipere Ordinem. Quamvis autem M. S. Regia dicant eum, πρὸ τῆς ἁγίας τραπέζης τῆς ἐν τῷ διακονικῷ, *e regione sacræ illius mensæ, quæ in sacristia est*, (sacræ inquam, non a sacrificio in ea peragendo, sed a reliquiis in ea asservatis) promoveri, antiqua vero Veneta anno 1570. edita, Pontificem Subdiaconum promoturum ἐν τῷ ἔξω θρόνῳ τοῦ νάρθηκος, *in throno illo exteriori ipsi in Vestibulo erecto*, de quo in liturgia numero 36. sedere afferant: ubicumque provehatur ad officium Subdiaconus, vicinam semper aliquam templi portam respicit: tum etiam quia jam in sancta ingredi, ut lumina accendat, & vasa sacra disponat, jus & potestatem acquirit; quamvis inter sedentes in Diaconico Diaconos sedere, vel pro dignitate consistere nefas ipsi sit, ex præscripto Laodicenæ Synodi Can. 21.

3. Πρὸ τοῦ ἄρξασθαι τὴν λειτουργίαν.) Ut locum præsentis Ordinationis denotant edita exemplaria, sic & illi diversum tempus quo fiat, assignant: & superius citata, πρὸ τοῦ ἄρξασθαι τὴν λειτουργίαν, *ante missæ principium* Pontificem Subdiaconum Ordinare referant: M. S. vero, incepta jam missa, & parvo Ingressu (de quo in liturgia numero 74.) celebrato ad Ordinem promoveri jubent: cujus quidem mutationis paucis ante Constantinopolim captam annis causa extitit Subdiaconorum ambitio, ita referente Athanasio Parellaro C. P. Patriarcha præsumpto, qui cum in Diaconico se Ordinatos fuisse observassent, Diaconicum quoque velut propriam sibi sedem superbe arrogabant: ab intentata nihilominus in Diaconos lite excidentes, ne in posterum simili ambitione moverentur, eorum Ordinatio humiliori in loco, minusque solemni ante liturgiam tempore, a Manuele Charitopulo Patriarcha, jussa est deinceps celebrari. Ex his constat Subdiaconatum, & superiores proinde Ordines absque liturgia Græcos non conferre: Lectorem autem etiam absque illius celebritate initiare: diem vero habendis Ordinationibus præfixum, nullum penitus habere, tum ex antiqua sua consuetudine, tum ex glossa in cap. Cum secundum: & in cap. Quod translationem, de tempore ordinationum, & ex Orientali eodem titulo, tum denique ex antiquissimo Leonis testimonio epistola ad Dioscorum cuicumque legenti apparebit.

4. Μετὰ φαινόλιον.) φαινόλιον de quo præsens textus sermonem habet, non est *Casula Sacerdotalis*, sed Lectoris vestis propria, de qua superiori ordinatione, numero 8. Significat itaque *tunicam e lino, candido, vel certe purpureo colore tinctam*, quam Symeon Thessalonicensis καμίσιον sæpius vocat, a qua & καμισᾶτοι quidam officiales dicti, quorum mentio habetur supra. Illa Lector ornatus προσάγεται τῷ Ἀρχιερεῖ διὰ τῶν ἀρχόντων, scribit citatus Symeon, καὶ φαινόλιον ἔχων, [illegible]. *Præsentatur iterum, Pontifici, Lector Deo jam consecratus per Tonsuram, & Tunicam benedictam hoc est Albam, quæ sacrorum indumentorum prima est, eorumque principium*: ad alterius φαινολίου, Casulæ nimirum Sacerdotalis, quæ cæterorum indumentorum finis est & ultimo assumenda, differentiam: & inferius laudatus idem auctor: προσάγεται [illegible]. *Adducitur benedictionem Subdiaconi per Pontificiam manus admotionem* (vide hujus interpretationis rationem præcedenti ordine num. 10.) *suscepturus, cum nigra veste* (interiori videlicet & domestica) *& cum candida, vel rubra Camisia*, quæ est exterior & in Ecclesia ferri solita; Camisia enim interula non καμίσιον sed φαινόλιον, vulgo nuncupatur.

5. Εἰ δὲ μοναχὸς μετὰ μανδύα.) Pallio solo tectus Monachus in Subdiaconum Ordinandus, Pontifici se sistit, tum quia Camisiis de quibus numero præcedenti Monachus non utitur, tum quia Monachalis eorum vestis, ut sacratior, illum in sacris obsequentem nusquam dedeceat.

6. Καὶ ἐνδύσασθαι στιχάριον.) Symeon Thessalonicensis. [illegible]. *Purpuream quidem exuens Ordinandus Camisiam, quæ passionis subjectionem, & cruentas Christi cicatrices repræsentat, albam tunicam, quæ purissimum Dei amictum, & a passionibus exemptionem menti objiciat, induitur.* στιχάριον porro hocce Subdiaconi propria vestis, *tunica est*; non quidem Diaconica, sed alia *strictior & brevior*, zona succincta, quæ tunicæ Subdiacono Latino concessæ correspondet; quam proinde Honorius Solitarius vocat *subtilem & strictam tunicam*, cujus originem & usum asserit Gregorius Papa, ab Ecclesia Romana, (cum prius Subdiaconi spoliati, idest sine sacra veste procederent) in Græciæ partes promanasse. Ejus verba sunt ad Joannem Episcopum Syracusanum. *Subdiaconos ut spoliatos procedere facerem, antiqua Ecclesiæ consuetudo fuit, sed quia placuit cuidam nostro Pontifici, nescio cui, qui eos vestitos procedere præcepit. Nam vestræ Ecclesiæ numquid traditionem a Græcis acceperunt? Unde ergo habent ut Subdiaconi in eis, in Tunicis procedant, nisi quia hoc a matre sua Romana Ecclesia perceperunt?*

7. Καὶ ζώσασθαι.) Rationem cur in sui promotione præcingatur Subdiaconus, suggerit Symeon Thessalonicæ Episcopus. οἱ μὲν περιζωννύμενοι [illegible]. *Illi quidem eum præcingunt, tamquam qui liberam capitoniæ vestem non amplius gerere debeat, sed per moderantiam & puritatem, circa suos lumbos eam adstringere teneatur: quandoquidem illi ultra uxorem accipere nefas*: si tamen prius duxerit, in consortio poterit retinere.

8. Χερνιβόξεστον.) Vox una hæc, duas alias in sui compositione admittit, χέρνιβον, & ξέστην, sive ξέστον. Sicut autem a manibus lavandis *malluvium* Latine, ita & ἀπὸ τοῦ χεῖρας νίπτειν, χέρνιβον Græce dicimus. ξέστης autem Suidæ est μέτρον τῶν ὑγρῶν, *liquidorum mensura*; ξέστα legit Stephanus in Appendice, & voce a Latina deflexa, *Sextarium* esse asserit: hic vero non nisi *vas aquæ fundendæ* idoneum significat: cui tamen simul adjungitur *malluvium* sive pelvis. Sejunctim ideo denotat utrumque Symeon, ubi de Episcopo Subdiaconum instituente scribit:

σαι.) χεροὶ χέρνιβα τοῦ χεῖρα, ἢ ἔγκυκλα, manibus malleum & aquamanile porrigit : pelvis pariter, & vasis, & ejus quidem ex sacre consilii munimenti distinctim Chryptoferratæ codex, his verbis, καὶ δίδωσι ὁ ἀρχιδιάκονος τὸν χειροτονούμενον τὸ μαλλάριον, τὸ μανδήλιον. Jubet Pontifex ejus manibus tradi vas aneum, & peluim, & mantile : μαλλάριον autem ejusdem est significationis cum dictione μαλλωτὸν, quam Suidas & Stephanus interpretantur, ἀγγεῖόν τι, vas quodpiam.

9. Μανδήλιον.) A vocabulo Latino, *Mantile*, μανδήλιον deducitur. Illudque Latinorum *Manipulo*, prius *Mappula* vocato, correspondere opinor. Erat autem *Mappula* linteum oblongum brachio sinistro suspensum, quo Subdiaconi vasa mundarent, sudoremque fratres ministraturi emanantem tergerent, quos ideirco Joannes Diaconus in Gregorii vita lib. 2. cap. 43. *Mappularios* vocat; sicut & Sacerdotes, *Planetator*. De *Mappula* Guillelmus Durandus lib. 3. cap. 6. *Habebant quoque sancti patres*, ait, *dum sacra tractabant, & sacramenta conficiebant, Mappulas ideſt parvas mappas, & mantilia in manibus, & nunc pro aperiendis, & nunc pro reverenter tractandis sacramentis.*

10. Ἐπὶ τοῦ στηθίου.) De crucis signo Ordinandi capiti impresso, revocanda in memoriam quæ scripta sunt, ubi de Lectoris Ordinatione numero 11.

11. Καὶ ἐκτείνει αὐτὸν τὴν χεῖρα.) Ita in Constitutionibus Apostolicis, quas studiose Græci observant, sancitur : πάντοτε δὲ τὸν χειροτονίαν, ἐπίσκοπον, ἐπὶ ἑνὸς τοῦ χεῖρα. *Subdiaconum ordinaturus, Episcopo manus super illum imponet.* Hæc tamen manus extensio in Subdiacono promovendo, non arguit apud Symeonem Thessalonicensium Græcorum expertissimum Theologum, & Canonistam diligentissimum, sicut nec apud Græcorum modernorum reliquos, Subdiaconatus vel Lectoratus Ordinem, esse verum sacramentum : quem nec apud Latinos probatos auctores, hujusmodi nomine dignum esse in comperto est, cujus recentem in Ecclesia institutionem testatur Petrus Cantor apud Hugonem Menardum Notarum pagina 180. dicens : *Prima manus impositio dicitur Diaconibus ordinandis : de novo enim inventum est, Subdiaconatum esse factum Ordinem* : vigit autem ille teste Menardo eodem, anno 1197. Cærimonialis itaque tantum erit præsens manus Episcopalis in Subdiaconum Ordinandum admotio, non vero sacra vera, & Ordinis effectiva manus impositio : unde & laudatus Symeon perperam scribit : ἀποτέλεσις δὲ τούτου ἐστὶ, ἡ διάκονος χειροθεσία, ἐπειδὴ χειροτονία τοῦ ὑποδιακόνου. *Lectoris est crucis & tonsuræ signatio, Subdiaconi χειροθεσία manus admotio, Diaconi & Presbyteri χειροτονία & Ordo.* Vide auctorem illum χειροθεσίαν, & χειροτονίαν, inter se tamen permixtim a pluribus usurpatas, facere diversitas ? in quo vero discrimen consistat, explicat idem ipse, χειροθεσίαν mentem & sensum aperiens : ἀπὸ δὲ ζυγὸν ἐστὶ χειροτονία τοῦ ἱερατικοῦ, ἔνθα τὴν σπείρα ἐχόντων τὸ ὠὸν, & ἀφιέντων τὸ ὠὸν ἐπὶ τὴν ἑστίαν. *Jugum Sacerdotii subit*, ideſt Sacerdotis jugo & imperio se submittit, *& sub protectione Dei existit, & in ministerium sive obsequium Deo consecratur* : Solam ergo Subdiaconi χειροθεσίαν, communem manuum admotionem, qualis fit super reprobos, & res quasliber benedicendas ; non χειροτονίαν sacrum Ordinem, Subdiaconus adipiscitur ; quia in eo Ordinando solemnia illa, divina, & augusta verba, ἡ θεία χάρις, &c. Sacramenti & Ordinis sacri effectiva, χειροτονίας ἴδιον ἔχοντα, in Diaconi, Presbyteri, & Episcopi Ordinatione proferri solita, nullusque pronunciat Episcopus, sed solitaria tantum dictum est, manus impositione, χειροθεσία, & simplici precum forma adhibita, ad Subdiaconi dignitatem evehit. Non explodenda certe Symeonis expositio, nam & Tarasius doctissimus Pontifex Act. 1. septimæ Synodi, χειροθεσίαν ἁπλῆν & χειροτονίαν distinctam, illamque pro Ecclesiastica benedictione, hanc pro sacro Ordine valente intellexisse, ubi sic interrogatio, πῶς οὖν χειροθετήσατε. *Quemadmodum ergo ergo manus admota est ?* Respondet laudatus Tarasius, *primo ἐν εὐκτηρίοις ἐπευχὴν τὴν χειροθετικὴν λέγει, ἡ μὲν ἐπὶ ἐπὶ χειροτονίαν ; Nonne pro benedictione χειροθετικὴν manus admotionem, sive usurpas, & non pro consecratoria manus impositione ?* Optime : nam & Concilium Carthaginense 4. Gregorii Sacramentarium, & vetus Ordo Romanus Subdiacono manus impositionem denegant, benedictionem tamen sine manus licet attactu quocumque, concedunt.

12. Τῶ ὑποφέρειν.) Fiunt sunt Diaconorum Subdiaconi, sub Diaconis nimirum constituti, & eorum administri : quos ideo ut ὑποφέρειν ἐστὶ ἔργα χεῖρα ἐν τῇ διακονίᾳ, *non oportet locum tenere in Diaconorum consessu*, vel in sacris septis, sed aditus portarum occupare, & in Solea, ut alibi diximus cum Thessalonicensi, consistere.

13. Ἀγωμὲν ἐκφέρουσι τὰ ἅγια σκεύη.) Qua ratione decorem domus Dei caret Subdiaconus explicat Latinum Pontificale : *Pallas altaris & corporalia debet ablutre : & calicem ac patenam in usum Sacrificii antecedenter preparare* : diffusius Symeon Thessalonicæ Antistes idem exprimit : ἀγωμὲν δὲ ἱερὰ σκεύη, ἢ ἐκφέρουσι ἄρτοι καὶ οἶνον, ὑποφαίνουσι τὴν παρουσίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἐκείνου οἰκονομίαν. *Sacra vasa, & ea decenter disponit, ut cum Sacerdotes dona voluerint offerre, parata inveniant. In ipsa quoque magna donorum introductione, vasa quæ superfunt, Diaconus suscipiens, custodienda Subdiaconis tradit : neque enim ea tangere inferioribus ministris concessum est.* Disponit ergo, & tangit vasa sacra Subdiaconus, auctore citato Tesse, cui perperam ideirco Arcudius Reatæ diutius quam in Oriente enutritus, fidem detrahit, asserens : ἢ ἱερὰ σκεύη nomine, non intelligi calicem & patenam, sed religuam supellectilem sacram intellexit, ut sunt operimenta, indumenta Sacerdotalia, &c. Hæc ille : qui tamen permittetur Neophyto Rhodino vernacule in sua Synopsi Romæ edita legenti, de certiore Ecclesiæ luce præ edocteri : ἢ ἀναδεικνύει ὑποφαίνουσα τὸ ἐκδυμῆ ἢ ἐπιφανεστέρα, ἢ ἐφῶς : τὸ ἐπιφωτίζουσα τὸ σκότος, τὸ σκοτεινὸν, ἢ δῆλον : τὸ ἐπὶ ἐκφανὲς ἐξ τῶν σκοτεινῶν : τὸ σκοτεινὸν καὶ κατηχούμενα, ἢ τὰ ἱερὰ ἢ Ἀντίφωνα. *Subdiaconi manus est ut indicat Episcopum & Sacerdotem : ut præpositionem præparet, calicem, patenam, & religua pro Offertorio : ut velo lavet, & Apostolum legat.* Prothesis autem, id est calix, patena, lancea, stella, sacra vasa sint, ἐκφανὲς, & εἰς ἐκφανὲς ἔλθωσι τὰ τοῦτο, ἀλλὰ ἐπεκτείνεται : illa tangere Subdiaconum non prohibet Symeon, sed tantum inferiores illo ministros. Minus etiam illum ab eorum accessu Concilium Laodicenum arcet, nisi forte cum consecrata in eis divina symbola concluderentur : sanxitque propterea Subdiacono non licere *de vasis sacrificii domum, tangere Dominica vasa*, corpus videlicet & sanguinem Domini continentia ; quæ si vacua fuerint, non *demovent*, sed *sint* tantum nuncupanter : & illa sine legis Ecclesiasticæ violatione tangere potest. Vide Constitutiones Apost. lib. 8. cap. 21.

14. Παραλαμβάνει τοῦ δίσκου τοῦ ποτ.) De Subdiaconis, quibus portarum Ecclesiæ custodiendarum demandata est cura, videtur supra Dionysius de Eccles. Hierar. cap. 3. cum ait : εἰ μὲν ἢ διακονικὴ ἱσταται τοῖς πυλῶν ἱερῶν τάξεσι συναριθμεῖται : *Ministrorum nonnulli stant ad claustra sacri loci fores.* Ubi quamvis scholion Maximi vocabulum Νεωκόροι, Diaconis adaptet, admonet tamen ipse, ἀναδιαπτέον δὲ διάκονον τῶν τοῦ, ὑπερεχόντων, τοῦ ἢ ὑποδιακόνων. *Observandum quod tunc fores Diaconi custodiebant, quas nunc*

Subdiaconi tenent. Non omnes tamen in principio fores asservabant Diaconi : nam & Subdiaconis nullorum portas, id est Gymnasii aditus, eum missas fuisse clarissime tradit Clemens Romanus Const. Apost. lib. 8. cap. 22. De omnibus tamen solis Maximo loquenti Thessalonicensis suffragator lib. de sacrum. τοῦτο δὲ ἀναδεικνύει, ὅτι τὰ ἐκφορικὰ τῆς λειτουργίας, ἢ τὰ ἐκφέρειν ἢ βάστασις, ἢ τὰ τοῦτο, ἢ ἀναδεικνύει ἐκφορικὰ, *sed in sacra minime lucernam* (coram illa, Evangelio, & Eucharistia ἐν ἀφορισμῷ servata pendentem) *refulsum quoque sacrarii cereum, & reliqua Tribunalis lumina Subdiaconi concinnant.* Ita Thessalonicæ Episcopus.

16. Μετὰ ἑνὸς κατηχουμένου.) An non lignum fregiferum secus decursus aquarum plantatum, est Subdiaconus, cum ut scribit auctor supius citatus : *ut vide lacrymas & exempla sua catechizet, & in processionibus & supplicationibus crucem* (ubi is processionem) *ipse manibus gestans, reliquum ducit?*

17. Καρποφορήσῃ καρπὸν διακονικὸν.) Fructum referent in Ecclesia Subdiaconi, cum oblata quæcumque dona fructusque de manu populi juxta veteris ordinis Romani testimonium suscipiunt ; vel cum bona Ecclesiæ, ejus ministris, pauperibusque servata juris unicuique æquitate dispensant, vel adsugeri procurant : de quo legendus S. Gregorius in frequentibus epistolis ad Petrum Arteminum, & Antonium Subdiaconos, χαιρόφυλακα iterum cum populi oblationes, & confectandos panes sacris imponunt altaribus, unde & in ordine Romano, Subdiaconum Regionarium legimus piæ plebis Oblatas suscipere, susceptasque Archidiacono præfectare. Ultima vero καρποφορίας διακονικὸν, qua tum ipsi, tum quilibet Deo devoti commendantur, est, cum secundum pia Gregorii Theologi monita, ἔκτισαι ὅτι ἀδὲ τὰ ἐξ ἀναφορᾶς τῷ Θεῷ, τὸ κοινὸν πάντες ἡμῶν ἰδίᾳ κεκράγαμεν, ἢ τὰ μέτρον ἢ κυρίου ἀπὸ ἀνθρώπου διαμένει, ἢ τὰ δοθὲν ἀπὸ χάριτος ἀναπέμπει μέτρον ἢ ἀμέτρῳ, πάντα τὰ ἐν ἀνθρώποις μικρὰ καὶ μεγάλα : *Unusquisque quod potest offert, quoris tempore, quoris genere vitæ & fortunæ, pro præsentis facultatis modulo, pro gratia sibi concessa, ut per omnes virtutis modos, omnes cœlestis regni manciones impleamus.* Exhortatur itaque demceps : *nobis*

sive nostis & dexteræ, pedi ne cujus sit, ἢ ἐμοὶ τὸ ἐκείνου καὶ ἐκείνου καὶ ἐκείνου, Christi, & Templum ejusdem & instrumentum sit, nec anima illo sterilis & infœcunda. Unusquisque quod in promptu habet, & progenium, Deo offerat.

18. Διδάσκει τὴν τῶν χειροβέτων.) Officium ejusdem sicorum infrumenta tradunt recenter ad Ordinem promotis Græci, quos quibus primum & radicitus, ut dicunt, Ordinis potestatem illis conferre contenant, sed quibus potius ad acceptam munus exercendum excitent. Considenda hic, quæ de Lectoris institutione dicta sunt num. 11. & 12.

19. Βάλλει ἐπιμὴ τοὺς χίτωνας αὐτῶν.) Hue est apud Germanos Subdiaconi præceptum manuale, aquam ad initium Pontificis vel Sacerdotis manibus lavandis porrigere. Hanc itaque fini Subdiacono demandatam provinciam testatur Pontificale Romanum, eamdemque memorat Clemens Romanus Const. Apost. lib. 8. cap. 22. ἀναδέκεσθαι δὲ ὕδατος τοὺς τοῦτο ἐχόντας ἀνδρίαντα καὶ ἐκχεῖν τὸ ὕδωρ ἐπὶ τὰς χεῖρας τῶν ἱερέων. *Unus Subdiaconus manifest aquam Sacerdotibus ad lavandum porrigat, in signum purificationis animarum, quæ Deo sunt dicatæ.*

20. Θεσπεσίως.) Diaconi illarum rerum primas poreli esse fertur. Primas, inquam, inter Levitas superius num. 14. adhibito, hodie inter Subdiaconos Catechumenos ab Ecclesia expellere, vocibus his, ἀκουσάτω κατηχούμενος, ἐξέλθατε οἱ κατηχούμενοι, ἐξέλθατε πᾶς μὴ δυνάμενος προσεύχεσθαι, ἢ τὰ ἐκφορικὰ ἐκφέρουσι, ἢ τὰ ἐκφορικὰ ἐκφέρουσι, ἢ τὰ ἐκφορικὰ ἐκφέρουσ

RITUS FACIENDUS IN ORDINATIONE Diaconi.

Postquam alta voce Pontifex protulerit. Et erunt misericordiæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, cum omnibus vobis. Egressi duo Diaconi e sancto Tribunali, Diaconum Ordinandum in Solea stantem, assumunt.

Et in sanctum tribunal inducunt, ter flectentes genua circumstantes, & canentes. Sancti Martyres egregie decertantes. *Mox ordinandus ad Pontificem accedens: Ter ab eo in capite signatur.*

Et cum zona discingi, & mantile ab eo tolli, Pontifex jubet. Deinde frontem, in scalla mensæ Ordinandus applicat, dextramque genu inflectit, & Archidiacono exclamante. Attendamus. *Pontifex imposito Ordinandi capiti dexteram habens, exclamat.* Divina gratia, quæ semper infirma curat, & ea quæ desunt, adimplet, promovet N. piissimum Subdiaconum, in Diaconum: oremus pro eo, ut veniat super eum gratia sanctissimi Spiritus. *Et confestim dicitur ter:* Domine miserere, *ab eis qui sunt intus, & extra tribunal. Et Pontifex ter ejus capite signato, & Diacono dicente.* Dominum precemur.

Pontifex impositam tenens dexteram, precatur hoc pacto.

DOmine Deus noster, qui in præscientia tua, super destinatos ab imperscrutabili tua virtute, ut ministri fiant, & illibatis mysteriis tuis deserviant, sancti tui Spiritus copiam effundis: ipse Domine, & hunc, quem tibi a me promoveri complacuit in Diaconi ministerium, in omni honestate fidei sacramentum in pura conscientia tenentem, conserva: gratiam vero Stephano Protomartyri tuo in opus ministerii hujus a te primum vocato concessam largire, & gradum a bonitate tua sibi præstitum, secundum beneplacitum tuum, administrare præbe: recte namque ministrantes gradum sibi bonum acquirunt, & perfectam ostende servum tuum.

Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria: Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Responso, Amen, *submissa voce, quæ tantum ab assistentibus Diaconis audiatur, nil dictum responsum, Diaconica hæc pronunciatur ab Archidiacono.*

In pace Dominum precemur.
Pro superna pace.
Pro pace totius mundi. Pro Archiepiscopo nostro N. Sacerdotio, auxilio, perseverantia, pace, valetudine, salute, & pro opere manuum ejus: Dominum precemur.
Pro servo Dei N. Diacono nunc promoto, & salute ejus, Dominum precemur.

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΕΠΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΣ Διακόνου.

Μετὰ τὸ εἰπεῖν τὸν Ἀρχιερέα τὴν ἐκφώνησιν, τὸ 1 Καὶ ἵνται τὰ ἔλεη τοῦ μεγάλου Θεοῦ, 2 καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. 2 Ἐξελθόντες δύο Διάκονοι ἐκ τοῦ ἁγίου βήματος, λαμβάνουσι τὸ μέσον τοῦ ἀναλογίου ἑκάστου, 3 ἑστῶτα ἐν τῷ σολείῳ.

4 Καὶ εἰσάγουσιν αὐτὸν εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, 5 κυκλοῦντες τὴν ἁγίαν τράπεζαν τρὶς. Ψάλλοντος καὶ τοῦ 6 Ἅγιοι μάρτυρες οἱ καλῶς ἀθλήσαντες· ἐπαποτερχόμενος τῷ Ἀρχιερεῖ, 7 Σφραγίζεται γ΄. τὴν κεφαλήν. 7 8 Καὶ κελεύει ἀνακλιθῆναι τόπον, καὶ Ἁγιάζει τὸ μανδήλιον, 9 εἶτα ἐρείδει ὁ χειροτονούμενος τὸ μέτωπον αὐτοῦ τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ· 10 κλίνει τὸ γόνυ τὸ δεξιόν. καὶ ὁ Ἀρχιεράτευε ἐκφωνήσας τὸ, Πρόσχωμεν. Ὁ Ἀρχιερεὺς 11 ἔχων ἐπικείμενον τὸν χεῖρα τῇ κεφαλῇ τοῦ χειροτονουμένου, 12 ἐκφωνεῖ· 13 Ἡ θεία χάρις ἡ 14 πάντοτε τὰ ἀδύνη θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα, 15 προχειρίζεται, 16 τὸν δεῖνα 17 τὸν ἐλαχίστατον ὑποδιάκονον, εἰς 18 ἔμβαθον, 19 ἀξιούμενα ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ πανσόφου πνεύματος. Καὶ ἀδύτως τὸ, Κύριε ἐλέησον ἐπὶ γ΄. παρὰ τῶν ἐκτὸς καὶ τοῦ βήματος, ὑπὸ παρὰ τῶν ἐντὸς καὶ ὁ Ἀρχιερεὺς σφραγίζει γ΄. τὴν αὐτοῦ κεφαλήν, καὶ τὸ ἔμπροσθεν εἰσόπιστος. Τὸ Κύριε ἐλέησον.

Ὁ Ἀρχιερεὺς ἔχων τὴν χεῖρα ἐπικειμένην ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ χειροτονουμένου ὧδε.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν ἀρχιερωσύνην τῇ σῇ τῶν τε ἁγίων σου πολιτείας χορηγῶν καταπέμπων ἐπὶ τοὺς ὡρισμένους ὑπὸ τῆς ἀνεξιχνιάστου δυνάμεώς σου λειτουργοὺς γενέσθαι, καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι τοὺς ἀναξίους σοι μυστηρίοις· αὐτὸς δέσποτα καὶ νῦν ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου προχειρίζόμενον παρ' ἐμοῦ εἰς τὸν τῆς ἱερατικῆς λειτουργίαν, ἐν πάσῃ σεμνότητι ἐξυπηρετεῖν ἐγκαταξιῶσαι τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. δώρησαι δὲ αὐτῷ τὴν χάριν, ἣν ἐδωρήσω τοῖς ἁγίοις σου ἀποστόλοις, ὅπως καὶ αὐτὸς εὐαρεστήσας σοι ἐν τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, τὰ τῆς λατρείας ἀπαρτίσῃ εἰς τὸ ἔργον τῆς διακονίας σου. καὶ καταξιώσας αὐτὸν τῆς τοῦ σοῦ εὐδοκίας, οἰκονομήσας τε παρὰ τὰς ἀγαθότητος δεδωρημένου αὐτῷ βαθμοῦ· εἰς τὸ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, καὶ πολλὴν ἐπὶ δεῖξιν θάλρος σε.

Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ μὴν τὸ ἀμήν, λέγει 20 ὁ Ἀρχιδιάκονος λεπτῇ φωνῇ, 21 ἕστων ἀκέραιοι τοῦ συμπαρόντος ἱερέως, καὶ διακονείσθωσαν, τὰ ἱερουργικὰ τύπου.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς. Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου. Ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, τοῦ δεῖνος, τῆς ἱερωσύνης, ἀντιλήψεως, ἡσυχίας, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ, τοῦ δεῖνος, τοῦ νῦν προχειρίζομένου ἱερέως, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὅπως

Ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, ἄπειλον τὸ ἀμώμητον αὐτοῦ ἀξιώσεται χαρίσηται, τῷ Κυρίῳ δεηθῶμεν.
Ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης, πάσης πόλεως καὶ.
Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως.
Ἀντιλαβοῦ, σῶσον καὶ πᾶσαν ῥηθέντων.
Ὁ Ἀρχιερεὺς ἔχων τὴν χεῖρα ἐπικειμένην.
Δέσποτα ἅγιε.

Ὁ Θεὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ὁ τῇ ἀφθάρτῳ σου φωνῇ τῆς Ἀποστολῆς σου Διακονίας καὶ τῆς ἀξιώσεως ἡμῶν, καὶ τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου τοῦτον ἀναδείξας, καὶ τρόπον αὐτὸν κηρύξας τὸ ἴδιον ἀξίωμα πληρῶντα ἔργον, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ σου· Ὃς τις θέλει ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν δοῦλος· σὺ δέσποτα τῶν ἁπάντων· καὶ ὁ δοῦλός σου τοῦτον, ὃν καταξιώσας τοῦ ἱεροῦ σου διακονήματος ἐπιτελεῖν λειτουργίαν, πλήρωσον πάσης πίστεως καὶ ἁγιότητος, καὶ δυνάμεως, καὶ ἀγιασμοῦ, τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ σου Πνεύματος· ἐν ᾧ ἐν τῇ ἐπιθέσει τῶν ἐμῶν χειρῶν, ἀλλ' ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῶν πολλῶν σου οἰκτιρμῶν, δίδοται χάρις τοῖς ἀξίοις σου· ἵνα καὶ ὅτος, πάσης ἁμαρτίας ἐκὸς γενόμενος, ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεώς σου, ἀμεμπτος σοι παραστῇ· ἐν ᾧ μεθ' ὧν εὐδόκησεν τῆς σῆς ἐπαγγελίας κομίσηται.

Σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ μὴν τὸ, ἀμήν, 22 περιτίθησι τὸ ὡράριον τῇ χειροτονηθέντι 23 καὶ ὁ δεξιὸς ὦμος, λέγων, 24 Ἄξιος. Καὶ ψάλλεται σωμάτως τρίτον, τὸ, Ἄξιος. παρὰ τῶν τοῦ βήματος. Καὶ τρίτον, παρὰ τῶν ψαλτῶν. Εἶτα, ἐπιδίδωσιν αὐτῷ ὁ Ἀρχιερεὺς ἅγιον ῥιπίδιον, λέγων ὁμοίως. Ἄξιος. 25 καὶ ἀσπάζεται αὐτὸν, ὁμοίως ἀσπάζονται αὐτὸν πάντες οἱ ἱερεῖς. 26 Ὁ δὲ ῥιπίδιον λαβὼν, ἵσταται ἐν πλαγίᾳ τῆς ἁγίας τραπέζης, πρὸς τὰ δεξιὰ μέρους, καὶ ῥιπίζει ἑπάνω τῶν ἁγίων. Καὶ ὁ ἕτερος ἱερεὺς, ἵσταται ἔξω τοῦ βήματος 27 ἐν τῷ σωμάτῳ τόπῳ, ἐν ᾧ ἀναγινώσκονται τὰ εἰρμικά, καὶ λέγει 28 Πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες. Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τὸν Κυρίου δεηθῶμεν. Καὶ τὰ λοιπά. ὡς δὲ ἐν τῇ μεταλήψει κατὰ τὸν, πρῶτος τῶν ἄλλων ὁ χειροτονηθεὶς, μετέχει τῶν θείων μυστηρίων. καὶ λέγει τὰ ἱερατικὰ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. ἤγουν, τὸ, 29 Ὀρθοὶ μεταλαβόντες. Ταῦτα δὲ γίνονται, 30 ὅταν γίνεται λειτουργία τελεία.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῖς προηγιασμέναις γίνεται.

Ἰστέον ὅτι μετὰ τὸ Καταξίωσον τὰ προηγιασμένα ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, πρὶν εἰπεῖν τὸν Διάκονον· Πληρώσωμεν τὴν δέησιν. Προσέρχεται ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι, καὶ γίνεται ἡ τάξις τῆς χειροτονίας ὡς ἔφημεν.

Ut clemens Deus parum & inculpatum ei ministerium largiatur: Dominum precemur.
Pro urbe hac, omni civitate, & regione.
Ut liberemur ab omni tribulatione.
Succurre, salva &c. *Et his dictis Pontifex impositam tenens manum precatur hoc pacto.*

DEus Salvator noster, qui incorrupta ea voce, ministerii legem, Apostolis tuis famulis, & Protomartyrem Stephanum, ejusmodi renunciasti, primumque ejusdem Diaconi opus adimplentem prædicasti, sicut in Evangelio sancto tuo scriptum est: Si quis vult in vobis prior fieri, esto minister vester. Ipse Domine, servum tuum hunc, quem Diaconi ministerium subire voluisti, sancti & vivifici tui Spiritus advenæ, omni fide & charitate, & virtute, & sanctificatione adimple. Non enim in manuum earum impositione, sed in abundantia misericordiarum tuarum visitatione, gratia te dignis exhibetur: ut & hic, omni peccato alienus factus, inculpate tibi astet, & sinceram promissionis tuæ mercedem reportet.

Tu enim es Deus noster, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Et dicto, Amen, *Stolam Diaconicam humero sinistro Ordinati circumponit, dicens.*

Dignus. *Et pro more canitur ter, ab iis qui sunt in Tribunali,* Dignus, *Et paritev a Cantoribus, ter. Et desinit cantit illi Pontifex sanctum Flabellum, dicens similimodo,* Dignus. *Et osculatur illum. Et eodem pacto Diaconi cuncti illum osculantur. Ille vero Flabello accepto, e latere sacræ mensæ, a dextra parte stat, & super sancta ventilat. Et alter Diaconus, extra Tribunal in loco solito, in quo Paræmiæ leguntur, stat, & dicit,* Omnium sanctorum memoriam agentes, Adhuc & iterum in pace Dominum precamur. *Et reliqua. Communionis vero tempore, prior aliis, sanctis mysteriis participat Ordinatus, & Diaconica suo loco pronunciat, videlicet.* Recti communicantes. *Neque ita fiunt, quando missa integra celebratur. At quoniam etiam in Præsanctificatis fit, faciendum, quod postquam Præsanctificata in sacra mensa deposita fuerint, priusquam Diaconus dicat.* Compleamus orationem *fol. 166. Offertur Ordinandus, & Ordinationis ritus, ut diximus, peragitur.*

In Ordinem fieri solitum in Diaconi Ordinatione Variæ Lectiones.

SEdm licet in pluribus conveniant, verbis tamen ubique ferme M. S. Regiæ, Cryptoferratensis Reffarionis, & Barberinum S. Marci discrepant. Regia itaque & Cryptof. sic legunt.

Σχεδὸν ἁγίᾳ ἱερουργικῇ ὁλοτελείᾳ τετελεσμένῃ, ὅταν μέλλωσιν ἀνοίγεσθαι αἱ ἅγιαι θύραι, ὁ διάκονος ἐκφωνεῖ· Μνήσθητε τῶν ἁγίων μυστῶν ἐν τῇ θείᾳ εὐχῇ. Καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱεράρχης· Καὶ ἀξίωσον ἡμᾶς, Δέσποτα, μετὰ παρρησίας ἀκατακρίτως παρεστάναι σοι τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ σου, καὶ προσενεγκεῖν σοι τὴν ἀναίμακτον ταύτην λατρείαν ὑπὲρ ὧν προσηνέγκαμεν σοι καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ἀγνοίαις ἡμῶν κοιμηθέντων· καὶ ἀξίωσον ἡμᾶς καὶ τῆς ἐπουρανίου σου δόξης μεταλαβεῖν, ἐν τῇ ἀδιαλείπτῳ καὶ ἀκαταπαύστῳ καὶ ἀνεσπέρῳ καὶ ἀνεκλείπτῳ καὶ ἀκοιμήτῳ καὶ ἀνεκδιηγήτῳ καὶ ἀπεριγράπτῳ καὶ ἀπεριλήπτῳ καὶ ἀπεριορίστῳ καὶ ἀπεριμέτρῳ καὶ ἀπεριβλέπτῳ καὶ ἀπεριφράστῳ καὶ ἀπεριθωρήτῳ καὶ ἀπεριθεωρήτῳ καὶ ἀπεριθεάτῳ καὶ ἀπεριθεάστ

In Ordinem fieri solitum in Diaconi Ordinatione Notæ.

1. Κατέστω τὸν ἐπὶ τῶν μυστικῶν θρόνων.) Paulo ante Dominicam orationem recitatam Diaconus consecratur, cum toto Canone decurso benedicit populo Pontifex, his verbis, *ut sicut ex ritu quæque videre est in Chrysostomi Liturgia fol. 63.*

2. Ὑποδιάκονοι δύο διάκονοι.) Subdiaconus, quem hic duo Diaconi, in Regis vero Archidiaconus deducere legitur, ab uno semper vel pluribus Diaconis etiam deductus in Ecclesia Latina Ordinandus, Pontifici offertur, ne honorem a se ipse quisquam assumat, sed qui vocatur a Deo, electos namque septem primos Diaconos ante Apostolos latuerunt. Qui deducit autem, Archidiaconus est, vel ut loquitur Innocentius tertius cap. unico de feriotio in ord. faciendo, *prior Diaconorum qui Pontifici assistit*, cui nonnunquam comitem alium Græci adjungunt; quam quidem consuetudinem jam tempore Romæ, quam deinde totus orbis insitatus est, & morum suorum exemplar sibi proposuit, introductam, testatur Hieronymus epist. 85. ad Evagrium, atque ita Epiphanio contigisse in sua ad Diaconatum promotione, ejus gesta declarant, *tunc cum, ait ipse, ἀναπεφρικὼς ἐγὼ καὶ ἔκφρων ἐγενόμην ἐπὶ τῷ ξένῳ τοῦ πράγματος, ἐνόμισα ἐμαυτὸν ὀνείρου ἐν μέσῳ εἶναι, ἕως ἀναγνωσθεὶς ἀπὸ τῆς ἱερατικῆς τράπεζης βιβλίος, καὶ τὸν ἐπιτεταγμένον ἀκούσας τὸν ἐπὶ τοῦ ἀναγνώσματος ἑστῶτα διάκονον, ἔγνων ὅτι ἐπὶ τὸ ἱερατικὸν ἀναφωνεῖται. χειροτονίαν ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὀνόματι ἐποιήσατο. Comprehensum capite Epiphanium e Diaconis unum ad Paphum* (erat ille Cleri Episcopus) *versus altare ducit invitum & renitentem, ita ut plures ad deducendum confluerent, ut eum ad altare deportarent. Ordinat itaque illum in Diaconum, & ei pacem impertitus.*

3. Ἐνώπιον τῶν θυρῶν.) In sacrarii porta juxta cancellos, quibus substernitur gradus *ambon* dictus, de quo fol. 15. ubi Subdiaconus velut in proprio loco subsistit. Consule dicta de Ordinatione Subdiaconi num. 14. & 31.

4. Ἐπιλαμβάνεται αὐτοῦ τις τῶν ἁγίων ἱερέων.) Hierarchicos Ordines & Diaconatum primo, ad altare, in quo eorum ministerium perficitur, conferri debere diximus, ex Dionysio de Eccl. Hierar. cap. 5. ὁ ἱεραρχικὸς ἐπὶ τὸν ἱερὸν τῶν ἱερῶν ἀνάγεται βωμὸν ὁ ἐν ἱερεῦσι τελούμενος. *Diaconus genu altero flexo ante altare*, & inferius, ἡ εἰς ἐπὶ τὸ ἱερὸν διακονίας προκομιδὴ, καὶ διάκονος ἐπὶ διπλοῦν γόνυ πεσὼν πρὸς τὸν ἱερατικὸν βωμὸν ἀναφέρεται. ἀνάπτυξις τῶν ἱερῶν λογίων, ἀγὴ ἐπὶ τὸν ἱερὸν ἐκείνου βωμὸν, *Accessus & oblatio ad divinum altare, gerumque sicut*, *significat omnibus, qui potestate Pontificia consecrantur, subjiciendam omnino Deo sacrorum auctori proprium vitam, & quicquid spirituale & intellectuale in se possident*; Subdiaconos autem & Lectores, ad altare Consecrationem iterum hujusce scribit Amalarius Fortunatus lib. 2. de Eccl. Offic. cap. 6. quod fuerint gradus processu temporis superioribus Ordinibus dignioribus in ministeriis occupatis adjecti.

5. Κυκλούμενος ὁ ἀρχιδιάκονος.) Familiaris ab antiquo fuit Græcorum consuetudo, ut Deum adoraturi & deprecaturi, vel sacrum Tribunal there sustinaturi, juxta prophetam Davidis vocem psal. 25. *circumdarem altare*; itemque psal. 26. *circuivi & immolavi in tabernaculo ejus hostiam jubilationis*: cujus quidem moris, animi angustia pressus Synesius, studiosum se fore promittit in Catastasi, ἐκκλησίᾳ προσέσεσθαι καὶ περὶ τὸ θεῖον κυκλώσασθαι τὸ ἐνεστηκὸς ἐπὶ τῷ ἐμῷ ἀνάγκῃ. *Circumire altare*, *lachrymis pretiosissimum solum irrigabo*, nec prius abscedam quam sacras fores obtenuerimque illum afflatum quem sacras fores obtenuerimque illum afflatum fuero. Cur vero cultum istiusmodi nunc exhibeat Diaconus Ordinandus, conjicere moliuntur Franciscus Hallier eruditorum quisque ac grandi, de sacris Ordinationibus volumine. Ac licet circularem illum Subdiaconi cum Diaconis deducentibus, circa altare processum, arcana significatione carere non inficiemur tamen tamen ipse altaris circuitus ad promptæ obedientiæ testimonium, vel ad animi se & consilia caduca atque vobilia esse contemplantis, & in solo Deo conquiescere gestientis agitationem ostendendam, vel tandem ad perfectionis studium significandum, & ad circumspiciendum se, & omni ex parte nonnisi coram Deo diffortiendi conscientiam suam, votum emittat, facile pronunciare auctore Græci testimonio destitutus non audeo: alia semper arsit ritus hujusce expositio qua Diaconus sacram mensam venerari, expressisque in ejus angulis crucem, sacris ostiolis excipere videtur, ut sacrarii altarisque sanctitatem fuscerevert, seruaque sacerdotum humilem se ministrum deinceps fore prosecetur, & a throno Dei sanctitatem omnem adimplendo ministerio requisitam, in se traducendam expectet; circuit itaque ut immolet in tabernaculo Domini, circumdat altare ut audiat vocem laudis: meroit, inquam, ad altare Dei juventutem ejus renovantes, tum forsan ob fines prædictos, tum propter alium quem ut brevius, ita & aptius positum legis, apud Symeonem Thessalonic. de sacram. frequens jam citato. τρεῖς μὲν κύκλοι ἀγίου καὶ ἁγίου καὶ Τριάδος. *Sanctus* ὁ τρισάγιος ὕμνος, ἐπειδὴ μέλλουσι τὸν ἅγιον ἀνιέναι βωμὸν, ἅγιον ἅγιον ἅγιον, ὅτι καὶ τρισὶν ἀγίοις ἐπιτελοῦσι τὴν ἱερουργίαν. *Ter quidem sacram mensam obeunt in Trinitatis honorem. Diaconi vero Ordinandum deducunt, ut pote qui eorum ordinem ingressus sit. Canticum vero Martyrum canitur: quia ad Ordinem præsentem, dum ille vivit, vere pugnam subit, fidem servavit, puritatem custodivit, propriamque coronatus: & Ecclesia Martyres quasi ejusdem tripudii consortes futuras invocat.* Trinus igitur ille circuitus, chorea sancta est, qui fidelibus in sacramento Baptismi & Matrimonii celebrando, infra suis locis contemplabimur.

6. Ἅγιος ἀθάνατος.) Hujusmodi est hoc Canticum, cujus canendi causam superior numerus explicuit. Ἅγιος ἀθάνατος οἱ χοροὶ ἀδιάκριτοι, ἡ τριφαεστάτη ἀγάπη τοῦ Κύριος ἐκκλίνας καὶ ἐνεργήσας ἡμῖν. Sancti Martyres præsto præsint, & coronati, intercedite ad Dominum ut animarū nostrarum misereatur.

7. Σημειῶσαι τρόπον ἡ κεφαλή.) Crucis virtus & signum, cui non quidem peragit Sacramenta, inquit auctor libri de Baptismo Christi apud Cyprianum, & sine ea, nihil aliud est sanctum neque aliqua consecratio meretur effectum. Verum Ordini insuper ita peculiaris & propria facta est, ut Lectorum Σημειῶσαι τρόπον ἡ κεφαλή ea sola perfici Græcos docuisse superius animadvertimus; cæteris autem in Ordinibus ita requisitam tenent Augustinus in appendice de diversis ser. 33. & Chrysostomus hom. 54. in Matthæi ejus virtutem, quâ accidentaria conditione nimirum, compleri, non dubitavit effusis afferre. Hujus verba sunt. ὁ γὰρ σταυρὸς ἡ ἄνωθεν κατιοῦσα τὸ καθ' ἡμᾶς, καὶ ἀναγνώσεως δέησις, ἐπειδὴ σφραγὶς ἐστὶ βαπτίσματος τὸ γινόμενον ἐπὶ τῶν κατηχουμένων τοῦτο ποιεῖ, καὶ χειροτονίαν ἔχει πολλὴν

ea hæc manus impositio repræsentat: & proinde, quæ est Sacramentorum natura, quod significat, operatur. An non etiam dextera Domini gloriscator in virtute, cum Latino Diacono manum imponit Episcopus, dicens: *Accipe Spiritum sanctum ad robur, ad resistendum diabolo & tentationibus ejus, in nomine Domini?* Verum traditio libri, inquies, reliquis Latini, & Habelli exhibitio, Græci usitus, materiæ locum obtinebit: non manus impositio. Quinimo manuum impositioni adveniunt illæ traditiones instrumentorum, ut accidens subjecto, ejusque solummodo extensio sint, & ut ita dicam, nuda obitere traditæ potestatis explicatio. Cum namque manus & dextera voce, non raro occurrat in scriptura, Dei potestas & virtus intellecta, ejus Pontificalis impositio, χειροτονία, nihil aliud præter divinæ virtutis agere debet in Præsule, Dei nomine sacros Ordines conferente: ea siquidem mens est D. Thomæ 3. p. qu. 84. art. 4. dicentis: *Impositio manuum in sacramentis Ecclesiæ fit ad significandum aliquem copiosum gratiæ effectum, quo illi quibus manus imponuntur quodammodo per quandam similitudinem continuantur ministris, in quibus copia gratiæ esse debet. Et ideo manus impositio fit in sacramento Confirmationis, in quo conferitur plenitudo Spiritus sancti, & in sacramento Ordinis in quo conferitur quædam excellentia potestatis in divinis mysteriis. Unde & 2. ad Tim. 1. dicitur: Resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum nostrarum.* Et S. Bonaventura in 4. dist. 24. art. 2. qu. 1. *In Ordinibus*, inquit, *fortis*, (per sacros, Hierarchicos intelligit) *quoniam datur ibi nobilis potestas & excellens, sit manus impositio, non tantum instrumenti traditio, quoniam manus est organum organorum, in quo scilicet principaliter residet potestas Ordinandi: unde sic Ordinabant in ecclesia primitiva.* Hæc ille, conformiter ad D. Thomam, quæ quidem atgute confirmantur attento vocabulo, χειροτόνησις; in Græcis ritus Ordine, & ejus forma proferendo, de quo rursum infertis num. 15. Dum enim χειροτονοῦσι, manum Ordinando imponunt Græci Pontifices: ἡ θεία χάρις, inquiunt, χειροτονεῖ τὸν: *divina gratia non declarat tantum, designat, creat, aut promovet* (quæ germana hinc hujus vocabuli significata) *verum etiam pro omnibus habet, & manuum ministerio instituit*, &c. Hinc que, reor, emicat alterius vocabuli, χειροτονίας nempe, sensus proprius & non refellenda significatio, qua certe non nudam manus extensionem in creandis magistratibus, proindeque solam eorum electionem exprimit, quin potius veram eorumdem promotionem, & institutionem, spirituali tradita potestate, & a superiore parium imponente in inferiorem sibi suppositum traducta virtute, cui similis ea fuit, qua jubente Deo, per manuum impositionem impertiit Moyses, Josue filio Nun, numer. 27. *Tolle*, dixit Deus, *Josue filium Nun virum in quo est Spiritus, & pones manum tuam super eum, & dabis eis præcepta eundis videntibus, & partem gloriæ tuæ*, (potestatis nimirum qua pollebat Moyses in populum) *ut audiat eum omnis synagoga filiorum Israel.* His tandem adde, quod in officio peragendi, collatus Ordo, ἔργον χειροτονίας, opus manuum Episcopi vocatur, quasi proprius partus, & effectus ejus: ut vero sine manibus nil operatur homo, ita nec sine manuum impositione, opus suum, ministrorumque consecrationem Pontificia dignitas & virtus potest aggredi.

22. Εὐχαριστῶ.) εὐχάριστον hæc, (clariori nempe voce a Pontifice prolata verba) ea est, quæ apud Dionysium de Eccles. Hierarchia cap. 5. dicitur ἀνάρρησις, & ἀναφώνησις ἱερά: *publicatio, & sacra renunciatio*, qua nempe tamquam legitima forma Hierarchicus Ordo perficitur, & conferri censetur. Et sane, quamvis auctori voluminis egregii de sacris Ordinationibus, vocabulum ἀνάρρησις, non Ordinis formam, sed potius eam *acclamationem, & præconium laudis*, quo Pontifice Flabellum Diacono tradente, vel etiam propriis cum vestibus induente, τὸ, ἄξιος pronunciatur; præconium, inquam, hoc, & acclamationem qua dignus hoc munere Diaconus judicatur, potius quam formam, qua Ordinatus declaratur & conferratur, videatur significare; mihi certe ex adverso, S. Maximi & Pachymeris auctoritas in citatum Dionysii locum, vocem ἀνάρρησις, aliud quam germanam Ordinis formam non posse declarare persuadet. Et ille quidem in Scholiis dolte vocem exponens ἀνάρρησις, inquit, *ἀνακήρυξις τῆς ἐκλογῆς τοῦ ἀναγορευομένου ἀρχιερέως ἢ ἱερέως ἢ διακόνου, ἀπὸ τοῦ ἀναγορεύειν ἐπὶ τοῦτο, ἢ ἐπὶ τοῦτο τοὺς ἄλλους, ἢ ἐπὶ τοῦτο τοὺς ἄλλους ἐκλέγεσθαι, ἢ ἐπὶ τοῦτο τοὺς ἄλλους ἐκλέγειν. Explicatio, est quasi prædicatio ex nomine: consignans enim eum Pontifex qui ordinat, ex nomine dicit. Consignatur N. ex Presbytero in Episcopum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quod similiter etiam fit in Presbyteri, & Diaconi ordinatione.* Vide non in extollendo Ordinati præconio, aut in ejus gloria, per vocem ἄξιος, celebranda; sed potius in ejus nomine, cum cruce signatur, proferendo, fieri, ἀνάρρησιν, de qua Dionysius loquitur: quæ licet nominis appellatio a S. Maximo notata, posterioribus temporibus omissa sit (nec enim amplius pronunciat Pontifex ἀναγορεύει τὸν δεῖνα Σίγνατορ N. &c. sed crucis signum faciens ter expromit) ne forsan verbis iisdem Ordinatum conferari sentirent ignarus quispiam: ἀνάρρησιν eamen alia, significatum idem semper servat, eodem Maximo teste, in sequentibus scribente: ἀνάρρησις, ὅτου δ' ἂν ἡ χειροτονία γένηται. ἀνάρρησίς ἐστι τοῦ ἀναγορευομένου ἐπὶ τῇ ἱερᾷ ἀρχῇ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἀναγορεύειν, ἢ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἐκλέγειν, ἢ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἐκλέγεσθαι, ἢ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἐκλέγειν. ἀνάρρησις ἐστιν, ὅταν ἡ ἱερὰ τῆς χειροτονίας κατάστασις ἀναφωνῆται. ἡ δὲ ἀνάρρησις ἐστὶ διακήρυξις τῆς ἐκλογῆς τοῦ χειροτονουμένου ἐπὶ τῇ ἱερᾷ ἀρχῇ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἀναγορεύειν, ἢ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἐκλέγειν, ἢ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἐκλέγεσθαι, ἢ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἐκλέγειν. *Declamatio, est renunciatio in Ordinibus, sicut in Ordinatione Episcopi, pro sancto patre Episcopo hoc: In Presbyteri autem, pro hoc Presbytero: in Diaconi vero, pro fratre nostro hoc Diacono. Hic porro recitationem dicit, quando in ipsa Ordinatione, ejus qui Ordinatur nomen prædicat, dicens: Divina gratia promovet N. talem in talem.* Non est itaque ἀνάρρησις nisi nominis ejus, qui Ordinatur expressio, sive cum cruce in præcedentibus signatur, sive cum in sequentibus, ut pro eodem Ordinato roget, populum hortatur Pontifex: ἀνάρρησίς ἐστι τοῦ ἱερέως ἀντὶ τοῦ ἀναγορεύοντος τοῦτο, ὑπὲρ τοῦ ἀναγορευομένου ἱερέως τοῦτο. Antiquitus teste Maximo nomen effingebatur: sive (quod nunc etiam fit in ipsa Ordinatione, nomen Ordinati non taceatur, cum dicitur: ἡ θεία χάρις ἀναγορεύει τὸν δεῖνα, &c. *Divina gratia promovet N. &c.* Adhiipulatur præfatus supra Pachymeres in Paraphrasi scribens: ἐπειδὴ δὲ ἡ ἀναγόρευσίς ἐστι, τὸ ἐκλεγόμενον ἱερέα διακελεύεσθαι παραπέμπειν ἢ ἐπιφωνεῖν ἀφορίζει, ἢ ἐπὶ ἄλλο τι ἀναγορεύειν, ἢ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἐκλέγειν. *Est vero illud tribus* (Diacono, Presbytero & Episcopo) *commune coram sacro nempe altari confectatio, signum crucis forme, nominis appellatio, & ejusdem consecrationis consummatio*: ac cum in signo crucis forme, vel in Pontificis ad orationem monito, non amplius Ordinati nomen exprimatur, sed in aliis quæ elucubratur verbis: reliquum est ut ea sola ἀνάρρησις nominis appellationem non continens solum, sed & Hierarchici Ordinis formam exhibeant: dixi enim addictus jam Maximus, τὸν δεῖνα ἀναγορεύει ἡ ἱερὰ τῆς χειροτονίας κατάστασις ἀναφωνηθεῖσα. ἡ δὲ ἀνάρρησίς ἐστι διακήρυξις τῆς ἐκλογῆς τοῦ χειροτονουμένου ἐπὶ τῇ ἱερᾷ ἀρχῇ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἀναγορεύειν, ἢ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἐκλέγειν, ἢ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἐκλέγεσθαι, ἢ ἐπὶ τοῦτο τὸν δεῖνα ἐκλέγειν. *Et in hoc vel hac acclamatione dicit, cum in ipsa ultimali Ordinatione*, ut ita loquar, *ipsum actu Ordinatum prædicat: divina gratia promovet N. in istum*, ac non promovet nisi per verba formam in ipsa Ordinationis actu includentia: verba igitur acclamationis etiam Ordinationi adjunguntur, & eam continens. Cujus quoque rei infirmum est argumentum, quod verba Ordinati confectativa, manuum impositionem concomitari debeant, sicut forma materiam sibi propriam, ait enim Ambrosius in cap. 4. primæ ad Timotheum epistolæ: *Manus vero impositiones verba sicut mystica, quibus confirmatur ad hoc opus electus accipiens auctoritatem.* Et Hieronymus in ejusdem epistolæ cap. 5. *Non solum ad imprecationem vocis, sed etiam ad impositionem imponat manus*: sed alia verba, præterquam sequentia ἀναγορεύει, Ordinativa manus impositionem non sortiuntur adjunctam: longe natus est Theologus quivis, ut abjunctam: longe natus est Theologus quivis, ut abjectis verbis rejectis, in subsequente deprecatione formam hujus Sacramenti constituat: superest ergo difficile concludendum, jamjam considerandum ἀνάρρησιν, cum a Theophane citetam apud Baronium anno Domini 714. num. 4. & a S. Maximo ter jam relato antiquitatis suæ testimonium nactam, verum, germanam & recipiendam Ordinis formam in se includere, quam a Latina nostra nullo modo discrepare constabit, si rationem sensus, non sonus verborum attendatur, & ad Theologiæ potius, quam Grammaticæ amussim, discriminis omne judicium referre non avertemur: de quo in sequentibus.

23. Ἡ δεία χάρις.) Gratia, si præcipuum textum, species, rium maxime significationem secum deferens: Primo Dei, ipsius gratiæ auctoris, qua ferbi dixit Paulus 2. Cor. 15. *Abundantius illis omnibus laboravi: non ego, sed Gratia Dei mecum*: non est autem gratia quæ collaborat, sed Deus ut primum operati animi sanctarum principium, qui homini bene operandi præstat auxilium. Secundo ipsam Dei electionem, qua homo ad altiorem gradum provehitur, & vocationem qua in sublimiore data collocatur, vox *Gratiæ* indicat; eiq; sensum hunc tribuit Paulus ad Rom. 4. *Reputatur fides ejus ad justitiam secundum propositum gratiæ Dei.* Et Ierem. 1. ad Tim. 2. *Vocavit nos vocatione sua sancta non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & Gratiam &c.* Et tertio tandem *Gratiæ* quæliber spectalis in sacramentis receptæ, & sacramentis a quibus procedit conformis, *Gratiæ* quoq; nomen accipit: & hujusmodi est tandem conjugum connubius, mutua fidei sibi datæ obligatio, prolis studiosa educatio, in matrimonio: servatio, prolis studiosa educatio, in matrimonio: animæ salus, & ejus recta vectigalio in sacramentis, &c. uno verbo talis est omnis, quæ vocatur *Gratia* sacramentalis, sive illa per modum inhærentis in sacramentum suscipiente, qualis est potestas spiritualis recenter Ordinato collata, sive per modum usus. & ut progrediens a sacramenti *ministro*, consideretur: cujusmodi est conferendi sacros Ordines auctoritas spiritualis, quæ non tantum habitu in Pontifice residet, sed actu operatur, & ut instrumentalis motio sub Deo tamquam præcipuo agente actionem sibi proprium exercet. His tribus Gratiæ spectatis acceptionibus, dubitanti quisnam sensus sit his vocibus, ἡ θεία χάρις ἀναγορεύει. *Divina gratia promovet*, &c. tribuendus, Respondendum, nomine *Gratiæ*, primo Deum ipsum intelligi. Profitetur Id Symeon Thessalonicensis, de Sacramentis: ἡ Ἀναγορία, inquit, ἐκλογή, ἡ θεία χάρις· ἡ τοῦτον ἀναγορεύουσα. *Pontifex pronunciat Divina gratia. Quibus verbis*, (Ordinationem) *communis esse Trinitatis donum testatur, & ipsum imperat.* Quasi dicerent: non ipsam gratiam, præciso quocumq; alio, ad Ordines promovere; sed potius Deum ipsum medias tua gratia, & ut Deus velut præcipuus sacramenti hujus auctor dignoscatur, a tribus personis, Patre, Filio, & Spiritu S. indivisim a se invicem opus exercentibus quodcumque producentibus, donum hoc procedere fatendum est, unde & crucis expresso signo sanctæ Trinitas in sequentibus invocatur, & confestim, ut uberior in Ordinatum Spiritus sancti *gratia* defundat, fit oratio. *Sicut inquit Græci*, ait D. Thomas post Chrysostomum homil. 50. in Matthæum, & Augustinus tractatu 6. in Joannem, *non attribuunt ipsum baptismi ministris* (dicentes ego te baptizo, sed baptizatur servus Christi) *ad evitandum antiquum errorem eorum, qui virtutem baptismi baptizantibus attribuebant, dicentes: Ego sum Pauli, ego vero Cephæ*: sic vitando paris erroris periculo, vel majoris humilitatis profitendæ gratia; personam, quoritatem, adumque proprium in conferendo Ordine silent, ut tota sacramenti virtus Deo gratiarum omnium auctori nulla difficultate tribuatur. Aeque ita par omnino est Latini, vel Græci Pontificis sententia, cum ille, *Accipe potestatem offerre sacrificium Deo*, &c. enunciat; vel hic ἡ θεία χάρις ἀναγορεύει τὸν ἱερέα: profert: & pari ratione Latinus, aut Græcus divina eadem *Gratia* promotus in Presbyterum, accipit potestatem offerendi sacrificium Deo, missaque celebrandi. Intelligitur quoque *Gratia* ejusdem vocabulo, cum divina electio, tum ipsa Dei ad sublimem Ordinis gradum, dignitatem, & officium vocatio: ita Paraphrastes Pachymeres Dionysii de hoc sacramento loquentis perspicuam aliunde mentem interpretatur: ὁ τῆς χάριτος ἱεροφάντης φησὶν ἀναγορεύεσθαι τὸν ἱερέα ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως· ἡ γὰρ χάρις ἐκλέγεται τὸν ἱερέα, ἢ ἐκλεκτὸν τὸν ἱερέα ἐκλέγει. *Divinæ gratiæ mystagogus ait ordinandum ab Episcopo declarari, quia non gratia, id est humanitus, sed a Deo inter Ordinandum eligit. Hæc nos fatemur, sed a Deo inter Ordinandum eligit. Hæc nos fatemur, sed a Deo inter Ordinandum eligit. Hæc nos fatemur

Ordinatum, eique juxta gradum suum manum ultimam imponit; quod aliud nihil est, quam quod docent Theologi, per Ordinis effectum & Characterem, velut per causam formalem, ultimam suam perfectionem Ordinatum sibi comparare.

14. Ἡ θεία χάρις ἡ τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα.) Crebro manus hominibus imposuisse Christus legitur, cujus quidem actionis frequentius ab eo exercitæ non nisi geminum finem sibi præstituisse possumus edicere, salutem nimirum ægrotis restituendam, & pueris benedictionem impertiendam. Priorem finem eloquuntur innumera Evangelii loca: posteriorem manifestus est Luc. 18. & Matth. 19. ubi dicitur: *Tunc oblati sunt ei parvuli ut manus eis imponeret, & oraret. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde.* Operabatur autem per factum hujuscemodi contactum divina gratia, & infirmis quidem sanitatem corporis restituebat, imperfectis autem pueris desideratum animæ profectum, & complementum elargiebatur: atque ita ἡ θεία χάρις ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα προεχειρίζετο. *Divina gratia, quæ semper infirma sanat, & quæ desunt supplet, promovebat* unumquemque, juxta quem patebatur defectum. Hac de causa SS. Patres & Apostoli a Christo primitus edocti, tum ut priorum ejus attactuum sacrorum sequerentur exempla, tum ut beneficia per eos quondam præstita commemorarent, & paria quoque se suscipere quotidie demonstrarent, simili manuum impositionis genere, in conferendis Ordinibus, ab ipsis Ecclesiæ incunabulis, consueverunt uti. Nil mirum itaque si ubi potestas Ecclesiastica ministris Christi & Apostolorum Discipulorumque successoribus deleganda est, tum ut infirmitatis suæ remedium, tum ut defectibus propriis supplementum reperiant; aliorum deinceps ægritudinibus medelam, & imperfectionibus incrementum allaturi, nec magnum attactum prætermittant, nec divinam gratiam, salutis & benedictionum fontem inexhaustum celebrare desistant. Hanc licet observationem circa Ordinis formam nullus quod sciam Græcus auctor aperte fecerit; non ignotam tamen, & illibatam penitus reliquit Symeon Thessalonicensis lib. de Sacram. dicens: καὶ ἰδίως ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα· πάντοτε γὰρ ἡμεῖς, καὶ λίαν ἀσθενεῖς, καὶ μάλιστα πρὸς ταῦτα τὰ Θεοῦ ἔργα. διὸ καὶ ἡ θεραπεία τῶν ἀσθενῶν ἡμῶν παρ' αὐτῆς. ἐστὶ γὰρ παρ' ἡμῖν τοῦ θαύματος· καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα φησιν. οὐ γὰρ ἡμεῖς ἀφ' ἑαυτῶν τι κατεργαζόμεθα, ἢ ἰσχύομεν· ἀλλ' αὐτὴ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις ἡ πάντα δυναμένη, καὶ τιμιουσα ἡ πληροῦσα ἃ οὐκ ἔχομεν, ὁ ὁ ἀναπληροῦσα τὰ ἐλλείποντα ἐν ἡμῖν. *Deinde subjungit: quæ semper infirma sanat. Quippe nos humiles, valde & infirmi sumus, præsertim ad hujusmodi Dei munera præstanda. Idcirco & curationem ipsa nobis infirmis adhibet, ipsa nimirum probat vires. Et quæ desunt, inquit, supplet. Non enim nos a nobismet ipsis aliquid comparamus, aut possumus: sed ipsa Dei gratia, quæ omnia potest, omnia præstat, quæ nos minime habemus, quæ item supplet, quæ desunt in nobis.*

15 Προχειρίζεται.) Symeon ὅτι προβάλλεται, ἐκλέγει, τελειοῖ ἅμα τῷ λόγῳ καὶ τὸ χάρισμα δίδωσιν· οὐδὲ γὰρ χρόνου χρεία τῇ παντοδυνάμῳ καὶ ἀποτελεσματικῇ δυνάμει. *Hoc est designat, creat, constituit, consecrat, seu consecratione perficit. Una cum verbo simul donum datur: neque enim potentiæ omnipotenti sua natura perfectissimæ opus est tempore.* Idem, προχειρίζεται, declarare, oculis subjicere, & sui præsentia certiorem reddere significat apud Budæum, hocque eodem sensu scripsit Synesius. ὁρᾶν οἱ δοκῶ τὰ ἐμά, τὸ ἀντιπαθὲς ἀπὸ τῆς διαθέσεως εἴδει προχειριζομένης τῆς μνήμης: *objectum te cernere mihi videor, instam sive insitam ex affectu speciem memoria nunc repræsentante, & velut oculis exhibente.* In Ecclesiæ quippe conspectu, manuum Pontificiarum ministerio, simul ac profertur θεία χάρις, ipsa divina Gratia, in Ordine constitutum declarat: non nudo quidem verbo, aut Deo solo ad Pontificis præsentiam consecrationem operante, sed & Pontifice quasi ministro manum admovente, & imponente: ut ab eo, ceu rivo sacramenti Gratia, & Ordinis potestas a Deo primævo bonorum omnium fonte, in consecratum derivetur. Agnoscit enim & ipse Pontifex instrumentalem suum concursum, cum in oratione mox subsecutura inquit, ὃν εὐδόκησας προχειρισθῆναι δι' ἐμοῦ, & a se Ordinatum profitetur eum, qui suæ manui supponitur.

16. Τὸν δεῖνα.) Hujus particulæ, nominis videlicet exprimendi invitu, S. Maximus sacramenti hujus formam vocavit, ἀναγόρευσιν, & ἀνακήρυξιν, *præconium & renuntiationem*; quam Dionysius dixerat ἀνάρρησιν, *acclamationem*: de qua Symeon: καὶ τὸ ὄνομα λέγει, ἵνα τοῦτο γραφῇ ἄνω, καὶ γνωστὸς γένηται, ἀγγέλοις τε καὶ ἀνθρώποις· ὅτι καὶ Θεοῦ καθίσταται λειτουργός. *Etiam nomen profert (Pontifex) ut illud scribatur in cælis: & notus fiat Angelis & hominibus, quandoquidem & Dei constituitur minister.* Ne videlicet de recepto sacramento dubium oriatur, nomine suo designatur consecratus; quem ut determinet minister Latinus, his eum verbis excitat: Accipe potestatem, & alibi baptizo te, signo te, &c.

17 Τὸν εὐλαβέστατον ὑποδιάκονον.) Non subjectum modo, sed conditionem quoque subjecti digito indicant hæc verba: de quibus Thessalonicensis. τὸ μὲν καὶ τὸ πρῶτον χάρισμα, καὶ τὸ ἔχοντα ὡς Θεοῦ ἀνακείμενον, ὡς Θεοῦ χάριν ἔχοντα, καὶ ἐν Χριστῷ ἐνεργοῦντα. *Honorat ipsum antiquum munus, tum eo munere præditum, tamquam Dei ministrum: denique gratiam possidentem, & in Christo ad agendum efficacem.* Et præterea successionem Ordinum legitimam commendant, ut non nisi Diaconus Ordinetur, qui Subdiaconi jam sit honore provectus.

18 Εἰς διάκονον.) Idem Thessalonicæ Præsul. *Εἰς διάκονον δηλαδή, καὶ ὁ τὸ χάρισμα δίδωσιν ὁ χειροτονῶν καὶ χειροτονούμενος τὸ δηλοῦν ἐκ τοῦ λόγου ὁ ἱεράρχης ἐνδείκνυσι. & δηλοῖ ὅτι τῇ τοιαύτῃ ἡ θεία χάρις ἐνεργεῖ.* ἐν τῇ αὐτῇ οὐχ οἷον ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἱεράρχης λέγει, μετὰ τὸ χειροτονῆσαι τῆς χειρὸς ἐπιτεθείσης, & ἡ χεὶρ ἐπικεῖται. ὅτι & ἐνεργεῖ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἕν, & τὸ αὐτὸ πνεῦμα. τότε μὲν οὖν εὐθὺς, ἀπὸ ὑποδιακόνου, εἰς τὸ διάκονος γέγονεν. *Porro eum dicit, Diaconum, & officium consecrans tribuit, & qui consecratur una cum verbo Pontificis ministerium accipit, sanctissimoque ex divino Spiritu, ad operandum potens evadit. Siquidem & ipse consecrans non ut homo, sed ut Pontifex una cum gratia ea verba profert, & gratiam invocat, ipsaque gratia operatur. Nam & verbum Dei efficax est, & omnia operatur unus & idem Spiritus. Tum igitur statim e Subdiacono factus est Diaconus.*

19 Εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ.) Orat Ecclesia terminata consecrationis sententia, ut gratiam Spiritus sancti Diaconus accipiat, non qua character Ordinis imprimatur, is enim sine charactere nequit esse: sed qua virtutem sacramenti recens Ordinatus nanciscatur: & hoc eodem pacto Ecclesia Latina consecratis Diaconis precatur, ut cælesti munere dotati, & divinæ majestatis gratiam possint acquirere, & bene vivendi aliis exemplum præbere. Aliæ eorumdem verborum proferendæ rationes occurrunt apud Arcadium lib. 6. cap. 8.

20 Ὁ Ἀρχιδιάκονος.) De illo, & ejus functionibus, ubi de officialibus magnæ Ecclesiæ, inferius tractabitur.

21 Ὅσοι ἐκτενεῖς ταῖς συνεπαρθέντος διακόνους.) Ad illos hanc Collectam recitare spectat, tum quia Pontifici pro quo oratur assistunt, immo quia in collegium suum Ordinatum Diaconum sunt admissuri.

22. Περιζώννυσι τὸ ὀράριον.) De Orario, sic etiam Latinis quondam nuncupato, tum juxta testimonium plurium Conciliorum, tum secundum Rabanum lib. 1. de Inst. Cleri. cap. 14. plura diximus in Chrysostomi liturgiam num. 9. quibus addendum: illud, sicut & antiquas Diaconi, Sacerdotis, & Episcopi vestes, fuisse candidum, ut pote lineum: ita testante S. Germano, & ejus abbreviatore sub ementito Basilii, vel etiam ipsius Germani nomine, tum in M. S. R. tum in alio Cryptæ Ferratæ. οἱ διάκονοι εἰς τύπον τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων ταῖς λεπταῖς τῶν λινῶν ὀραρίων πτέρυξιν ὡς λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα προτρέχουσι. *Diaconi Angelicarum virtutum ad instar, tenuibus lineorum Orariorum alis, ceu famulantes spiritus in ministerium missi præcurrunt*: ut lineam propterea & Candidam vetus Ordo Romanus *stolam candidam* vocat in Ordinatione Diaconi. Accipe stolam candidam. &c. Utrobique vero Pontifex est, qui stolam Diaconi humero imponit: quem quidem ritum diserte pro more persequitur Franciscus Hallier, de sacris Ordinationibus ubi de impositione sacrarum vestium singulis Ordinandis.

23. Κατὰ τὸ ἀριστερὸν ὦμον.) Stolam tunicæ superpositam Diaconus Græcus gerit: id si pervicax quis negaret, mutis Vaticanæ Bibliothecæ picturis in Oecumenicorum Conciliorum delineatis imaginibus, facillime convinceretur ignorantia: argueretur & a Chrysostomo in hom. de filio prodigo, ἐπειδὴ τῶν ἀγγελικῶν ἐπιμελοῦνται παντες ὑμεῖς, καὶ μυστηρίων τὴν φρικτὴν μετέχουσι τὴν διακονίαν, καὶ μιμούμενοι τὰς τῶν ἀγγέλων πτέρυγας, ταῖς λεπταῖς ὀθόναις ταῖς ἐπὶ τῶν ἀριστερῶν ὤμων κειμέναις, & ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περιτρέχοντες. *Nostis spirituales delicias qui eas degustastis & recordamini tremendorum mysteriorum & ministrorum divini sacrificii, imitantium Angelorum alas tenuibus lineis stolis, quæ sinistris humeris impositæ sunt, & qui in Ecclesia discurrunt*: at si sub Dalmatica abscondita forent nullatenus viderentur nusquam πτέρυγες dicerentur, ut certe volitantibus alis quam similes haberentur, non latent enim in avibus alæ: ediscerer tandem novam apud Latinos esse, supponendarum tunicis stolarum morem, qui cum initio displiceret Braccarensis primi Concilii Patribus, ut Can. 27. his verbis conciperent, occasio fuit. *Placuit, quia aliquanti hujus provinciæ Ecclesiæ Diaconi, absconsis infra tunicam utuntur Orariis ita ut nihil differre a Subdiaconis videantur: ut de cætera superposito scapulæ, sicut decet, utantur Orario.*

24 Ἄξιος.) Clerum omnem populumque Episcopis, Presbyteris, & aliquando Diaconis Ordinandis, probitatis vitæ, virtutumque reddidisse testimonium plura antiquorum scriptorum enarrant monumenta. Id Apostolorum nomine sancit Clemens in Const. lib. 8. cap. 4. quo ab Ecclesiæ Præsule, Presbyteros & populum vult interrogari, an præbeant Ordinato testimonium? μαρτυρεῖται ὑπὸ πάντων ἄξιος εἶναι, *ab omnibus quod dignus sit testimonium accipit*: & συνθεμένων αὐτῶν ἐκ τρίτου ἄξιον εἶναι: *& cum tertio professi fuerint eum dignum esse*, consecrationem adipiscitur. Sanctionem Apostolicam in utraque Ecclesia severissime quondam observatam fuisse nullum dubium est, nisi forsan illi, qui mores Ecclesiasticos penitus ignoraverit. Et in Ecclesia quidem Latina inter præclaras frequentesque acclamationes, quibus populus Hipponensis ab Augustino successorem Eradium postulavit vicies quinquies, *olim Dignus, olim meritus*, dixisse legimus apud eumdem Augustinum epist. 110. & S. Eutychio in Præsulem C. P. subvehendo, cunctos proclamasse: *Dignus est, dignus est*: Symeon Metaphrastes refert apud Surium 6. Aprilis Aliis quoque Præsbyterali dignitate ordinandis μετ' εὐφημίας, καὶ ἀξιώσεως, ut Danieli Stylitæ Metaphrastes idem, & S. Medardo Fortunatus, referunt idem acclamatum. Rari sunt, qui Diaconis idem contigisse testentur. *Διακόνων γάρ*, inquit Balsamon in 36. Canonem Apostolicum, χειροτονουμένων μὲν, ψηφιζομένων δὲ οὐκ ἠκούσαμεν ὥσπερ ψηφίζονται οἱ ἐπίσκοποι, καὶ κατὰ τὸ παλαιὸν, καὶ οἱ ἱερεῖς καθὼς φησιν ὁ ιγ'. κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ Συνόδου. *Diaconos enim, ordinari quidem didicimus: eligi autem non audivimus, sicut eliguntur Episcopi & olim Sacerdotes, ut dicit Canon 13. Synodi Laodicenæ.* Acclamatio itaque circa Diaconum quæcumque est, non ad ipsi testimonium reddendum, sed ad Episcopis consecrationem actionemque approbandam, argumentum est & indicium: atque ita quem declarat hic Pontifex dignum: καὶ μετὰ τὸ βῆμα τῶν, a Clero nempe suscipitur: & παρὰ τοῦ λαοῦ quasi populi voce approbatur. Ex adverso vero si obtento gradu Ordinis quemquam privari contigerit, indignum ex antiquo pronunciabant Græci, qua ignominia iniquo judicio, & indigno penitus non Πρωτείω, sed Apocopi ministerio, mulctatus fuit sanctissimus Patriarcha Ignatius, cum ut enarrat Nicetas in ejus vita. μετὰ πολλὰ ἐν τοῖς λόγοις ἀμφισβητήσεως, & κόπου, & τριβῆς, κατ' αὐτοῦ ἐψηφίσαντο ψῆφον, μόνῃ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ τυραννικῇ χρώμενοι, ἀδικώτατα, ἐκβάλλουσι, καὶ ἀναξίως ἐκφωνήσαντες, & λοιπὰ, καὶ τὴν ἱερατικὴν στολὴν περιβαλόντες ἐν τῷ ἄμβωνι ἀνεκαλοῦντο, ἐκεῖ δὲ τὸν ἐνδυόμενον ἱμάτιον ῥυπαρὸν ἐνέδυσαν, Προκόπιος τοὔνομα, ὃ λόγῳ ἀλογος, καὶ βίῳ βέβηλος, ὃν ὁ πατριάρχης τούτου ἕνεκα ἀπέκρινε τοῦ βαθμοῦ. ἔτος πρῶτος ἀναφώνει τὸ ἀνάξιος, καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος ἐβόα τὸ, Ἀνάξιος. *Post longam verborum altercationem, laborem, & cunctationem, sola impotenti freti potentia, præter jus fasque omne, laceris ac sordidis vestibus eum (Ignatium) induunt: sacroque indumento Pontificum circumposito, rursus a tergo illum exuunt. Erat autem Subdiaconus quidam Procopius nomine, ab Ecclesia ejectus, sermone ineptus, vita impurus, quem propterea Patriarcha non ita pridem gradu moverat. Hic primus ablato a Patriarcha Pallio, vestesque reliqua sacra, illud solemne pronunciabat, Indignus:* Hanc scelesti Procopii vocem plerosque inter populi perstrepentis laudibus voces, tacite animo percipere testatur Ambrosius de dignit. Sacerdot. cap. 5. *Nescii homines & indocti in Ordinationibus cortum clamant: Dignus est, injustus est: & conscientia misera, Indignus es, injustus es, dicit.*

25 Καὶ ἀσπάζεται αὐτόν.) Pacem a Pontifice impertitam, ut superius legimus, accipit Lector, λαμβάνει παρὰ τοῦ Ἀρχιερέως εὐλογίαν; Subdiaconus benedictionem, λαμβάνει εὐλογίαν ἀσπασμόν: Diaconus cunctis familiarior & conjunctior factus, osculum ab eodem Pontifice, ceu Ordinationis sigillum, & totius sacræ cærimoniæ consummationem, ἱερὸν ἀσπασμὸν accipit: cujus quidem ἱερὰς ἐμφάσεως *sacram significationem* qui contemplari voluerit, adeat Dionysii de Eccl. Hierar. caput 5.

26 Ῥιπίδιον λαβών.) Consecrativam non esse, sicut apud Latinos instrumentorum, ita hic præsentem flabelli traditionem, sed illa Diaconum manus impositione perfecte consecratum ad Ordinis accepti executionem vocari, ex dictis de Lectoris promotione num. 12. & de Subdiaconi initiatione num. 13. occurrit colligendum.

27 Ἐν τῷ σύνθρονῷ ποτε.) Explicant Regia quis sit ille locus: nimirum ἐν τῷ ἄμβωνι: pluribus namque Diaconis missæ ministrantibus, quidam in sacro Tribunali, alii in Ambone consistunt, dicenda faciendave ad se spectantia, suo tempore præstituri.

28 Πάντων τῶν ἁγίων.) Vide Chrysostomi liturgiam fol. 79.

29 Τὸ, Ἰδοὺ μεταλαβόντες.) Fol. 84.

30 Ὅταν γένηται λειτουργία τελεία.) In Præsanctificatorum liturgiis, Diaconum posse ad Ordinem promoveri, hæc verba docent; cum enim longe post sanctorum donorum consecrationem, ea nimirum liturgiæ parte, quæ pariter reperiatur in Præsanctificatis, inauguretur, & ministerium ab illo hic exhibitum, in Præsanctificatis ibidem, præstari facile possit, nulla ratio est quæ perfectam liturgiam in eo consecrando requirat. De Sacerdote nihilominus aliud sentiendum & affirmandum est; ut enim ad sacrificium ejus Ordo dirigitur, a sacrificio quoque sanctimoniam mutuatur, & ante consecrationem Christi corporis, ipse consecrationem a Pontifice accipit; & confestim Pontifici concelebrare, & ei sanctificanti comitem se debet adjungere: quod in Præsanctificatis, sacrificii ratione & consecratione destitutis, nequaquam potest annotari.

Hæc de Diaconi Ordinatione. Quia vero Diaconissæ apud antiquos frequens est mentio, recentioresque quidam plura illi concessa detrahunt, & alia non concedenda tribuunt; & quia tandem ejus Ordinatio in vetustioribus M. S. Euchologiis post Diaconi initiationem occurrit, quæ hucusque non innotuit, Diaconissæ sacro ritu perficienda promotio, in lucem e squallore vetustatis & tenebrarum situ est proferenda, notisque illustranda. Hoc igitur pacto a Barberino S. Marci, & Cryptoferratensi M. S. prodit.

DE DIACONISSIS.

ORATIO IN DIACONISSÆ Ordinatione.

POstquam facta peracta oblatione sanctæ Tribunalis apertæ fuerint fores: antequam dicat Diaconus. Omnium sanctorum. *Diaconissa ordinanda Pontifici præsentatur: qui exclamat.* Divina gratia &c. *ipse caput inclinante, super caput ejus Pontifex manum imponit: tribusque crucibus effictis, hoc modo precatur.*

Deus sanctus omnipotens, qui per unigeniti Filii tui Dei nostri nativitatem ex Virgine, fœminam sanctificasti, & non hominibus solum, sed & mulieribus Spiritus tui gratiam, & adventum largitus es: ipse & nunc Domine, super famulam hanc tuam respice, & in ministerii tui opus illam advoca, & copiosum Spiritus tui sancti donum in eam infunde: eamque juxta beneplacitum tuum ministerium sanum jugiter implentem in orthodoxa fide, & inculpata conversatione, conserva. Quia convenit tibi omnis gloria, honor, & adoratio: Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et respondet. Amen: *unus Diaconorum precatur hoc pacto.*

In pace Dominum precemur.

Pro superna pace & bono statu totius universi: Dominum precemur.

Pro pace totius orbis: Dominum precemur.

Pro Archiepiscopo nostro N. Sacerdotio, opitulatione, perseverantia, pace, sanctate, salute ejus, & pro opere manuum illius: Dominum precemur.

Pro N. Diaconissa, nunc Ordinata, & pro salute ejus: Dominum precemur.

Ut clementissimus Deus, immaculatum & inculpatum ei ministerium largiatur: Dominum precemur.

Pro pientissimo, & Deo amabili Imperatore nostro N. &c.

Ut liberemur.

Suscipe, salva.

Et dum a Diacono fit hæc oratio, habens pariter Pontifex manum super Ordinatæ capite impositam, precatur hoc pacto.

Dominator Domine, qui neque fœminas seipsas conferentes, ut sacro consilio ædibus sanctis tuis, prout decet, ministrent, repellis; sed in ministrorum ordine illas admittis: etiam hanc tuæ famulæ, seipsam tibi conferre volenti, & hujus ministerii gratiam adimplere, sancti tui Spiritus gratiam, sicut Phœbæ ad opus ministerii electæ concessisti, largire: præsta quoque illi Deus, inculpate in sanctis tuis Ecclesiis perseverare, convictus sui rationem gerere, & continentiæ præterritis studiosam se monstrare, & perfectam ancillam tuam demonstra: ut & ipsa Christi tui Tribunali adstans, dignam rectæ conversationis accipiat mercedem.

Misericordia & miserationis unigeniti filii tui, cum quo, &c.

Et respondet, Amen. Diaconicam stolam sub

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑ.

1 Διακονίσσης.

ΜΕτὰ τὸ γενέσθαι τὴν ἁγίαν ἀναφοράν, ἢ ἀνοιγῆναι τὰς θύρας· φησὶν ὁ ἱερεὺς τὸν ἕξαρχον. Πάντων τῶν ἁγίων. προσφέρεται ἡ μέλλουσα χειροτονεῖσθαι τῷ Ἀρχιερεῖ· ἢ ἐκφωνεῖ τό, Ἡ θεία χάρις. κλινούσης αὐτῆς τὴν κεφαλὴν, ἃ ἐπιτίθησι τὴν χεῖρα αὐτῆ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· ἢ ποιῶν σταυρὸς τρεῖς, ἐπεύχεται ταύτην.

5 Ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος ὁ παντοδύναμος, ὁ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι πάντα ποιήσας διὰ τοῦ Χριστοῦ σου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἁγιάσας τὸ θῆλυ· καὶ οὐκ ἀνδράσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς γυναιξὶ δωρησάμενος τὴν χάριν, ἢ τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος· Αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα, ἔπιδε ἐπὶ τὴν δούλην σου ταύτην· καὶ προσκάλεσαι αὐτὴν 6 εἰς τὸ ἔργον τῆς διακονίας σου, καὶ κατάπεμψον αὐτῇ τὴν πλουσίαν δωρεὰν τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος· διαφύλαξον αὐτὴν ἐν ὀρθοδοξίᾳ σοῦ πίστει ἐν ἀμέμπτῳ πολιτείᾳ καὶ τοῦ σοῦ ἀρέσαι νόμου· εἰς ἔμπεσιν λειτουργίαν ἁγίᾳ σοῦ ἐκκλησίᾳ· ὡς ἐδώκας χάριν τοῖς ἁγίοις σου 8 φοίβῃ, ἣν ἐκάλεσας εἰς ἔργον τῆς διακονίας· παράσχου δὲ αὐτῇ ὁ Θεὸς, ἀπαρασκάλυπτος προσκαρτερεῖν τοῖς ἁγίοις σου, ἐπιμελεῖσθαι τῆς οἰκείας πολιτείας, σωφρονοῦσαν δὲ μᾶλλον, ἢ τὴν τελείαν ὑποδέξου δίκλιδι σου· ἵνα ἢ αὐτὴ παρασῶσα τὸ βῆμα τοῦ Χριστοῦ, λάβῃ τὰς ἀγαθὰς πολιτείας ἀνάλογον μισθόν.

Ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, μεθ' οὗ δόξα σοὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν, ποιεῖ εἰς τῶν διακόνων ὀξυβέλειαν.

Ἐν εἰρήνῃ τῷ Κυρίῳ δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ σωτηρίας τοῦ σύμπαντος κόσμου· τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου· τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, τῶν δεσπόνων, ἱερέων, διακόνων, ἀντιλήψεως, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας αὐτῶν, καὶ πάσης τῶν χριστῶν αὐτῶν τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς νεοχειροτονήτου διακονίσσης, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῆς· τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἀκατάλυτον καὶ ἀμώμητον αὐτῇ τὴν διακονίαν χαρίσηται· τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἡμῶν.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς.

Ἀντιλαβοῦ· σῶσον.

Καὶ ἐν τῷ γένεσθαι ταῦτα τὸν ἐξάρχοντα ἀπὸ τοῦ διακόνου ἔχειν ὁμοίως τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς χειροτονουμένης ὁ Ἐπίσκοπος, ἐπεύχεται ὧδε.

Δέσποτα Κύριε, ὁ μηδὲ 7 γυναῖκας ἀποδεμένος ἐφεσίας, καὶ βουλῇ θείᾳ καθ' ὁ σφοδρὸς λειτουργεῖν τοῖς ἁγίοις σου ἐποίησε· σὺ δέσποτα δέσποτα, αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὴν δούλην σου ταύτην, καὶ ἀποκάλεσαι αὐτὴν εἰς τὸ ἔργον τῆς διακονίας σου, καὶ κατάπεμψον αὐτῇ τὴν πλουσίαν δωρεὰν τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος· διαφύλαξον αὐτὴν ἐν ὀρθοδοξίᾳ σοῦ πίστει ἐν ἀμέμπτῳ πολιτείᾳ καὶ τὸ σοὶ ἀρέσαι θεῷ· εἰς ἔμπεσιν λειτουργίαν ἁγίᾳ σοῦ ἐκκλησίᾳ· ὡς ἐδώκας χάριν τοῖς ἁγίοις σου προφήτισσι βοηθοῖς καὶ συλλήπτορσι τοῦ σοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ, Μαρίαμ, Δεβόρᾳ, Ἄννῃ, Ἰελθάνῃ, Ἑλισάβετ, Σαλώμῃ, Ἐλισάβετ, Μαρθάνῃ, καὶ Ἐσθήρ· οὕτω καὶ τὴν ἐκ σοῦ ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος δωρησάμενος τοῖς ἁγίοις σου θυγατράσι τοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ σοὶ ἐλπίζουσι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν ἡμῶν, καὶ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος· καὶ νῦν δέσποτα, ἔπιδε ἐπὶ τὴν δούλην σου ταύτην, καὶ ἀποκάλεσαι αὐτὴν εἰς τὸ ἔργον τῆς διακονίας σου, καὶ κατάπεμψον αὐτῇ τὴν πλουσίαν δωρεὰν τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος· καὶ τὴν ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ βαπτίσματος ἐκδεδυκυῖαν σοὶ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ τὰ μέλη αὐτοῦ, ἵνα ἢ τῷ θανάτῳ τοῦ σταυροῦ σου συμμορφισθεῖσα, καὶ τῇ ἀναστάσει σου συνεγερθεῖσα, ἀξιωθῇ καὶ τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι σου μερίδος· καὶ τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ σου ὄρει ἐπουρανίου βασιλείας· καὶ τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ σου ναῷ ἐπουρανίου λειτουργίας· καὶ τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ σου θρόνῳ ἐπουρανίου διακονίας· καὶ τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ σου παραδείσῳ ἐπουρανίου ἀναπαύσεως· καὶ τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ σου οὐρανῷ ἐπουρανίου ἀμοιβῆς· καὶ τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ σου ἐπουρανίου ἀναστάσεως· καὶ τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ σου βασιλείᾳ ἐπουρανίου ἀναπαύσεως· καὶ τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ σου

strorem Ecclesiæ, cum electione ad Ordinationem prævia, tum de consecratione ipsa, manifestum sermonem habet: eandem quoque opinionem non paucis in locis confirmant sanctiones Imperatoriæ locis infra citandis: nec obscure, ut videtur, de illis loquitur Tertullianus in exhortatione ad castitatem ubi ait: *Quante igitur, & quæ in Ecclesia Ordinari solent, quæ Deo nubere maturent, quæ carnis sue honorem instituerunt, &c.* Apertissime tandem Ordinatas illas fuisse, Græca quoque volumina demonstrant, dum χειροτονίας vocabulo, ad Ordinem spectante, de illis mentionem habent. Clemens Const. Apost. lib. 8. cap. 20. cujus titulus est, ἐπίκλησις ἐπὶ χειροτονίᾳ διακόνισσαν, *Imprecatio in Ordinatione Diaconissæ*, cui præsentis operis similis est omnino, ὥσπερ ἐπὶ χειροτονίᾳ διακόνου: Concilium Chalcedonense Can. 15. illam χειροτονίαν & χειροθεσίαν δέχεσθαι, idemque Concilium in Trullo Can. 14. & 40. testatur. Ejus porro ætas, a variis varie requiritur. A Paulo nuper allato, sexaginta annorum esse præcipitur. Canon Nicænus 74. a Francisco Turriano inter reliquos editus, totidem annis exigit, cum ait: *Ex his eligantur quæ non male audierint ex eo usque tempore quo fuerunt adolescentulæ, sinegue annos unte sexaginta, sicut B. Paulus ordinavit, & hujusmodi Diaconissæ, &c.* In hanc quoque sententiam ivit Theodolius Imp. l. 27. sui Codicis de Epis. & Cler. satis tamen deinceps fuit Concilio Chalcedonensi Can. 15. annorum quadraginta tempus, si tamen simul accuratum de illa examen haberent, διάκονον μὴ χειροτονείσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ τοῦτο μετὰ βασανισμοῦ. hujus Canonis mentem sequitur 40 Canon Concilii Trullani, οἱ τὴν κανόνα παραβαίνοντες ἔνθα μὴ διακόνους χειροτονεῖσθαι παραδιδόασι, *fieri Canones* (Chalcedonenses videlicet citat) *quadragenos annorum Diaconissam Ordinandam esse statuentes*: ubi Balsamon in Scholio, τίνες οὖν εἰσὶν οἱ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων ἐκτροπήσαντες γνώμην; καὶ τοὺς μὲν ἁγίους πατέρας ἐκέλευσε μὴ χειροτονεῖσθαι διακόνους πρὸ τῶν τεσσαράκοντα ἐτῶν. *Quinam igitur sunt qui sanctorum Patrum sententiam pervertunt? & illos quidem Sancti Patres jussere non ordinari Diaconos ante annum quadragesimum.* usa est autem Synodus ad eorum confirmationem etiam illa, quæ de Diaconissis in quarta Synodo dicta sunt. Hinc quadragenario numero addit Justinianus Imp. citatus in Nomocanone Photii tit. 7. de Fide cap. 28. in textu, denarium numerum, alii quinarium detrahunt, & alii quindenarium: cujus quidem varietatis ea est causa ex Zonara in Scholio Can. 15. Chalcedonensis, quod discrimen non modicum attendendum est, inter virginem & viduam ad Diaconissæ munus promovendæ. & Apostolica quidem verba de viduis; Synodicæ vero constitutiones de virginibus ad hujusmodi Ordinum evectis sunt intelligendæ: γυνὴ δεκτὴ τῷ ἱερῷ τάγματι χήρα ἐν ἀγαμίᾳ τυγχάνουσα, ἢ ἀπὸ παρθένων γέγονεν ἢ ἐκ τοιαύτης ἀνδρὸς κέκρικε, ἢ τὸ ἐκ διακόνου χειροτονεῖσθαι διάκονον, ἢ ἱερὸν ὑπουργεῖν ἱερατεύμασιν, ἢ γυναικεῖα ἀνδρῶν μίξιν ἔσεσθαι, μὴ ἤδη ἐν ἡλικίᾳ τὰ παθήματα. Et infra: οἱ εἰς τὸν τῶν διακονισσῶν μέλλοντα ἐπιτηδειότερον μόλις ἐν χρόνῳ πολλῷ συναγόμενοι τὸν μέγαν ἀναλεξάμενοι. *Nam quæ ad ejus annos in puritate se servaverit, nec ullam ex virili consortio voluptatis partem degustaverit, posse Diaconatus quoque honore, & gratia functam, animum ad sanctas intendere, aut copulæ cupiditate, cujus antea nullum usum habuit, accendi non ita facile est. At vidua virilis thalami suavitate delibita, virilisque consortii voluptatem experta, ad cupiditatem facilior erit, & proclivior. Viduam igitur quod longe ad libidinem sit promtior virgine, longius quoque provectam ætate eligi oportere, magnus Apostolus censuit.* Aliam pariter rationem profert 6. Canon Trullanus, ἐπεὶ διὰ λόγους ἀναγκαίους ἔνιοι τῶν ἐν ἱερατικοῖς τάγμασι καταταττομένων γάμῳ συνάπτονται, καὶ τοὺς ἱερατικοὺς κανόνας παραβαίνουσι, καὶ τὴν ἀκατάκριτον ἐκείνων ζωὴν ἐπισκοτοῦσι, καὶ ἐπὶ τὰ κείρονα βιώσεως ἐκπίπτουσι, διὰ τοῦτο ἀκόλουθον εἶναι τοὺς μὲν ἐν ἱερατικοῖς τάγμασι τεταγμένους ἐκ τοῦ ὑποδιακόνου μέχρι καὶ πρεσβυτέρου μὴ ἐξεῖναι γαμεῖν μετὰ τὴν χειροτονίαν. *In divino enim Apostolo scriptum est 60. annorum viduam in Ecclesia eligendam: sacri autem Canones 50. annorum Diaconissam Ordinandam esse statuerunt, cum Dei Ecclesiam calesti gratia, potentissimo ac rotatissimo evasisse, & ulterius procedere cognoscat, fidelitumque ad divinorum mandatorum observationem, firmitatem ac stabilitatem.* Quod Ordinandas 35. hæc ætatis anno, vel priores juniores ad Monachatum professionem admittendas, Episcopi juxta prudentiæ normam dispensantis judicio relinquendum asserit Zonaras in eundem Canonem. Ac si legantur etiam anno 25. Diaconissarum numero adscriptæ, ille ad probationem potius virtutis, quam ad Ordinis etiam cum dispensatione susceptionem referre idem Zonaras in Concilii Nicæni Can. 19. Cum enim plures essent virgines quæ castitate jugiter servate Deo se consecrare studerent, ex earum collegio quasdam Episcopi ad Diaconicum munus sepositabant, quibus peculiarem quoque habitum (quasi Diaconatus) anno vigesimo quinto concedebant, & hæ quidem, quamvis adhuc forent Laicæ, ex jure ad Diaconicum deputabantur. Diaconissarum nomine & honore gaudebant: de quibus proinde Canon Nicænus citatus, qui pleroque moris hujus ignaros torsit, potuit ablique facta cuicumque alteri Canoni oppositione dicere. ἐφ' ἡμῶν δὲ διακόνισσαι μὲν οὐκ ἔχουσι τὴν τάξιν οὐδὲ εὐχὴν τινὰ λαμβάνουσιν ἀλλὰ ψιλαὶ λαϊκαὶ τιθέμεναι εἰσὶν. *Nostris temporibus Diaconissarum nomine nemo utitur, nec ullam omnino precationem accipiunt, sed nudæ laicæ habentur.* Diaconissarum autem mentionem, quæ in habitu quidem censentur, quoniam nec ullam habent manus impositionem, ut omnino inter Laicos ipsæ connumerantur. Cæterum Diaconissarum Ordinationem laudat in Occidente ipsemet Isidorus commonstrat Concilium Aquisgranense primum, quod eciam in Laicorum classem eas relegat, dicens Can. 26. *Diaconissæ omnimode non Ordinandæ, si quæ jam sunt, benedictionis, quæ populo impertitur, capite fulminant.* Illuminoso vero honorem ambientibus ruentibus, ad solum Monastici status gradum, ubi pœnitentiæ benedictio suscipitur amandat Canon 21. Ipsuenensis: *Viduarum confectionem*, inquit, *quam Diaconas vocant, ob unam regione nostra penitus abrogamus, solum eis pœnitentiæ benedictionem, si converti ambiunt, imponendo.* Rationem clarius exprimit Concilium Autelianense faciendum (quæ fortan fuit, ut ad Pœnitentiæ statum ab Episcopi remitterentur) carnis fœlicet fragilitatem, & nimirum ad libidinem propiratem. *Planum est enim, ut nulli posmodum fœminæ Diaconalis benedictio pro conditionis hujus fragilitate credatur.* In Oriente vero penitus etiam cessasse Diaconissarum ministerium, docet Balsamon fol. 24. ad dictos: ubi & consequenter abrogationis hujusmodi causam profert, cooperam videlicet earum immunditiem: quæ vero ratione adhuc in quibusdam Græciæ locis earum vestigium sit reliquum, ibidem edisseruimus.

3 Ἡ διὰ χειρὸς.) Peculiaria nimis fronte, ut mihi quidem tum Euchologia MS. accuratius contemplanti, & Matthæi Blastaris scripta diligentius legenti videtur, negat Arcudius, verbis hujusmodi Diaconissarum consecrationem non esse perficiendam: ita profecto, inquit, lib. 4. cap. 10. quod refert Blastares ex quibusdam antiquis seu potius Apocryphis Euchologiis, de sola Diacona (de qua post paucis num. 11.) de quod amplius de forma illa eliminanda: Divina gratia, quæ infirma sanat, & corrigenda corrigit, imo hæreticum, per consequens reprobandum atque omnino rejiciendum. Non enim dignoscerentur varia impositio, imo eadem plane existimaretur, quando & eadem forma consecrationis recitatur. Unde pecius per Apostolicarum Constitutionum preces (inferius referendas) Diaconissa benedicebatur, & abusus Græcorum erat, si qui solita verborum forma, quæ sacris Ordinibus convenit, easdem consecrabant. Hæc Arcudius, zelo potius quam ratione ipsos, quos pie exponere debuisset, invectus. Apocrypha namque non sunt cuncta quibus Græci utuntur Euchologia, sicut nec Cryptoferratensis Bessarionis est alius, vel Barberinum S. Marci, quod prius alterius Patris Græci in Concilio Florentino vocem habuerit proprium fuit, quæ tamen ἐυχαὶ & χειροτονίαι & διακονίαι ea continent, & verba, ἡ διὰ χειρὸς, &c. sine ea pronunciari præcipiunt; hæreticum sint aut hæreseos sapiens. Quis enim error aut hæresis est, si quædam superflua

crementalis formæ Diaconatus verba, verbis consecrandæ Diaconissæ necessariis adjungantur aut adaptentur? An ignorat formas sicut & rerum definitiones nomeris esse similes, quibus si unitatem addas aut detrahas, priorem numerum perdi, & alium exurgere necesse est? Diaconi autem instituendi forma, quam diversa sit ab ea quæ Diaconissæ pariter creandæ convenit, Arcudius attendat: in illa siquidem Subdiaconum virum Ordini suscipiendo subjectum idoneum reperiet, in hac nedum Subdiaconissam, sed mulierem sacræ germanæque Ordinationis supposititum incapax, contemplabitur: in illa rursus Diaconum sacramento infectum & promotum, in hac mulierem benedictioni, non autem gratiæ vel characteri subjacentem mirabitur: in illa potestas ad sacramentum saltem ex parte distribuendum, in hac ad ministeria quædam solum obeunda facultas creditur: ibi sacramentum conferre, hic cærimonialem tantum consecrationem perficere Pontifex intendit; qua igitur ratione eadem est Diaconi Diaconissæque creandorum forma, ubi nec fominari potest una & eadem ministri intentio, & ubi verbis diversum Ordinationis subjectum, immutatisque eram Ordinationis ejusdem effectus & finis eximitur? Nihil itaque quod hæresim aut abusum redoleat, confectionis hujus verba complectuntur, nisi forte abusum hæresimque Ecclesiæ Latinæ audeat Arcudius impingere, quæ non minus ac Græca, Diaconissas verbis solemnibus antiquitus confectare fuleba-

4 Ἐπιτίθησι τὴν χεῖρα.) Non uno semper modo manus impositio intelligitur, sed pro diversitate loco-rum sub diversa significatione reperitur, prout superius dictum est de Ordinatione Lectoris num. 1. & de Ordinatione Subdiaconi num. 11. hæ igitur, quam in Constitutionibus Apostolicis a Bartholomæo Agathopolo præceptum licet inspicere, non Ordinativa sed cærimonialis rantum est, & quæ solam Dei protectionem, vel a Deo hominibus cooperante dependentiam, juxta Dionysii de Eccl. Hierarch. cap. 5. declaret; quæ proinde etiam in fœmina licita est: sed neque a Concilio Niceno superiori numero adducto Diaconissæ negatur, nisi forsan illi, quæ simplici nomine vel veste Diaconissæ post 25. annum ornatæ, probationis tempus exigit, ut anno quadragesimo maturior facta consecrationem perfectam accipiat.

5 Ὁ θεῖος ἀπ.) Hunc eumdem sensum refert Bartholomæi oratio in Const. Apost. lib. 8. cap. 20. legenda.

6 Εἰς τὸ ἱερατικὸν συνέδριον.) Nusquam Ordo, sed ministerium Ecclesiasticum Diaconissæ convenit. Sicut enim dissipando Dei verbo intenti primitus Apostoli, mensarum ministerium Diaconis deinde commissum, commode nequibant obire: quæ fuit occasio, ut oneris dividendi gratia, eosdem turbas proponerentita & Diaconi variorum pondere ministeriorum pressi, in iis maxime, quæ ad decentem cum fœminis conversationem spectant, ones a se, in institutas ab Ecclesia Diaconissas rejecerint: quarum propterea ministerium solum proprium est, ipsiusmique actionis fuere. Primo ex Const. Apost. lib. 3. cap. 16. ut si fœmina Episcopum vel Diaconum vellet alloqui, hanc ad illos Diaconissa ac honestatis illius esset testis deduceret: ἀνὴρ δὲ ἀνέσχου μηδαμῶς προσέλθῃ γυνὴ πρὸς ἄνδρα, ἢ πρὸς ἀνδρόγυνον, ἀλλὰ διακόνισσα. *Ad Diaconum ut Episcopum nulla mulier sine Diaconissa accedat.* Secundo, ut viduarum cura erat illi quodammodo cum Diacono communis, unde & illis obedientiam præstare jubentur in eisdem Constitutionibus lib. 3. cap. 7. ἀφαιρεῖ δὲ ἀπὸ τῶν χηρῶν τὸν ἐπίσκοπον, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ διακόνους, καὶ τὰς διακόνους, ἵνα μὴ ἐν ἀγνοίᾳ τινὲς ἀπολωνται. *Viduas oportet esse honestas obedientes Episcopis, Presbyteris, Diaconis, adhuc & Diaconissis.* Et tertium ejusdem lib. cap. 19. χειροτονεῖσθαι διάκονος & διάκονον κελεύω ἐν τῷ τῶν γυναικῶν παρρησίᾳ, *Ordina Episcope Diaconissam fidelem & sanctam ad ministrandum mulieribus.* Tertio, negotiis urgentibus, & Episcopum mulieres adire, aut ab ipsis commode vel decore convenirii, non suadente honesto, harum sensa ad Episcopum, & vicissim sensus voluntatemque Episcopi ad illas referebat Diaconissa: ut ibidem legitur: ἐνεχώρησε τὴν τῶν γυναικῶν διάκονον μεταξὺ ἀνδρὸς διακόνου καὶ γυναικὸς ἐπισκόπου εἶναι τὴν διακονοῦσαν διακόνισσαν. *Interire enim solet aliquando in quibusdam domibus, ut non possit propter infideles, mittere Diaconum ad mulieres, mittere vero possit Diaconissam propter cogitationes improborum. Ad multa enim indigemus Diaconissa.* Quarto, inficiis & imperatis mulieribus principat. dei, vel baptismi ritus exponere Concilium Carthaginense 4. Can. 12. Diaconissæ committit. *Virtute*, inquit, *vel fœmellionibus, quæ ad ministerium muliebrium baptizandarum eligantur, tam virginibus sive ad officium, ut nostri apud sacra fœminæ decere imperarint & rusticas mulieres tempore quo sunt baptizandæ, qualiter baptizatori lavacrum regenerationi, & qualiter baptizatæ vivant.* Quinto, ut ipsi baptismo in corporibus mulierum mandatis & cetera, prout decerent, operandis attenta erat Diaconissa, & Carisma vel oleum tironi capitique impositum per eorum corpus manibus expandere potestatem accepere. Prius manus injungit Const. Apost. lib. 3. cap. 16. νῦν μὲν ἀφ' ἑαυτῆς ἐπιτίθησι τὰς χεῖρας ἡ διάκονος, τῶν γυναικῶν ἡ ἀρχιερεὺς ἐπιτιθέντων τὰς χεῖρας. *Nunc quidem ex se manus imponit Diaconissa, mulierum autem Episcopus manus imponente.* Deinde, *Diaconissa quidem sufficit ut Diaconum, mulierem vero Diaconissam non violandi ligat* (baptismalis) *communicatio, bonæque peregrinæ.* Posteriorius quoque cap. præcedens ejusdem libri præcipit: ἐὰν δὲ ἐν τῷ οἴκῳ γυναῖκας, ἢ θυγατέρας χήρας μὴ ἔχῃς πιστὰς ἐπιτρόπους τοῦ βαπτίσματος, ἀλλὰ διακόνους

penetrare, illis fuisse licitum, & Diaconis viris munia proxima & similia obire: cujus exemplum a nobis superius fol. 11. manifestum est exhibitum: & ut subdit Blastares eadem Gorgoniam Gregorii Nazianzeni sororem, ipso referente, virgineis manibus altare apprehendentem & ferventissimas ad Deum preces fundentem corporis salutem recepisse didicimus. Alia quae supersunt Diaconissae munera docebit infra Paulus num. 9. Propter ista igitur munia in Agapis Ecclesiae, Diaconissae pars seponebatur, ut edicit Const. Apost. lib. 2. cap. 28. & ex reliquiis quoque oblationum portio illi assignatur lib. 8. cap. 31. *τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας, ὁ γνώμῃ τ' ἐπισκόπου ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ* & infra, *διακονίσσαις μέρος ἕν. Eulogias in mysticis sacrificiis superfluas, de sententia Episcopi aut Presbyterorum Diaconi distribuant Clero: Diaconissis partem unam.*

7 *Γυναῖκες ἀνακείμεναι ἐν τῷ ναῷ.*) Certo praefixoque tantum tempore, mulieres legi Mosaicae subditae, Deo se dedicasse leguntur; tum ut illa brevi persolvendi voti mora, castitatem sanctius colerent, tum ut obsequium aliquod in templo juxta Sacerdotum imperium praestarent. Fuerunt semper hujusmodi in Evangelica lege tum quae paritatem a virili consortio illibatam sponte, & absque voti vinculo praeservarent, tum quae in saeculo conversantes virginitatem perpetuam voverent, tum quae se in monasteriis totas Deo consecrarent, tum quae matrimonium semel expertae deinceps ex voto nuptias secundas repudiarent: ex earum vero qualicumque classe prodiret Diaconissa, continentiam pollicebatur, atque insuper ministeriis supra expositis vel aliis quibuscumque se mancipabat. Legatur Ordo Romanus de Diaconissae ajiaremque mulierum consecratione.

8 *Φοίβη.*) Phaeben Diaconissam fuisse declarant Pauli verba ad Romanos 16. scripta: *Commendo vobis Phaeben sororem nostram, quae est in ministerio Ecclesiae, quae est in Cenchris: διάκονον ἐν ἐκκλησίᾳ. Diaconam in Ecclesia:* sic illa intelligit Chrysostomus: *διάκονον ἐν ἐκκλησίᾳ· καὶ τὸ ἀξίωμα προστίθησι διακόνου: dignitatem adjecit, ministram* (Diaconam) *vocans* Anselmus. *Docet foeminas locus iste Apostolica auctoritate in ministerio Ecclesiae constitui.*

9 *Τοιαύτην ἀνάδειξιν διάκονον.*) Alia Diaconissae officia & munera, intimius cum virtute conjuncta, Paulus enumerat 1. ad Tim. 5. ut *in operibus bonis testimonium habeat, si filios educavit, si hospitio*) peregrinos Episcopos, sibique ab Ecclesia commendatos) *recepit, si sanctorum pedes lavit*, (cum ad eam declinarent) *si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsequuta est.* De quibus sancti Patres hujus loci interpretes in suis commentariis diffuse scripserunt.

10 *Τὸ μαφόριον.*) Maphorium pallium est Monialium, quondam teste Cassiano etiam a viris usurpatum: Monasticum autem utriusque sexus pallium, vulgo nunc Graecis dicitur *μανδύ* quod antiquis teste Athanasio de Virginitate *ἐπωμίον* nuncupatur. Suum hunc maforem imponunt capiti Moniales, eoque ad pedes usque dependente totum corpus ambitur.

11 *Τὸ διακονικὸν ὀράριον.*) Absurdum dicit Arcudius lib. 6. cap. 10. ex grammaticae vocis notatione, Orarium Diaconissae collo circumdare. At si nomen gerit Ordinis, cur non insignia saltem semel ferat? An absurdum est Arcudio, quod Ecclesia Romana quondam instituit, & deinceps observavit? Observasse autem Diaconissae consecrandae morem, ejus Ordo antiquus manifestat: & quod Arcudio displicet, etiam Orarium manu Episcopi, ejus collo circumdatum clarissimis, imo & repetitis verbis enarrat: Orientalem autem portionem ritum hunc custodivisse dum sana foret, & in communione cum Occidentali perseveraret, neque ipse Arcudius inficias ibit: quamvis ab antiquo ejus Ordo vel consecratio utrobique perierit penitus, & vix jam de nomine cognoscatur. Adde quod non ad altaris ministerium, uni tantum humero (de cujus significatione alibi diximus) seu ad ornatum tantum & ad corporeae integritatis animaeque munditiem Ordinatae commendandam & ad spiritualem corporeamque exercitationem illam provocandam Orarium Diaconicum ejus utroque humero dependens a Pontifice imponitur.

12 *Πάντων ἁγίων.*) Quo liturgiae loco dicantur haec verba habes fol. 64.

10 Ὁ μέγας Σακελλάριος.) *Sacellarium* etiam apud Latinos reperimus, & *Sacellanum* in Concilio provinciali Moguntino anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo nono celebrato, a *Sacello*, quod vulgus *Capellam* vocat, sic dictum: de quo tamen non est in præsenti consideratio: cum potius Sacellarii nostri a Sacco vel Sacculo, quem pro marsupio, loculis, crumena, repositorio & reconditorio nummorum usurpant, nomen sit acceptum: unde & Juvenalis Sat. 14 cecinit.

Interea pleno cum turget sacculus ore.

Suidas. Σάκελλον, βαλάντιον, μαρσύπιον, ἐξ οὗ καὶ Σακελλάριος, *Sacculus, crumena est, & marsupium a quo & Sacellarius*. Est autem & *Saccus*, Hebræi sermonis dictio, Latinis quoque cum Græcis communis. Quas enim voces origine Hebræas Latini habent, easdem & Græcas esse Aleiatus tradit c. 8. lib. Pater. His accedit Balsamon Medi. de Protecdico Juris Græco. lib. 7. παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις Σάκελλον παρὰ τὸ σακκίον, ἤ φυλάκτην ἐστί. λέγεται δὲ Σακελλάριος, ὁ τῶν μοναστηρίων διοικητής. *Nam apud Romanos Sacellum ab administratione, & custodia dicitur. Erit itaque Sacellarius Monasteriorum administrator*: & est Sacco, vel Sacculis præpositus, quem Thesaurarium dicimus. Hinc Stephanus Persa, quem officii jure Nicephorus Patriarcha ταμίαν τῶν βασιλικῶν χρημάτων, *ærario præfectum scribit*; a Theophane Σακελλάριος vocatur: sicut a Baronio anno 505. num. 17. Saccellarii nomine Gregorius Magnus. Observa nihilominus non ita Sacellarium CP. virorum Monasteriis in urbe præesse, ut ipse solus adeo numerosos omnium census recipiat, & penes se teneat. Qua namque ratione solus unus Sacellarius, omnium penitus possessiones nosse, proventus administrare, & Patriarchæ assistere posset? Protectionem igitur Monasteriorum virilium, in urbe CP. erectorum, & supremam quamdam curam illorum sibi assumebat, maxime si in bonorum possessione pacifica turbarentur, quamvis exinde quod plerumque accidit, circa Monachorum mores sollicitudinem impenderet; ac propterea legitur hic Sacellarius, ἐπισκοπεῖν καὶ ἐρευνᾶν τὰ ἀνδρῷα μοναστήρια ἐκ παντὸς συμπεριφερόμενος δικαιωμάτων *invigilare & perscrutari virorum Monasteria, circa omnia quæ ad illa pertinent, δικαιώματα jura*; scribitque Symeon Thess. illum ἐπιστατεῖν τῶν ἱερῶν μονῶν *sacris Monasteriis tutandis præfici*. Et iterum. τῶν ἱερῶν μονῶν ἐπιμελεῖται, καὶ τοὺς ἐν αὐταῖς ἐντάττει, καὶ τὰ τούτων δίκαια ἐξετάζει: *sacrorum Monasteriorum curam habet, & pro viribus Monachos inspicit, & eorum bona juraque ordinate perscrutatur.*

11. Ὁ μέγας Σκευοφύλαξ.) Symeon. ὁ δὲ φυλάσσει τὰ σκεύη, καὶ τῶν ἱερῶν φροντίζει, καὶ τὰ τῶν ὕμνων καὶ τὰ ἐν τῷ ναῷ ... καὶ τῶν ἱεραρχικῶν ἐνδυμάτων, καὶ τῶν λοιπῶν ἱερῶν τὴν ἐπιμέλειαν φροντίζει. *Ille vero vasa custodit, & sacra curat, cunctaque ad sacros Hymnos, & templum pertinentia ordine disponit: Pontificaliumque vestium, & aliarum curam assumit.*

12. Ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ.) Magnus Patriarchæ Cancellarius, & a Commentariis: de quo Thessalonicensis: ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερῶν ἐπισκοπεῖ, καὶ δικαστικὰ τίνει. καὶ ἱερέας τὰ περὶ αὐτῶν προσαγομένους ἐξετάζει, καὶ πρὸς τὸ ἱερᾶσθαι προσάγει, καὶ τὰ τῶν γάμων νομίμως προσδίζει γίνεσθαι καὶ τῶν ἐπισκόπων δὲ, καὶ τὰ τῶν κρίσεων ἐκφωνουμένων ἀναφέρει ... καὶ τὰ ὑπομνήματα φυλάσσει· καὶ γὰρ δεξιὰ ... τοῦ Ἀρχιερέως. *Hic Sacerdotum præficitur regimini, cunctosque sede propria locat, mores eorum perscrutatur, ordinum candidatos examinat, & ut consecrentur ipse præsentat: nuptiarum ut legitime celebrentur curam habet: rationes Episcopatus, & Jus sententiarum in Judiciis proferendarum suggerit: Ipse Pontificis sententias in tabulas relatam, & memorialia eidem oblata sub custodia asservat: uno verbo totus est, ut se Pontificis dexteram, & administrum præstet*. Qua ratione candidatos ordinum examinet, & admittat, describit Michael Anchialus Juris Græcorum lib. 3. ... *Nullatenus admittit consecrari quos ipse non examinavit: de quibus nec testes, ut ipsi noti sit, adjuratos interrogavit, nec ante præfinitos annos nisi sint certior est factus nec eorum vitam approbavit: nec fides sibi facta est ex scripto. eorum testimonia, qui illos secundum spiritum pepererunt*; hoc est Patrum spiritualium maxime, qui confessionibus excipiendis sunt præpositi. Ejusdem curæ committitur χαρτοφυλάκιον *Secretum* proprium, cujus nomine, domus Episcopi a Can. 9. Trullano ἐπισκοπεῖον vocata, intelligitur a Balsamone: ... *Quoniam vero Patriarchalis throni magnificentia habet quidem sub se diversa Secreta: Chartophylacis autem Secreta seorsum deputata sunt jura Episcopalia. Chartophylax pro tempore, sanctissimi Patriarchæ jura ad eum ut Episcopum spectantia exercet. Etenim excommunicat, unitur, delicta corrigit, Diaconos in Sacerdotes concedit ordinari, confirmationum indices profert: & quædam hujusmodi alia. Chartophylacium recte Episcopatus dicetur.*

13. Προσέλθετε.) Ubi plures Pontifici concelebrant, cunctos his verbis ad Ecclesiasticam communionem invitat Chartophylax, hac de causa Archidiaconus hic vocatus, & πρώτος τῶν ἁγίων μυστηρίων ἐπάρχων confisus.

14. Χαρτουλάριος.) Qui & Χαρτουλάριος, supra numero 6.

15 Ὁ Σακελλίου.) Affinis est ὁ Σακελλίου, qui & Σακελλάριος, re & nomine, Σακελλαρίου. Committitur enim illi muliebrium Monasteriorum, sicut & alii virorum cura & protectio: & perinde sicut utrisque officium, ita & quasi commune nomen est: quamvis aliud onus huic Sacellæ impositum referat Symeon Thessal. μετὰ τοῦτον δὲ ... *Post hunc (Chartophylacem) Sacella sacra loca quæ sunt in urbe CP. perscrutatur, & recti ordinis in illis semper tenendi, curam habet, maxime circa altare & Tribunal sacrum: ne ultra decorem aliquid accidat, vel res sacra negligenter tractentur.* Is idem carcerem Episcopalem sibi commissum servat. Nominis ratio munus hujusmodi ab eo exposcit. Balsamon Medi. de Protecdico Juris Græc. ... (mendose προγραμματικός) ... *Idem est custodia, Sacellarii, & Sacelli præfecti. Nam nomen apud Romanos Sacellum ab administratione, & custodia dicitur. Atque etiam hinc Sacelli Patriarchalis, quo malefici custodiuntur, non aliunde appellata est: sicut & Sacculum. Sacellarius quidem dicitur Monasteriorum (virilium) administrator: & Præfectus Sacelli diminutiva Ecclesiarum (fœminarum) Curator.*

16 Ὁ πρωτοπαπᾶς.) Hujus Officialis vice Codinus & Symeon Thessalonicensis τοῦ Πρωτεκδίκου locant: cujus alia non est ratio quam Patriarcharum placitum, qui Officia creaverunt nova, vel antiqua suppresserunt, vel denique prout necessitas

videbatur exigere, eorum ordinem invertere sunt aggressi: unde & mutationem hanc Protonotarii in Protecdicum refere quidem Joannes Cirrius respondo octavo Juris Græcoromani lib. 5. causam tamen tacet. τὸ δὲ ἢ πρωτεύειν ἀξίωμα τὸ τοῦ ἀναβεβηκέναι δι' ἐκείνων, ὅτιμον ἐστὶ τοῖς διατρίβουσι παρὰ τῇ μεγαλοπρεπεῖ αὐλῇ τοῦτο τοῦ βασιλέως Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίῳ τῷ Ξιφιλίνῳ· τῷ φησὶ ἡ τακτικὴ τοῦτο λέξις· ὁ γοῦν μετὰ τὸν ἀρχιδιάκονον Θεσσαλονίκης Εὐσταθίου ἐκκλησιαστὴς τῷ ἱερατικῷ τάξει πρῶτος ἐστὶ τῶν ἀναγνωστῶν, οἱ μὲν ἀπὸ διαγνώσεως τῆς τάξεως Protecdici Officium cum antea esset inter inferiores, postea in superiorum ordine fuerunt a beatæ memoriæ Patriarcha Constantinopolitano Georgio Xiphilino. Hanc autem adhuc subsecuta est præclara sententia Simeonis Metropolitani Thessalonicæ Eusebii, id laudantis & extollens, ut justæ & citra reprehensionem futuræ: cum quidam, qui ætatem non admittebant, tunc reprehenderent. Vivebat autem Xiphilinus die anno 1192. ex quo liquet ætatem hanc, tum illo, tum etiam Codino antiquiorem esse. Mutationis autem & inversi ordinis hujus causam subindicat Balsamon in Can. 14. Chartaginensem: quod nimirum primi Defensoris Officium utile sit, & majorem præ cæteris fructum referat, quod propterea invitis quibusque deferebatur, ad superiora ex necessitate Ecclesiæ, vel Pontificis arbitrio promoveretur: neutiquam, vel fortasse facere hoc Officium, vel ab invito dimitteretur; in superiorem ordinem a Georgio memorato fuit translatum. Porro, sive Protecdicum, sive Protonotarium hic legas, septenarium Ecclesiæ CP. Diaconorum numerum habes absolutum: sunt vero illi, quos in singulis urbibus Episcopo assistere jubebat Papa Fabianus, quos & Ecclesia CP. ἑπτατικοὺς vocat, de quo inferius numero 34. Horum præcipuum munus est, ut Patriarcha sacra celebranti, & illa populo distribuenti, ministrent: deinde vero ut pauperum, viduarum, & peregrinorum procellionem absolvant. Hoc est ministerii eorum secundum unus, quod prima fuit institutionis occasio. Post ipsum hos Diaconos Hierosolymis primum electos ab Apostolis, septenarum pariter aliorum in urbibus singulis facta est consecratio: quorum singulis memoratus Pontifex duas regiones, ita Onuphrio Panvinio referente libro de interpret. vocum Eccles. Romæ assignavit, ut locorum illi subjectorum, & Diaconiarum, (unde & Cardinalium Diaconorum tituli) præpositos subveniret, & in Ecclesia magna novæ Romæ, septem istæ Diaconicæ dignitates eadem fini deputatæ sunt, eaque Balsamon in Can. 51. episc. 2. Canonicæ Basilii ad Amphilochium, ἑπτάστοα ἐλεημοσύνης, nuncupat. De illis dictæ, præclareque differit ibidem Simeon Thessalonicæs Episcopus, hoc pacto: τοὺς ἑπτὰ ἐν Ἀποστόλοις διακόνους, οὓς Στέφανος πρῶτος, ἔσον συναριθμοῦσι· εἰ δὲ μόνοις τοῖς ἱεροτελεσταῖς ὑπουργοῦσι, ἀλλὰ δὲ ἐξυπηρετοῦσι καὶ τῇ τοιαύτῃ διακονίᾳ τῶν ἱερῶν ἀνάγκαις ἢ καὶ ἄρχειν ἐκεῖ ἐπιτρέπουσι τῶν χηρῶν ἐλαχίστων ἢ ἀνωτέρω, ἢ ἐν ταυτῷ καὶ τῷ ἑτέρῳ ἐκείνων ἐπιτάττουσι· ὁ δὲ τοῦ ἱεροῦ μυστηρίου διακονῶν ἱερεὺς ἐστὶν, ἢ χειροτονεῖται· ὁ δὲ τοῦ ἱεροῦ ἔργου ἐργάτης ἐστὶν ἐν τῷ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ· ὁ δὲ τοῦ ἱεροῦ

certiusque (his nihilominus dictis affine) nuncupationis hujusmodi testimonium requiras, observa, arculam illam thuris memoratam, *κάστρον* prioribus Græcis appellatam fuisse, eo quod ad instar Castrorum efformaretur, sicut apud Latinos capsa thurea, (utpote ad navis figuram conflata) *Navicula* solet nuncupari: ac propterea *Καστρήσιος*, sive *Καστρησιανός*, aut *Καστρήνσιος* (tot enim modis scribitur) *ἀπὸ Κάστρου*, ut ait Codinus, ad *Castrum*, aromatum arculam subministrandam deputatus, ab illa, nec non etiam a secreto vestiarii ministerio Pontifici exhibito, merebitur nomen. Cui vero præcedens conjectura non arriserit, suggeram; vocem *κανοῦν* sive *κάνεον*, *canistrum*, & *lancem* significare, quorum cum sacrorum ministris usus esset familiaris, *κανηφόροι* propterea antiquis, sicut & Nicephoro Eccl. Hist. lib. 10. cap. 5. dicebantur: hos cum imitentur Diaconi, potiori religionis titulo, *κανηφόροι* sive *κανστρήσιοι*, ille nimirum, qui ex eorum grege canistro in Pontificiis vestibus deportandis, vel lance, in pane benedicto recondendo utetur, quam illi *κανίσκια* poterit appellari.

18. *Ἀλλάξιμον τοῦ Ἀρχιερέως.*) Sequens Ordo legit, *χρυσοῦν τὰ ἀλλάξιμα τοῦ Ἀρχιερέως*, quæ sunt ejus in Ecclesia vestes.

19. *Ὁ Ῥεφερενδάριος.*) Patriarchæ nuncius sive missus: qui, ut Calvinus super citatus exponit, *specialiter destinatus erat ad majoris Ecclesiæ negotia principi referenda*. *Ῥεφερενδάριος*, inquit Suidas, *ἀξίωμα Ῥωμαϊκόν ἐστι, ὑπομνηματογράφος*. *Referendarius Græcorum dignitas est*, *ejus nempe qui* placita, dicta, mandata, responsa, ad magnates *refert*, quem quondam *ἀποκρισιάριον* a Responsis, Apocrisiarium, legatum ve dictum innumeris in locis reperire est. Eumdem in Curia CP. Palatinum dictum, refert Nicetas in Alexio Manuelis filio. *ὁ δὲ Πατριάρχης* [illegible] *Ἱεραρχικὸς ὑπηρέτης. Patriarchæ ministro ad Imperatorem misso, qui quod palatium ingredi, & Imperatorem adire, & nuncios ultro citroque perferre solet, Palatinus dictus est.*

20. *Ὁ Λογοθέτης.*) Quem quidam Cancellarium, alii Ærarii præfectum, vel ex vocis notatione, vel ex Officii imitatione, putant: is in Ecclesia est, qui Commentariensem agit, & in diurnalem rationalemve librum Patriarchii negotia quæque refert: atque ita Codinus male a Gretsero intellectus, est interpretandus: *ὁ Λογοθέτης* [illegible] *Logotheta, a commentariis est, ut minutim singula redigat in scripta, & tota publica, sive cum populo, sive cum magnatibus peracta negotia conscribat*: *λογοθετῶν* namque & *λογογραφεῖν*, sensus ejusdem sunt, historiam videlicet, & orationes forenses in scripta redigere, unde & de Basilio Gregorius, *λογογραφῶν* [illegible], ita Budæus: & Suidas, [illegible] *qui judicialia, forensiave, in commentaria recenset*. At si Logothetam attendis prout Pontificis, ut hic dicitur, sigillum asservat, a Secretis erit, & Secretarii munus obibit: de Imperii namque Logotheta, Codinus idem tractans cap. 5. *Ὁ μέγας Λογοθέτης*, inquit, [illegible] *Magnus Logotheta disponit ab Imperatore missa mandata, & quæcunque alia aureo sigillo, ad Reges, Sultanos, & Toparchas firmata sunt. Et hoc proprium est magni Logothetæ ministerium.* De Logotheta Palatii alibi, Deo favente, differemus.

21. *Ὁ ὑπομνηματογράφος.*) Gretserus non omnino vere, nec falso penitus, Commentariensem vertit, quem nuper Logothetam esse cenſui. Cum enim ex Budæo discrimen multum sit inter *ὑπόμνημα*, & *σύνταγμα*, quod hoc non ex tempore, & sine cura scribatur, ut *ὑπόμνημα*, sed dictionem habeat compositionis congruam, & capitum divisionem recte atque ordine digestam; ejusdem scriptor est *ὁ Λογοθέτης*, alterius *ὁ ὑπομνηματογράφος*: ac propterea in secundo Allatiano exemplari Logothetæ, & aliis secundi quinarii Officialibus, tanquam famulus assignatur. Dignius tamen aliquid de illo scribit Joannes Citri Episcopus in Responsis. [illegible] *Ægrotante vero Chartophylace, aut absente, promulgatio & lectio regestorum secreti Chartophylacii Memor. ialium scribæ permissa est.*

22. *Γράφει δὲ τὰ τοῦ ἱερέως ἀναδοθέντα.*) Optime. Nam & Joannes Calvinus Kahl dictus, scribit in Juris lexico. *Memoriales adjutores, inquit Præt. erant, qui leges & rescripta excipiebant, & implendis curabant.* Hos ideo in Codicibus Juris, [illegible] *in rescriptis excipiendis occupatos omnium memorialium scriptores, mandatorum custodes*, refert nuncupari.

23. *Τόν.*) Corrupta per aphæresim vulgaris dictio, vice *αὐτόν*.

24. *Ὁ ἐκδικητής.*) *Vindex* est, & ut germane loquar *Defensor*, qui Græcis *ἔκδικος* dicitur: sic namque interpretandum Balsamon tradidit in Synodi Carth. Can. 78. [illegible] *Defensorum institutio, quæ & Græce ἔκδικοι vocantur*, &c. Alius autem est pauperum, orphanorum, viduarum; civitatis alius, & regni: & tandem Ecclesiæ *Defensor* alius. Pauperum Defensorem memorat novella Justiniani 15. & Balsamon citatus. Sed neq; de Vindicibus civitatum, aut regnorum agendum nobis est: ad Jurisperitos enim & regnorum moderatores pertinet eorum consideratio. Jam si de Ecclesiarum Defensore sermo habeatur, indubium est hujusmodi Officium cum nascente Ecclesia exortum: Defensores enim viduarum primos Diaconos vocat Zonaras in Can. 3. Chalcedonensium, & hujusmodi munus obivisse Sebastianum generosissimum ducem & Martyrem, sicut & Sabinum Diaconum, in Epiphanii vita legimus. Illud retinuisse Synodum 5. Carthaginensem Anastasii Papæ tempore, ut nempe missa legatione ad Imper. pro Defensoribus obtinendis, exoraret adversus eos, qui affligebant Ecclesias Catholicorum, quod & impetrarunt, Ecclesiasticarum historiarum declarant monumenta. Sed & Chalcedonensis Synodus laudata de Defensore loquitur, ubi de pupillorum & viduarum protectione agit: quieriam ab iisdem servos ad Ecclesiam confugientes vindicari vult in eumdem locum Zonaras. [illegible] inquit, [illegible] *propter quos Defensores sunt instituti*. Addi- palaturque Zonaræ citatus Balsamon, qui tamen munus hujusmodi Defensorum primo refert. Cunctis absque discrimine ullo tribuit Bisstates, quibus immunitatis & opis Ecclesiasticæ indigentium quorumcumque curam & protectionem assignat cap. 33. [illegible] *Opis Ecclesiasticæ indigentes sunt illi, qui potentiorum vexationes ultricant, aut in delictum aliquod lapsi, aut injuria in servitutem tradi*, (de quibus fuse Alexii Comneni Nov. 11. Juris Græcorom. lib. 2. *ad Ecclesiam confugiunt, & subsidium implorant; quorum gratia Defensores instituti sunt*. Ex quibus gravis Gretseri circa *ἐκδίκους* hallucinatio a Lectore corrigenda deprehenditur, lib. 1. Comm. cap. 5. qui per *πρόσφυγας* intelligit solum illos, qui ex captivitate ad Christianos, spe libertatis, non immunitatis absolute reperiendæ causa confugiunt. De Protecdico alia plura Balsamon meditato de ipso, & Chartophyl. Juris Græcorom. lib. 7.

25. *Ὁ ἱεκδικος.*) Erat hoc olim Protecdico nobilius officium: at quia lucri paucissimi spem retinebat, ab eo subeundo deterrebatur unusquisque: atque ideo in inferiori Protecdici munere consistere, quam ad superius Hieromnemonis officium conscendere malebat. Atque inde factum est, ut facilius se sinerent a Patriarchis Clerici promoveri, in superiorem ordinem Protecdicus sit delatus, & isti Hieromnemon postpositus: cujus gratia legendus Balsamon in Can. 34. Synodi Carthaginensis. Hujus autem sacri Suggestoris munus est, juxta Codinum cap. 1. *τὰ βιβλία τὰς εὐχὰς* [illegible] *τοῦ Ἀρχιερέως* dicendas, nimirum ubicumque fuerit opus, orationes præparare, [illegible] consecrationis Ecclesiæ Breve, patentes nimirum literas Ecclesiæ consecratæ testimonium ferentes, & simul cum reliquiis sub altari recondendas, (*ἐνθρονισμὸς* enim reliquiarum est Inthronizatio, & in proprio loco depositio) cum consecratur ipsa, tenere: & denique Ordinationis tabulas a Chartophylace exhibitas, & a Pontifice legendas, ejus oculis objicere, [illegible] Suggestorem porro factum, solo Diaconatus Ordine promotum esse debere, admonet Joannes Citrius Responso nono libri Juris Oriental. 5. Ejus siquidem, sicut & reliquorum Græcorum opinio est, a nullo, gradus vel Ordinis sui limites transcendendos, nec a Sacerdote Diaconi, nec a Diacono Sacerdotis munus, præter decorum & rectum ordinem, exequendum: [illegible] *Sacri Suggestoris officium ad Diaconum necessario pertinet. Nam hic similiter cum Castrensio servit ad induendum sacris vestibus Pontificem, cum celebraturus est. Quod si Sacerdos sit, nudo ut ita dicam nomine, officio suo fungitur. Neque enim licet illi, in Pontifici ornatus exhibendi ministerio, Diaconi ordinem servare*: ut nimirum rite & inconfuse munia sua obeat. De quo videndus Balsamon in Can. 34. Carthaginensem post medium.

26. *Τὸν κώδικα τῆς ἐκκλησίας.*) *Κοντάκιον* nimirum, id est librum Missalem in liturgia: vel in Ordinibus conferendis Euchologium: quæ ne pereant aut immutentur, a Clericis proprio cujusque sigillo consignantur.

27. *Εὐβουλάτιον.*) Breve Patriarchicum columnis altaris, ut suo loco dicetur de Ecclesiæ consecratione, vel tumulo Reliquiarum sacrarum inmittendum, *ὅπερ τὸ εὐβουλάτιον*, dicitur *εὐβουλάτιον*.

28. *Ἐγκαλέζη ἐκκλησίας.*) Ex Cleri commissione, & Patriarcharum privilegio.

29. *Ὁ ἀναγνώστης.*) Consulenda Chrysostomi liturgia, num. 15.

30. *Ὁ ἱερομνήμων.* Pauca de ejus officio hic scripta, plures Gretseri errores Lectorem emendare monebunt.

31. *Ὁ διδάσκαλος.*) Is idem est, qui & a Pachymere in Michaelis vita *ῥήτωρ τῆς ἐκκλησίας*, vel qui hodie ut probe mihi notus, *ἐξηγητὴς Scripturæ interpretem*, se literis subscribit. Hujus titulos & jura recenset Balsamon in Can. Trullanum 19. *οἱ διδάσκαλοι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας* [illegible] *Magnæ Ecclesiæ Doctores Patriarchæ jure docent.* Mox stipendio, quo juxta Imperat. Alexii Comneni Novellam donarentur, enumerato, subdit Principis ejusdem verba, sedem, honorem, & ad superiores dignitates aditum illis tribuentia: [illegible] *In Ecclesia, propter quos a propriis distiterunt, sacri verbi Doctoribus, hic honor rursus tribuatur, ut nullo post constitutos in dignitatibus intervallo* (Ecclesiastæ namque Officium, dignitatis nomen, non potuit obtinere) *Patriarchæ, ut ejus personam referentes assideant. Locum enim Pontificis tenentem, magno semper honore cultum audiebant cui nullus contradicere poterit.* Et iterum. *Qui autem & verbo & opere digni sunt, ad doctrinæ ministerium inducantur: & per decendi munera, ad dignitates provehantur. Ideo namque mutuo Patriarchæ, nisi ipsi docere possunt.* Non unius autem modo, qui Evangelium explicaret, Doctoris, sed & alterius; Epistolarum Pauli nimirum expositoris meminit Nicetas in Manuele Comneno libro primo, *ὁ Μιχαὴλ*, inquit, [illegible] *Michael oratorum sedem exornans, Evangelicum pulpitum conscendit. & Nicephorus Basilace. Pauli Epistolas publice explicans, eloquentiæ lumine Apostolice dicta obscuritate respersa illustrat.* Hosque idem, si bene conjiciam, quem loco laudato [illegible] appellat Pachymeres, ubi plures erant eidem Apostolo enodando intenti.

32. *Τὰ φιλοτιμίας.*) Supple *τὰ proventus*: ad quorum instar, *τὰ* [illegible] intelligens: videlicet: *pro coronamentis*, diversas distributiones, honi adventus omen, *in bene venire*, & munus quodcumque pro consuetudine, vel lege donandum: de quo Balsamon in Nomoc. Photii Tit. 1. de Fide cap. 24.

33. *Τῆς πρώτης πεντάδος.*) In novem Quinarios, Officiales cunctos Codinus distribuit: at hic, cui de Diaconis in dextro Choro cum Pontifice sedentibus erat sermo, in tres tantum. Officiorum vero inter se similitudo & affinitatis causa forsan in quinariorum classes dividerentur. Primus namque quinarius præcipuarum sive magnarum dignitatum plures complectitur, secundus illos qui tere sunt a scribendo: tertius reliquos inter se omnino dispares comprehendit, &c.

34. *Ἐξάρχοντες τὰ δεξιὰ τῆς ἐκκλησίας.*) *Tota, ex adulterio* quæcumque magnæ Ecclesiæ, morali divisione; primo in *δεξιὰ*, & *ἀριστερὰ* de quibus numero primo, distribuuntur: *ἄρχοντες* deinde alia sunt, *ἀρχοντικὰ μεγάλα* & alia *ἀρχοντικὰ μικρά*: Magistratus majores, & Magistratus minores: *ἀρχοντικὰ μεγάλα*, Diaconorum in tribus quinariis Choro dextro considentium sunt propria; at *ἀρχοντικὰ μικρά*, Archidiaconi, & secundi Diaconorum primi Choro sunt & Lectorum alterius, dicuntur esse: *ἀρχοντικὰ μεγάλα* rursus si ad Diaconos spectent; dicuntur apud Balsamonem in Can. 51. Epist. Basilii ad Amphilochium, *διακονικὰ ἀξιώματα Diaconorum dignitates*, sive etiam *ὀφφίκια*: ad Sacerdotes enim ut numero 25. legimus, non spectat esse Clericos eorum namque interest incruentum sacrificium offerre, non vero Pontifici familiaris *ἀρχοντικὰ μικρά* eum prout pertinent ad Archidiaconum, & eius vices gerentem secundum Diaconum, nullatenus sunt *ἀξιώματα*, seu *ἀξιώματα*, sed Officia nuda, nec [illegible] tem præfecturisque magnas videlicet) nusquam ordinantur: [illegible] *sed Officia sunt nuda & solitaria* in dextro Choro, sicut & *Sacerdotes* sinistri in quo præterea Sacerdotum Officia sunt; [illegible] Lectorum vero alia, de quorum singulis in sequentibus.

35. *Ὁ πρωτοπαπᾶς.*) Qui & *πρωτοπρεσβύτερος*, *Archipresbyter* est, & antiqui Chorepiscopi, si non nominis, saltem potestatis successor: nam & in insulis Venetorum Lectores instituit, & de rebus Ecclesiasticis dijudicat. Ubi plures Sacerdotes concelebrant, primas ipse tenet, & *ἐκφωνήσεις exclamationes* profert: & tandem, ut loquitur Codinus cap. 1. *πρῶτός ἐστι τῷ βήματι, φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ Ἀρχιερέως*, *prior est omnibus in sacro Tribunali, secundas a Pontifice obtinens*: unde & in vicis, Episcopo absente, reliquis Sacerdotibus semper præeminet, & in eos jus exercet. Qua porro ratione promoveatur in Ecclesia Græca, docet ejus Ordinatio ex Allatiano Euchologio M. S. deprompta.

Ordo efficit quo Archipresbyter constituitur.

De more a Sacerdotibus præsentatur, hoc modo. Præsentatur piissimus frater noster Sacerdos, ut fiat Protopresbyter civitatis N. *& post secundam præsentationem ad Pontificis conspectum veniunt. Pontifex autem omnibus audientibus exclamat.*

Divina gratia, quæ infirma semper curat, & ea quæ desunt, adimplet, promovet piissimum N. Sacerdotem, in Protopresbyterum sanctæ Dei Ecclesiæ: oremus itaque pro eo, ut veniat super eum gratia Sancti Spiritus. *Et dicunt tertio*, Domine miserere.

Futurus vero Protopresbyter, utrumque genu, coram Pontifice, in altaris gradu flectit. Pontifex autem impositam ejus vertici manum tenens, sic precatur.

Dominator Domine Jesu Christe, Deus noster, qui generi nostro Sacerdotium contulisti: qui hujus doni & honoris gratia nos exornasti: qui nos idoneos ut laude gubernemus, absoque inferiores mysteriis tui ministros constituisti: ipse quoque fratrem nostrum N. tua gratia circumda, & honestate exorna, ut in Presbyterorum populi tui vertice constituatur, & in bonum exemplum fiat iis, qui cum illo versantur: atque in senectute bonam vitam ei consummare concede, omniumque nostrum, ut clemens misereare. Quia tu es sapientiæ dator, & te omnis creatura laudat, in sæcula sæculorum.

Et apprehenso ejus capite, subdit.

Benedictus Dominus, ecce factus est frater noster N. Protopresbyter civitatis N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Et dicit Clerus ter. Dignus, dignus, dignus.

Τάξις ἀναδείξεως εἰς τὸ πρῶτος πρωτοπρεσβύτερον.

Προσφέρεται συνήθως ὑπὸ τ ἱερέων ὅτι. Προσφέρεται ὁ εὐλαβέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν ἱερεύς, εἰς τὸ γενέσθαι πρωτοπρεσβύτερος τῆς, ὁ, πόλεως. Καὶ μ τὴν δευτέραν πρόσφορσιν ἔρχονται ἐνώπιον τ Ἀρχιερέως. ὁ δ Ἀρχιερεὺς ἐκφωνεῖ τὴν ἐπίκλησιν πάντων.

Ἡ θεία χάρις, ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα, προχειρίζεται ὁ εὐλαβέστατος, ὅ, ἱερεὺς εἰς πρωτοπρεσβύτερον τῆς ἁγίας τ Θεοῦ ἐκκλησίας. εὐξώμεθα ὅπως ὑπὲρ αὐτ ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τ ἁγίου πνεύματος, καὶ εἰ πλεῖστοι τὸ, Κύριε ἐλέησον· τρίς.

Ὁ δ μέλλων γενέσθαι πρωτοπρεσβύτερος κλίνει τὸ ἕν γόνυ ἐπὶ τῆς κρηπῖδος ἱερατείου τῆ Ἀρχιερέως. Ὁ δ Ἀρχιερεὺς ἐπιτιθεμένην ἔχων τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτ, ὕψωσε ὅπως.

Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τ ἱερωσύνῃ χαρισάμενος τῇ γένει ἡμῶν, καὶ ὁ πᾶσι δωρεὰς καὶ τιμὰς τ χάρισμάς ἐνδυσάμενος· καὶ αὐτὸς ἐκκλησιάρχας ἀληθεῖς καθιερώσας, τὸ ἱερατικὸς ἐβράβευσεν, καὶ ἠξίωσεν τὸν ὑποβεβιβασθέντα λειτουργεῖν τῷ μυστηρίῳ σε· καὶ αὐτὸς ἔνδυσον τ ἀδελφόν ἡμῶν, ὅ, ἐπὶ σεμνότητι καταξιούμενον αὐτὸν, τ ἐν ἀρχῇ ἱεράσθαι τῆ πρεσβυτέρων τ λαῶ σου· καὶ καλὸν ὑπόδειγμα τοῖς μετ' αὐτὸν γενέσθαι κατάξιον. Ὁ μετ' ἀληθείας καὶ αἰδοῦς, ὃν χάριτι καλῶ τελέσας τ βίον εὐδόκησον, καὶ πάσας ἡμᾶς ὡς ἀγαθὸς Θεὸς ἐλέησον. ὅτι σὺ εἶ ὁ δοὺς σοφίας, καὶ σὲ ὑμνεῖ πᾶσα ἐκτίσις, εἰς τοὺς αἰῶνας τ αἰώνων.

Καὶ χρεμᾷ τὸν πρεσβύτερον αὐτῷ λέγει.

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ δείνα, πρωτοπρεσβύτ τ δείνος, πόλεως, εἰς τὸν ὄρια τ πατρός, καὶ τ υἱοῦ, καὶ τ ἁγίου πνεύματος. Καὶ λέγει ὁ κλῆρος τρίς. Ἄξιος, ἄξιος, ἄξιος.

36. Ὁ ἔξαρχος.) Is est in CP. historiis ἔξαρχος quem Joannes Cittius definit *vicarium Sacrorum vicarium in tribus magnis provinciis, Imperatoris nomine præsidentem in Occidente autem supremum*: Concilii Sardicensis Can. 6. Metropolitam, Episcopis superiorem designat, ac provinciæ Præsidem. Χρὴ inquit, ἐνίστασθαι τοὺς μητροπολίτας διὰ γραμμάτων τῶν ἐξάρχων τῆς ἑκατέρας, λέγω δὴ τῆς ἑσπερίου καὶ μορηνδίων: *Oportet Episcopum* (inferiorem videlicet & subditum) *monere per Literas Exarchi provinciæ Episcopi, inquam, Metropolitani.* Concilii quarti Canone 8. vox eadem *Diœceses Præfectum judicat*, ἔξαρχον τῶν διοικήσεων, quem nos Primatem dicimus: de quo plurima Joannes Morinus, Sirmondus, & alii non minus fuse quam docte: & quod spectat ultimum Ecclesiæ Græcæ Latium, sermonem de illo faciendum omnem paucis perstringit Blastares cap. 9. litteræ Δ. *Διάκονοι λέγονται ἐξαρχικοὶ οὐδαὶ παρ' ἐμοὶ ἔξαρχοι· ἡ πάντες ἔξαρχοι φασίαν τὰ παρ' ἐμοὶ, ἐκ ἕτερα· οἱ γὰρ καὶ λέγονται τινες τ μητρὸς πολιτῶν ἔξαρχοι, ἀλλ' ὡς οἱ τοῦ βασιλέως ἐπέχει τόπον πολίται, ἐκ ἔχων ὅλως διακονίας αὐτοῦ. Diœceses vocatur quæ plures sub se complectitur provincias. Exarchorum autem privilegium, quod præsens tempus attinet, insolente. Quamvis enim Metropolitarum nonnulli dicantur Exarchi, aliis tamen Metropolitas in Diœcesibus sibi subditos nullatenus abstinent.* Verum de antiquis & antiquaris hisce Græcorum Exarchis, hic quo ad sonum quidem audit vel loquitur Ecclesiæ Orientalis ostio. Ἔξαρχος itaque πατριαρχικὸς nunc est, quem nomine suo in variis provinciis Patriarcha delegat visurum, an in unaquaque privata Ecclesia Canonum observetur disciplina, utrum in Monasteriis vitæ religiosæ decus splendeat, an potestatis sibi traditæ limites non excedant Ecclesiarum & Cœnobiorum præfecti, an correptionis censuram Clericorum vitia relaxata meretur, an jus ex æquo & bono singulis reddant Pontifices, an denique cuncta non mores & sensus ad decretorum dogmatumque divinorum normam componantur? Uno verbo Visitatorem agit; & eandem Patriarchæ debita a singulis exacta colligit, & de cunctis a se gestis, sive etiam Patriarchæ jure pecuniis collectis, ad ipsum refert: Id non proprio fidei testimonio probatum velim, plures licet ejusmodi Exarchos Ecclesias circum cursantes viderim, quibuscum non modica mihi intercessit amicitiæ necessitudo: certius confirmat Germani Patriarchæ secundi diploma sive σιγίλιον bulla sigillo munita: quo de quoliber Exarcho ita loquitur, *τῶν δὲ πατριαρχικῶν ἐξάρχων ὀνομάζονται, ἃ τὰ αὐτῶν κατέχει ἀρχεῖα αὐτῶν ἀναπόδραστον· ὁ δ' αὐτὸς ἔξαρχος ὢν τοὺς ἐξῆς ἐπαρχιώτας μετὰ τῆς τῶν ἱερῶν βαθμῶν ἀκριβείας ἐπισκοπῶν, μετὰ τῆς κατεστημένων μητροπόλεων τὰ εἰς βίους, ἢ ἀκολούθως αὐτοῖς, καὶ παντὸς ἑτέρου κατεπείγοντος ἐπιμελούμενος· ἔτι γε μὴν καὶ τῆς τῶν μονῶν εὐκοσμίας ἐπιστατῶν φροντιστὴς καὶ ἀκριτὴς· καὶ εἰ μὴ καρδίαν ἀπόλεμος, εἰ δὲ τοῖς πατριάρχαις δικαίως ἀναφέρηται ἅπαν ὅτιπερ ἂν κατὰ τοῦ ἐπιτηδεύματος καὶ ἀκριβῶς ἐξετασθῇ.*

pus sedens. Patriarcholium jurium Exarchus subjicitur, & ei Canonice desultas contributiones persolvent. Exarchus autem Ordinibus promotionis per gradus singulos promovebit, cum legitimis tum vitæ, quam ipsorum ætatis testimoniis, & alia cum Ecclesiastica circumspectione. Nuptialibus quoque contractibus præsit permittendis, aut vetandis. Et Patres spirituales confessionum animæ excepturos ob eo probabuntur, & licentiam (audiendi confessiones) accipient, in Patriarchalibus Juribus ipsi assidentes. Hæc est Exarcho ad locum aliquem a Patriarcha misso concedi solita potestas: ista vero est, quam nulla auctoritate fultam, non mediocris litteraturæ quidam Scriptores appingunt, ut eum in Archimandritam, & Monachorum Provincialem instituant. Absunt certe Græci Monachi Provinciali: ejusmodi in Gallia conficto se submittere: Exarchum tamen admittunt ad se a Patriarcha transmissum, nonnumquam etiam sæcularem Clericum, Provincialem nusquam. Obsit vanidem itaque discriminis omnis tollendi gratia, Exarchum Visitatoris potestate donatum, unde placet sive e Monasteriis, sive e Clero CP. evocari, eique pro libito amplam vel restrictam tradi auctoritatem, in omnes Ecclesias nonnumquam; in Catholicos aliquando, vel etiam in Monasticas; quandoque vero in has solum, vel illas; & nonnumquam solios illicujus dubii definiendi, vel in certas tantum personas, jus accipere. Enatus huic errori, ut qui ad Monachos aliquando delegatus est Exarchus cum ampla visitandi potestate, Provinciales vel Archimandritæ putarent; cui refutando sufficit Germani Patriarchæ datum Exarcho sigillum causarum matrimonialium (a quibus cognoscendis longe sunt veri Provinciales) notitiam assignans, satis sum etiam quæcumque ut Clerico potius quam Monacho eidem tribuit Juris Græcoromani liber certus. Hinc indidem secundæ alterius auctoris hallucinatio *τοῦ τῆς ἀληθείας κήρυκος, venerandarum Ecclesiarum defensoris*, cum eo, de quo loquimur, Exarcho confundentis, deprehenditur, eo quod non ob officii, sed ob dictionis potestatem audiat quandoque ἔξαρχος. Verum nominis, ut dixi, non magistratus ejusdem hæc est potestas. Utriusque vero discrimen ex eo solum conjicitur, quod hic & ille, ut Officiales distincti hoc eodem loco exscribantur. Lege sequentem numerum 38

37 Τιμίων χειρῶν ὀνίων.) Rationem de vasis, & sacris totius Episcopatus ornamentis, de judiciis, de matrimonii conditionibus legitimis exquirere, non Archimandritæ, sed potius est Visitatoris a Pontifice missi, qualem Exarchion intelligendum supremo superiore diximus. Quid χρῆμα τὸ ἀνεξιχνίαστον, explicabit Ecclesiæ consecrandæ officium subjicium.

38 Ὁ Ἀρχων τῶν ἐκκλησιῶν.) Non unum hunc Officialem, verum tres enumerat cum Citrio secundus Catalogus fol. 373. positus. Monoris Sacelliæ proposito in regendis Monialium cœtibus socium illum adjungit Codinus cap. 1. *Curis de Officiorum*, τῶν ἐκκλησιῶν, & Antimensiorum curam imponit tertius Catalogus fol. 377. Hæc autem ad Ecclesias pertinentes & ejus solliciturdini mandari hanc potuisse. Porro non ita pridem, Ballamonis nempe, fuisse officium fuit substitutum. Præbet argumentum confectæ a Ballamone Medita. de Protocedico Juris Græcoromani lib. 7. ubi Sacellario cunctorum Monasteriorum curam traditam memorat; Sacelli vero præfecto Catholicarum Ecclesiarum præfecturam tradit. Catholicas autem Ecclesias intellige parochiales viris & fœminis pervias: Monachales enim non nisi sexus cujusdem sunt apertæ. Verba Ballamonis sunt: Ἀλλ' ἐπειδὴ, τῆς μὲν τῶν μοναστηρίων ἐπιμελείας τὸν μέγαν Σακελλάριον, τῆς δὲ τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν, οἷον δὴ τοῦ ὑποτετάχθαι τῷ ἐκείνου Σακελλαρίῳ τὸν ἐπὶ τῶν ἐξωτερικῶν Σακελλάριον, τοῦτον ἐπὶ τῶν ἐκκλησιῶν ἐπιτεταγμένον ἐκεῖνος ἐπιτρέπει· ἔστι γὰρ ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ καὶ βασιλίδι τῶν πόλεων Κωνσταντινουπόλει ἐν τοῖς προαστείοις καὶ ἐν τοῖς περιχώροις πολλὰ καὶ μεγάλα μοναστήρια γυναικεῖα, ἐν οἷς οὐδὲ ἀνδρὶ ἐπιβῆναι ἔξεστιν· ἐν τοῖς δὲ ἀνδρῶν ἐκείνοις οὐδὲ γυναικὶ ἐπιβῆναι ἔξεστιν· *Sacellarius urbanæ, τῶν ἐξωτερικῶν Sacellarius Constantinopolis est) & suburbana. Pene trans portum (locus Pera distat e regione CP. trans portum, & adhuc trans opidum Galatense situs est ut ideo τῆς πόλεως dicatur) Monasteria curat. Communium autem Ecclesiarum quæ Catholicæ vocantur, sicut & emporitanum penes Sacelli Præfectum est administratio.* Quid ergo tunc ageret Ἀρχων τῶν ἐκκλησιῶν, aliis pro re indicet Codinus, huic ita serviret? Nunc autem potestatem amplissimam obtinet Joannis eunuchi virorum Monasteriis Sacellaria religio, fœminis vero a Sacello assignatis: hunc, cum Sacellarii, sæculares reliquæ prosequendæ, & in eas jurisdictionis tuendæ commendantur. Recole dicta numero 15. Hinc tamen ἔκφυσις Petrorum gratis uteretur honorem, qui cum Thessalonicensi numeris re & re Sacellarium, & a Sacello Monasteriis universis severo tamen officiorum ordine voler esse præfectos, cæteris autem Ecclesiis ἄξαρχα, etiam ab antiquo propositum asserat.

39 Ὁμολογητοῦ.) Salmasius apparatu in libro de Primatu, curationem qui morbi curatorem medicum hoc nomine dictum quondam, quil tamen prodat Græcitas, alibi non, & in eodem fere Canones animorum, Chorepiscoporum successores, Curatos a nobis vulgo nuncupatos, qui *confessorum Curatores* Medicos, vocabulo a Synod. Laodicena in vulgus. Scio apud Svidam *confessor* sanctum: favet tamen Salmasius ne circulatores ficus. Vanitatem in compita multo verborum apparatu dirigentes, pro veris corporum Curatoribus ingerat: & si pertinacia haberet a Zonara & Barbaro veteri adducendis ἀναβολὴν ipsius tenui indigeat. Non felicius Salmasio Græcorum Concilium in Quinisexto Can. 11. inquiris, an transferendis forte illo, quem Typicum S. Sabæ nominat, *ψαλτικὸν ἐγείρτορα*, cujus erat in vigiliis circuire, & somnolentos excitare. Nostris vigilibus forsan ipse dispeliat, & illi sit opus excitatore. Circumcursatorem nomine alio suæ mandat institui Concilium Laodicenum Can. 57. ut nempe defectu Episcopi, quem in villis & pagis præbei non decet, ipse loca illa circumeat, & cunctos ad rectæ vitæ, famaque doctrinæ normam efformaret. Ita Canonem prudentem exponit Blastares, & Zonaras: *χρῆναι δὲ τοὺς ἐν τοῖς κώμαις καὶ χώραις διατρίβοντας καὶ ἀγροῖς διατρίβοντας, ἤγουν τοὺς περιοδεύοντας καὶ κατηχοῦντας τοὺς ἐκεῖσε ἀνθρώπους· οὗτοι δὲ εἰσὶν οἱ ὑποτεταγμένοι τῷ ἐπισκόπῳ· Sacellarius urbana, τῶν ἐξωτερικῶν Sacellarius Constantinopolis est) & suburbana. Pene trans portum (locus Pera dicitur e regione CP. trans portum, & adhuc trans opidum Galatense situs est ut ideo τῆς πόλεως voc

Hesychio apud Stephanum tunica Tarentinorum fuit corpori adstricta, & fibulis quibus jungebatur, tenaciter devincta.

42 Οἱ δύο δομέστικοι.) Vox Δομέστικοι in Officiis Ecclesiæ, vel Curiæ C.P. usurpata, imperium, principatumque supra alios infert: hinc δομέστικος τῶν σχολῶν, ἢ τραπέζης, τῶν θεμάτων: Domesticus Scholarum, mensæ, officiorum, qui militiæ, mensæ Imperatoriæ tenendæ, vel portis Palatii custodiendis præfectus erat: Ac ideo Cantores quoque cœtui Ecclesiastico præpositi, & utriusque chori præsides sunt, οἱ δύο δομέστικοι, clarius a Citrio loco sæpius memorato, δομέστικος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ, & δομέστικος τοῦ ἀριστεροῦ, *Domesticus dextri, & Domesticus sinistri Chori*, dicti: super quos adhuc in medio chori stat, qui Δομέστικος τῶν ψαλτῶν ὁ παρά τισι λεγόμενος πρωτοψάλτης. *Cantorum Domesticus, Protopsaltes ab aliquibus vocatus*: & iterum, Δομέστικος λέγεται, ὅτι οὐ πρωτεύει, ἢ ἐπιστατεῖ τῶν μελῳδῶν τε, καὶ τῶν μελῳδούντων, ... καὶ τὸ μελῳδεῖσθαι. *Domesticus dicitur, sive Præcentor, & cantorum cantionumque præfectus: ut in numerum & ordinem eam cogat, quam cantum omnem componat*. Ille, ut ibidem sui dicit, solemnioribus in vigiliis, πολυελαίοις, quibus omnes conveniunt, dictis, dat initium, Pontificem, vel Sacerdotem hac voce compellans: Εὐλόγησον Δέσποτα. *Benedic Domine*. Et exinde magnus illi accrescit honos. Terminato vero officio, Patriarcha ve domum reverso, vel etiam quacunque ratione populo benedicenti, alii multo inferiores domestici, λεγόμενοι πατριαρχικοί Patriarchales vocati sunt instituti, & Lectorum officio gaudent, quorum ἔργον est, munus est acclamare. εἰς πολλὰ ἔτη δέσποτα. *In multos annos Domine*. Vide præfati Citrii interrogatum. 8. & 10.

43 Οἱ Πριμικήριοι.) Relicta nominis etymologia, quæ Græcam simul & Latinam dictionem facit, notariumque significare afferit, qui sigillandis cera litteris, reliquis præponebatur, dicendum: πριμικήριοι, nunc tantum usurpari, pro eo, qui πρῶτός ἐστι τάξεως τῆς τυχούσης, *primus est cujuscumque ordinis*, ita Suidas, & Novellæ. Heracli in Jure Græcoromano. Atque ita Primicerii Cantorum sunt, a quibus numerari incipiunt Cantores, quique primatum ordinis inter eos tenent; non tamen potestatem, quam domesticis recenter diximus esse reservatam, super eos ullam exercent.

44 Πρίζιμα. Latina vox est, & forsan ideo a Græcis in suum usum deducta, quod proxime ad hujus Officialis nutum & imperium fiat in Ecclesia signum ut proxime deinde sacræ Psalmodiæ detur initium.

45 Ὁ ἐπὶ ἱστασίας.) De illo abunde fol. 23. tractatum est.

46 Ὁ κατηγορούμενος.) Κατηγορούμενος Legendum censet doctissimus Leo Allatius, dum enim verrit & emundat Ecclesiam, cuncta ordine suo componit, & quasi ad proprias κατηγορίας *Categorias* amandat: vel etiam nomen idem meretur, eo quod, ut fol. 230. dictum est, sanctorum festa publice annuncians, unicuique diem, celebritatis modum, debitumque honorem, assignat, & quasi sua in sede & Categoria locat. Addam, forsitan & a verbo κατηγορέω, *rem occultam detego*, nomen mutuari: si quando lampades accendit, aut ignem defert, obscuram tandem illustrat Ecclesiam, & ignem in occulto latitantem educit.

47 Φιλοκαλός.) *Verrere* vernacula sua lingua φιλοκαλεῖν dicunt Græci, quasi *munditiam & decorem, amare & insequi*: & *verriculum*, φιλοκαλίαν *decoris cupidinem*, pariter appellant.

48 Τὰς κανδήλας.) De hac voce, Lampades vitreas significante, consulendum Onomasticon.

49 Οἱ ὀστιάριοι.) Quibus non Ecclesiæ modo, sed & Patriarchii, ejusque tribunalium, portæ custodiendæ committuntur. Horum unus, qui forte tunc unicus erat, sententia Synodali Nicolai Patriarchæ, Leonis Philosophi tempore thronum Ecclesiasticum nacti, ne a petentibus litteras Patriarchales pecunias emungeret, deterretur. eidemque simul annua merces assignatur. Ibi vero Patriarchii custos pronunciatur: ὁ πρὸς τὰ ἐνταῦθα τὴν τῶν φυλακὴν πεπιστευμένος, ὃν ὀστιάριον οἱ Ῥωμαῖοι γλώσσῃ καλοῦσι: *is cui commendita est fundi hujus loci custodia, quem Romani Ostiarium sua lingua vocant*. Et infra: τοῦτο γε τὴν ἐντεῦθεν αὐτῷ ... *Nos ejus pravam excusationem* (qua pecunias a se exactas prætexebat) *rejicientes, annuum ei salarium constituimus*; ex Juris Græcorum lib. 4. ὀστιάριον autem, quem tenere hic memoratur, ῥάβδιον scribi deberet, si corrupta vox minus auctori placuisset, quæ ῥαβδίον alias dicitur; baculusque Pontificis est, aut certe, ubi de Imperatore fit sermo, sceptrum ejus regium.

50 Οἱ λαμπαδάριοι.) Illi sunt qui λαμπάδας *cereos* accendunt, cum κατηχοῦσιν, alias κανδηλάπται dictus, lucernas lychnosque accendere soleat.

51 Ὁ δεκανός.) Decanus idem quod κανικτός vespillio & Lecticarius, & ut loquitur Epiphanius lib. 3. adversus hæreses, ὁ τὰ σώματα περιστέλλων τῶν κοιμωμένων, *qui mortuorum effert corpora*. De hujusmodi Officio plura sanxit Justinianus in Novellis 43. & 59. ubi plures eos fuisse recenset, eosque aperte Decanos & lecticarios vocat, ad quos cura Libitinæ pertinebat, id est exequias sepulturamque mortuorum procurandi, feretra, lecticasve ferendi. Varius autem fuit eorum numerus, donec Justinianus, mille & centum officinas solum illius tribuit, quæ ad majorem Ecclesiam pertinerent, immunitateque fruerentur; cæteros vero municipes esse jussit. Unus vero hic tantum esse perhibetur, (supra alios videlicet de grege plebis ad efferendos mortuos absque Ecclesiastico titulo assumptos eminentior,) cujus ea vit etiam provincia, ut Sacerdotes componat, in juribus & contributionibus, ad eos ex funeribus, & quovis alio obsequio provenientibus, accipiendis.

52 Ὁ δεπουτάτος.) De *Deputatis* militaribus pluribus tractat Lacerda, & Joannes Calvinus, Kahl dictus, in Lexico Juris, sed non ad rem nostram. Δεπουτάτοι, *Deputati*, hodie vocant in præcipuis Orientis urbibus, duos aut quatuor honoratiores cives a plebe electos, quibus nomine civitatis cum Turcis tyrannis negotia quæque publica componere licitum est: & hi sunt ad onus ferendum, sine ulla potestate magistratuum umbra. Similes habet suos Deputatos magna Ecclesia: sunt enim ad laborem & onus tolerandum, non ad obtinendam dignitatem instituti: unde & simul cum Cansilariis, & Portariis inferioribus non Officia sunt, sed ὑπηρεσίαι *ministeria*, & *famulatus*. De eorum institutione agitur ubi supra de Lectoris Ordinatione.

53 Ἀπὸ γνώμης καὶ ἀρχῆς.) Frustra nihilominus maledictionis illa comminatio prodiit. Nihil enim Patriarchis familiarius, quam vel Officia Ecclesiæ quædam supprimere, alia de novo creare, ordinem denique quæstorum invertere, & sus deque ponere. Una est hæc Citrii querela, ubi Juris Orientalis lib. 5. de his Officiis disserit: ὅτι δὲ αἱ τάξεις αὗται ... ἐκ τῆς τῶν Ἀρχιερέων ..., καὶ ταῦτα ..., οἱ Ἀρχιερεῖς ... *Sed cum horum Officiorum creationes per eruditi signationes ex voluntate Antistitum, quorum sententiæ & voluntates differunt, pendeant; propterea totus confusus est ordo: indeque hæc nobilium officiorum conditio in sua firmitate non mansit, sed juxta Præsulum beneplacitum labefactata fuit: confusa autem ipsa in plerisque vigorem tandem legis obtinuit.*

54 Ἐξωκατάκοιλοι.) Non una ratione in variis Ms. scribitur hæc dictio, sed per κ, vel per οι, in penultima, frequentius autem per οι: ac propterea, ut opinor, correctius. Ex septem vero Diaconis de quibus supra num. 16. actum est, sex hic enumeratos, qui & omnium Officialium principes, Oeconomus nimirum, Saccellarius, Sceuophylax, Chartophylax, Sacellæ propositus, & primus Defensor (sive juxta antiquum ordinem Protonotarius) Exocatacelos apud auctores plerosque Codinum, Balsamonem, Joannem Citrium, & alios, dictos reperies: quæ certe appellatio ut rara est, ita & obscuritatem conjunctam habet, & negotium facessit. Gretserus Commente. in Codinum lib. 2. cap. 2. an audeat circa vocem hanc exponere conjecturam suam dubitat; depromitque tandem, & quamvis nullo, ut rebatur, illius tamen vocis periculo prompsit: & unica litterula mutata ἐξωκατακοῖται, *qui tamen foris dormiant*, *qui foris cubent*, non in Patriarchio, legendum existimat: ut quid autem fit a Gretsero litterulæ mutatio, nisi ut vocem mutet, & ejus sensum perdat? Scio equidem Clericos palatii CP. ad intentatam usque Leoni Armenio necem, extra palatium noctu resedisse. Opem etiam Gretseri feram conjecturæ, si dixerim, Ecclesiæ magnæ Clericos esse e Patriarchio ἐξωκατακοίτους, soli namque *Syncelli* σύγκελλοι, quasi ejusdem *cellæ habitationis* consortes, cunctis foras relegatis Patriarchæ cohabitant: at non ideo soli sex primi Diaconi sunt ἐξωκατάκοιλοι, quin potius inter eos aliosve Clericos, nulla est eis in hoc discrepantia, siquidem cuncti sunt ἐξωκατακοῖται, & foris dormiunt. Addo propterea hac de causa juxta ipsum Gretseri sensum, aliam probatam vocis hujusdem lectionem potius retinendam: ut ἐξωκατάκοιλοι, non ἐξωκατακοῖται scribatur. Verosimilius tamen afferetet, qui reliquos Clericos κατακοίλους, in inferiore depressioreque loco sive in Ecclesia sive in judicio sententiam ferentes sedere diceret: sex autem memoratos, ut illis honoratiores, supra illos, & sublimius positos, ἐξωκατακοίλους, in alio ordine, supra κατακοίλους *depressos & humiles*, positos censeret. Certius tamen & adhuc vero propinquius dicendum, ἐξωκατακοίλους hos sex ἄρχοντας Ecclesiæ CP. vocatos qui Ecclesias in montium verticibus sitas gubernantes, ad obsequium deinceps Patriarchæ adlecti nomen hoc prius obtentum, sibi retinuerunt. Clarum planumque id fiet ei qui sciverit, Constantinopolim novam Romam, sicut & veterem, septem montes Ecclesiasque plures quasdam in vallibus, alias in summis montium, & alias tandem in montium deflexu sitas, sic ambitu complecti: has omnes vero sic antiqui diviserant, ut quæ culminibus montium inferiores essent, κατακοίλας dicerent, (unde etiam hodie corrupta sua lingua *montis iter deflexum* κατακοίλι vocant Græci) quæ autem cacumen ipsum occuparent, illæ ἐξωκατάκοιλα; quasi ἔξω (ἔξω enim & κοῖλος opponentur) *extra cavitates & locos depressos elevatæ*, & reliquas alias circumspectantes nuncuparentur: Hinc & idem nomen dictarum Ecclesiarum rectoribus inditum, quorum quidam κατάκοιλοι, alii ἐξωκατάκοιλοι, nuncupati, qui cum Sacerdotes essent, & sub se haberent proprium Clerum & proprias Ecclesias, ut Codinus cap. 10. testatur, & Patriarchæ sive magnæ Ecclesiæ forent Officiales, magni & solemnibus festis in sua Ecclesia occupati Patriarchæ nequibant assistere: quo factum est, ut quidam ex Patriarchis in locum eorum Diaconos substituerit, qui deinceps adhuc ἐξωκατακοίλων nomen ambierint & retinuerint, atque inde Casulam ferentes χωρὶς ἐπιτραχηλίου *absque Sacerdotali stola*, cum solo ὠραρίῳ *Diaconica stola*, jus usque hodie haberent: & exinde iterum plures sunt quam septem Diaconi in Ecclesia CP. septem videlicet ad instar septem aliorum ab Apostolis institutorum, & septem ἐξωκατάκοιλοι superadditi ex Sacerdotibus derivati, qui tamen prioribus præpositi non sunt: & adjuncto, pro Patriarcharum beneplacito quintodecimo tres quinarios Diaconorum superius assignatos constituunt. Vide superius dicta numero 16.

55 Ὁ Πρωτονοτάριος.) Consulatur numerus idem 16.

56 Ὁ ἐπὶ τῆς καταστάσεως.) Quem institutum dicit Codinus, εἰς τὸ ποιεῖν ἐντάξιαν ἐντὸς τοῦ βήματος, *ut debitum ordinem intra sacra septa servari procuret*: exterius enim reverentiam & modestiam cunctis indicebat, ὁ ἐπὶ τάξεως *cerimoniarum sive compositi ordinis & modestiæ magister*.

57. Ὁ Ὀρφανοτρόφος.) *Orphanorum est vindex, tutor, nutritius & collegii eorum præpositus* βρεφοτρόφος *pueris a matribus impudicis expositis*, πτωχοτρόφος *pauperibus quibusvis*, ξενοδόχος *peregrinis adventantibus* ex Ecclesiæ pecuniis, beneficium idem præstat. Vide Justinianæam Novellam tertiam & Cujacium in Paratit. Titulo 3.

58 Ὁ Ἄρχων τῶν φώτων.) Codinus, ἔχει φροντίδα τῶν νεοφωτίστων, *curam habet eorum qui nuper illuminati, hoc est baptizati sunt*, per octo nempe dies a baptismate.

59. Ὁ Νομοδότης.) Correctius ut mihi quidem videtur, Citrius legit ὁ Νομοδότης, *manifestatum & eleemosynarum distributor*, *eleemosynarius*.

60. Ὁ Ἐπὶ τῶν μελῳδῶν.) Libros chorales aperit, & quæ cantanda sunt indicat.

61 Ὁ Ἄρχων τῶν κοντακίων.) *Breviculum* genus Cantici est fol. 140. explicatum: præfectus illorum est, cui ea decantandi munus commissum habet. Sicut Choristæ vel Acolythi, apud Latinos Versus & horarum Responsoria.

62 Ὁ Πρωτοκανονάρχης.) De Canonarcha dictum est fol. 23.

63 Οἱ Χαρτουλάριοι) De illis supra numero 6. & 16.

64 Οἱ Καμπάνοι Vide Onomasticon.

65 Δόξα σοι, Θεὸς Κύριε, λέγων) Require in officio Laudum fol. 46. numero 170. ubi, quandoque dicatur hoc Troparion.

76. Ἀσπρίδας, καὶ σημάντρα.) Ubi exponantur hæc, edocet Onomasticon.

69 Κεβέζιος.) Αὐτὸς καλεῖται dicitur. Κιβώτιον autem est κιβώριον *tabernaculum Eucharistiæ sacro pani asservando dicatum*: vel *turris campanaria*, ad ejus normam efficta: atque ita juxta eruditissimi Caracii Agioanuritæ Græcarum linguarum in collegio sapientiæ Romani professoris, Κεβέζιος hic, *clavis Tabernaculi custos* est, vel *qui ad horas Missarum celebrandarum turri campanaria dat signum*. At cum Diaconos quosdam in Synodo 7. Κεβαλλαρίους fuisse legamus, & aliunde Κουβούκλιον sive Κουβικλάριον *cubiculum* significare certum sit, ex Metaphraste in Epiphanii vita: rectius dicendum videtur Κεβέζιον & Κουβουκλείσιον cubiculariorum, non indignum Diacono Officium, nunc vero custodorum ultimum, indicare: nisi quis dicere mallet ex Ciacconio, in vita Cælestini Κουβουκλεισίων, *Cubicularium*, non Pontificis, sed Ecclesiæ ministrum fuisse. Addidit enim Cælestinus, ut idem auctor narrat, supra sepulchra Apostolorum ex Clero Romano custodes, qui dicuntur *Cubicularii*, quos modo dicimus *Capellanos*. Cubiculum quippe erat apud antiquos, quod apud nos Capella: atque ita etiam in Ecclesia Græca, κουβουκλείσιος ad ejus imitationem institutus, sacrarum custos reliquiarum potuit olim censeri. Conjecturam auctoritate sua confirmat illustrissimus Præsul Trapezuntius, qui etiam hodie κουβούκλιον, sacrarium, reliquiis asservandis locum deputatum, κουβουκλείσιον autem custodem illius esse asserit. Quisquis quæ fuerit, nulla in judiciis auctoritate pollere censetur ab iis, qui vilem & humilem κουβουκλεισίων ordinem existimant, quibus Balsamon dissentit in Can. 7. Trullanum scribens: ἀκούεις, ... τὸ ἐκκλησιαστικὸν κουβούκλιον, ... *Dixerunt quidam nullius esse auctoritatis ordinem Cubicularii Ecclesiastici, sive Pontificii, sed humilem & abjectum; quod equidem mihi non arridet.*

RITUS IN ORDINATIONE PRESBYTERI servandus.

Secundo, sic illa nunc, post lectam consecrationis & totius liturgiæ a recenter ordinato seriem, quodquidem qui attentaret, si nondum sacerdotio collato perfectum se censeret? Tertio, χειροτονηθεὶς ubique appellatur sacerdotium suscipiens, ante traditionem hujusmodi, quasi Ordine jam suscepto sit insignitus. Quarto, verba laudata λάβε παρακαταθήκην, &c. a solo Catumsyrito formam Ordinis continere perhibentur: Philadelphiensis autem ab eo male vindicatus, nil ipsi patrocinatur, nec in parte hac, a communi Græcorum Theologorum sensu discedit. Quinto, verba hæc λάβε παρακαταθήκην impudenter & meretricia fronte adulterare ausus est Catumsyrites, dum illis interseruit. καὶ φύλαξον αὐτὴν σῶμα τοῦ Χριστοῦ, fac depositum hoc corpus Christi: quæ quidem adjectitia, nec traditione, nec scripto, nec typis Græcis ullis sunt nota. Non omiserim lubens, vanam illam Catumsyriti formam, potestatem quidem Sacerdotis in Christi corpus verum commemorare, de mystico vero altum in eo silentium: quis autem Sacerdos, qui in utrumque aliquid juris accepit, de utroque verba sibi fieri, dum ordinatur non percipiat? Sonent itaque licet verba hæc, λάβε παρακαταθήκην, idem fere quod hæc Latina, *Accipe potestatem offerre*, &c. Sonent etiam hæc alia, φύλαξον αὐτὴν σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ac quæ dixit Christus, *Hoc facite in meam commemorationem*: cum tamen nullam de Sacerdotis jure in Ecclesiæ membra mentionem faciant, nusquam ut vera Ordinis forma, juxta Catumsyriti doctrinam sunt habenda. His subdoliter, & pro consueto sibi more, non sine fictione & mendacio respondet falsarius Catumsyrites, partialem hanc esse sacramenti Ordinis formam, ut quæ solam in Christi corpus Sacerdotis auctoritatem proferat: aliam vero secundam itemque compartem esse, quæ alio tempore cum Episcopo liberetur aliam in Christi corpus mysticum potestatem concedat. His autem deliria hæc verbis aperire conatur. Ecclesia Orientalis, non eodem tempore & die ordinat suos Presbyteros sicut servat sancta Mater Romana Ecclesia, sed diversis temporibus ad exemplum Domini Christi bis ordinat Sacerdotes suos. Christus enim Apostolos semel ordinavit, ad ordinariam potestatem super corpus suum verum, per exhibitionem panis ante mortem: & iterum in secundariam potestatem supra corpus mysticum, cum post resurrectionem insufflavit in eos, & dixit, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*. Ita Ecclesia Orientalis primo ordinat suos Sacerdotes per collationem corporis Christi sub speciebus panis: & deinde ad secundariam potestatem super membra Ecclesiæ suis peccatis liganda aut absolvenda. Cujus quidem potestatis tradendæ formam se, DD. Cardinalibus Congregationis de propaganda fide præfectis, ex testimonio Timothei Cirenes Cypri Metropolitæ, Romæ exhibuisse affirmat idem Catumsyrites Accusatione in Arcudium 64. illamque exscribit, Græce primo, deinde Latine, hoc pacto. *Sedens Episcopus cum solemnitate in Pontificio throno, indutus veste Episcopali, & habens super humeros pallium Episcopale, jubet accedere ordinandum, ad suscipiendam secundariam potestatem absolvendi, & ligandi. Tunc duo Sacerdotes deducunt in medio eum qui ordinatur: & tres reverentias faciunt coram Episcopo, dicente uno ex ipsis in prima inclinatione: Jube Domine. Ad quod omnes pariter, capita sua Episcopo profunde inclinant. In secunda vero reverentia, dicitur: Benedic Domine. Et in tertia: Ad multos annos Domine. Tunc is qui ordinandus est, inclinat caput: & genu dextrum coram Episcopo. Et Archidiaconus pallii extremitatem modeste attollit, & ordinandi capiti super imponit. Insuper Episcopus ipse imponit ei manum suam, dicens: Mediocritas nostra, ex divina gratia, & dono, ac potestate principalis fontis vivendi spiritus, nobis concessa a Salvatore Christo Domino per sanctos ejus discipulos & Apostolos, ad solvendum & ligandum peccata hominum, dicendo eis: Accipite Spiritum Sanctum, quorum retinueritis peccata retenta sunt: &, quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælis. Ex ipsis autem etiam ad nos derivato hoc divino dono Spiritus Sancti principii vitæ, nostræ, inquam, humilitatis ministerium, superimponit N. spiritualis paternitatis officium. Damus itaque ei potestatem ligandi & solvendi omnia quæcumque ei confitebuntur homines ex puro & contrito corde, sintque condonata & absoluta ex Omnipotente virtute divini & vivifici Spiritus Sancti, in præsenti seculo, & in futuro: in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Et tunc Chorus respondet: Domine, miserere, Domine sancte, benedic. Et Episcopus dicit: Christus verus Deus noster, precibus intemeratæ suæ Matris, & omnium Sanctorum misereatur, & salvet nos: tanquam bonus & misericors Deus. Amen.* Verum, quam narrat Catumsyrites secundariam ordinationem DD. Cardinalibus legendam obtulisse, ipsi quoque Eminent. Cardinales subodorati sunt suppositam & falsam, & ut vincat veritas, legitimum adulteri Catumsyriti fœtum: pœnaque exinde fuit auctori, ut nec legitimos nec supposititios, vel edere vel fingere deinceps attentaret. Pro comperto tamen, & luce ipsa clarius extat, non successive, sed semel & una, Sacerdotii potestatem utramque Græcos conferre, cum dicunt: Divina gratia quæ infirma semper curat, & ea quæ desunt adimplet; *promovet N. in Presbyterum*; hoc est, ad obeundas Presbyteri functiones cunctas: unde & fundamento vacat apud eos, quo se torquent Scholastici quidam, dubium. An duplex sit Sacerdotii character? An qui potestatem obtinet in corpus Christi verum, simul quoque in mysticum obtineat? Una siquidem ad munus utrumque se extendens facultas confertur, & una est Sacerdotii dignitas, qua vel unico verbo prolato Diaconus augetur, & jus utrumque, in verum & in mysticum Christi corpus, committitur: non immerito propterea annotavit Arcudius lib. 6. cap. 8. Sacerdotibus confessione excepturis concessas litteras (ἐπιτρεπτικὰ γράμματα & ἐντάλματα vocant Græci, nos *Mandata*, eo quod in ipsis a Confessoribus agenda vel observanda quæque præscribuntur) nihil quod ordinationem memoret aut tangat continere: sed tantum potestatis in Ordine susceptæ functionem demandare, amplitudinem exponere, necnon & ejus terminos definire & coarctare: quæ idcirco absentibus æque ac præsentibus conferri solent; semper autem Monachis, licet non cunctis eas Pontifices concedunt. Et quidem, ἐντάλματος unius, Arcudius loco nuper memorato, alterius juris Græcoromani volumen lib. 6. tertii, Ms. Regium numero 363. formam nobis exhibet.

Humilitas nostra tibi in Monachis Sacerdoti Matthæo spiritualis paternitatis ministerium confert. Unde & rationes & acta, variosque pro confessione ad te accedentium casus excipere, & juxta cujusque vires, peccatorumque discrimina ratione habita, pœnitentiam, & omnem salutem teneris administrare. Ligabis enim quæ ligari oportet: & solves quod solvi necesse est, ut cooperator & minister datæ nobis a Deo spiritualis & Apostolicæ gratiæ, pro humanarum animarum salute. Convenit insuper devote juxta Monachorum ritum, de hoc te interpellaturos, (cum debita Canonica observantia, tum alia quavis, tum ea, quæ Monachum detondendum comitari decet) tonsura, Monastico Ordini adscribere. Promovendos autem ad Sacerdotii dignitatem ita teneris examinare, & quæ ad eos spectant, ut Apostolica & Canonica ratio exigit, perscrutari: ne ex negligentia, aut subreptione aliqua, alienis criminibus, ut divini Apostoli verbis utamur, participasse deprehendaris. Hoc fine mandatum hoc scripto tibi ab humilitate nostra traditum est, ob tuam securitatem, mense, &c.

Ἡ μετριότης ἡμῶν ἀνατίθησί σοι τῷ εὐλαβεστάτῳ ἱερομονάχῳ Ματθαίῳ τὸ λειτούργημα τῆς πνευματικῆς πατρότητος. ὅθεν ὀφείλεις ἀναδέχεσθαι τοὺς λογισμοὺς, καὶ τὰς πράξεις, καὶ τὰ ποικίλα πάθη πάντων τῶν εἰς ἐξομολόγησιν προσερχομένων σοι· καὶ οἰκονομεῖν τὴν μετάνοιαν, καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἀναλόγως κατὰ τὴν ἑκάστου δύναμιν, καὶ τῆς τῶν ἁμαρτημάτων διαφορᾶς. δήσεις γὰρ ὃ δεῖ δεθῆναι, καὶ

καὶ λύσεις, ὃ δεῖ λυθῆναι, ὡς συνεργὸς καὶ ὑπηρέτης τῆς παρὰ Θεοῦ δοθείσης ἡμῖν πνευματικῆς καὶ ἀποστολικῆς χάριτος, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν. δεῖ εὐσεβῶς καὶ μοναχικῶς ἀποκείρειν τοὺς εἰς τοῦτο προσκαλουμένους σε, μετὰ τῆς ὀφειλομένης κανονικῆς παρατηρήσεως, τῆς τε ἄλλης, καὶ τῆς μελλούσης μοναχικῶς ἀναδέχεσθαι τῆς ἀποκειρομένων. τοὺς δὲ πρὸς τὸ ἱερωσύνης ἀξίωμα ἀναγομένους οὕτως ἐξετάζειν ὀφείλεις, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς διερευνᾶσθαι πάντα ἀκριβῶς, ὡς ἀποστολικὸς καὶ κανονικὸς ἀπαιτεῖ λόγος· ἵνα μὴ ἐκ ῥᾳθυμίας, ἢ συναρπαγῆς τινα λάθῃς σεαυτὸν ἀλλοτρίαις κοινωνῶν ἁμαρτίαις, κατὰ τὸ θεῖον εἰπεῖν ἀπόστολον. ἐπὶ τούτῳ καὶ τὸ παρὸν ἐνταλτήριον γράμμα γέγονε τὸ τῆς ἡμῶν μετριότητος ἐπεδόθη σοι εἰς ἀσφάλειαν ἐν μηνὶ, καὶ τὰ ἑξῆς.

---

23 *Μεταλαμβάνει πρῶτος*) Non solum honoris gratia prior aliis communicat recens ordinatus, sed & sacrum sanguinem Sacerdotibus distribuere posse ex Symeonis testimonio constat: τὸ ἱερώτατον, inquit κατέχων (ὁ χειροτονηθεὶς) ἐν χερσὶ κατέχων, μεταδίδωσι τὸ [illegible] ἱερεῦσι καὶ διακόνοις. μαρτυρόμενος διὰ τοῦ ἔργου, [illegible]. *Sacratissimum calicem ordinatus manibus tenens, Sacerdotibus Diaconisque accedentibus, sanguinem sanctum distribuit: hac actione testatus, se sacramentorum ministrum consecratum esse, & illa aliis impertiendi potestatem, facultatemque adeptum.*

24 *Λέγει τὴν ὀπισθάμβωνον εὐχήν*) Quam reperire est in Chrysostomi liturgia fol. 83. Hic vero Regia cum Cryptof. addunt, καὶ λειτουργεῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἑπτά. *Septem dies continuos Missam celebrat*. Quondam enim interpolatis tantum diebus sacra peragebant Sacerdotes: recens autem ordinatus, primis septem consecrationis suæ diebus, quotidie Deum Eucharistiæ sacrificio colit: & ex unico a Pontifice accepto pane, septem illius sacrificii materiam omnem depromit: de quo etiam mentionem etiam facit Thessalonicensis: Εὐλογίαν λαβὼν ἄπεισιν ἔχων τὴν ἑβδόμην καθ' ἡμέραν ἱερουργῶν, ὡς προστέτακται, ἵνα [illegible] *Et benedictione accepta ad septimum usque diem obsedit, quotidie ut præscriptum est, sacra faciens, & ut alicui ejus sermo correspondeat, & absque interruptione, sacrorum hebdomade, quæ præsentis vitæ dispensatio decurritur, Sacerdotii operatio perseveret: & cum diligenter opus hoc in præsenti fuerit executus, ad indeficiens illud sacrificium, & conjunctissimam Christi participationem perveniat. Verum & spirituali gratia abundanter suscepta, juxta septenarium Spiritus gratiarum numerum, quæ gratiæ sunt, non interpolato tempore, & æqualibus diebus tenetur operari.* De septem aliis diebus post unumquodque sacramentum receptum, devotius peragendis, suis locis dicetur. Græcis vero solis id non fuit peculiare, ut aliquot post consecrationem diebus attentius Deo, & Sacramentorum devotæ perceptioni vacarent: nam & in Galliarum Ecclesiis Presbyteros recenti ordinatione consecratos uno a Pontifice pane accepto, per quadraginta successivos dies spiritualiter pastos legimus apud Fulbertum Carnutensem, epist. ad Finardum secunda: vixit is undecimo seculo, cujus tempore observata consuetudo alterius in veteri Romano Ordine præscriptæ, ubi de Episcopi consecratione, veritati suffragatur. Quod dum venerit ad communicandum Dominus Pontifex (consecrans) porrigit ei (consecrato) formatam, atque oblationem integram. Suscipiensque eam Episcopus, ipse ex ea communicat super altare; quod vero residuum fuerit, sibi reservat deinceps, ad communicandum unoquoque die, usque ad quadraginta dies expletos. Vide ordinem eumdem, titulo, qualiter in Ecclesia Romana sacri Ordines fiant.

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΕΠΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑι Ἐπισκόπε.

RITUS IN ORDINATIONE EPISCOPI servandus.

1 1 ΜΕτὰ τὴν τοῦ Τρισαγίου συμπλήρωσιν, ἄνεισιν ὁ Ἀρχιερεὺς εἰς τὴν κρηπῖδα τὴν
2 πρὸ τῆς ἁγίας τραπέζης. καὶ προσάγεται αὐτῷ 2 παρὰ τῶν συμπαρόντων τριῶν Ἀρχιερέων ὁ χειροτο-
3 νεῖσθαι μέλλων ἐκ τοῦ δεξιοῦ μέρους. ὁ δὲ 3 Χαρ-
a τοφύλαξ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ δίδωσιν αὐτῷ a χάρτην, ἐν ᾧ γέγραπται, εἰ μὲν πατριάρχης ἐστὶν ὁ χειροτονῶν ταῦτα.

4 4 ΨΗφῳ καὶ δοκιμασίᾳ τῶν ἱερωτάτων μητρο-
b c πολιτῶν, καὶ b Ἀρχιεπισκόπων, c καὶ Ἐπισκόπων. Εἰ δὲ μητροπολίτης, ταῦτα. Ψήφῳ *Eucbol.*

COmpleto Hymno, Ter sancto, conscendit Pontifex crepidinem, quæ est ante sanctam mensam, & ab assistentibus tribus Pontificibus a dextro latere, Ordinandus illi offertur: Chartophylax autem a sinistro chartam ei tradit, in qua, si ordinans est Patriarcha, hæc scripta sunt.

SUffragio & consensu sacratissimorum Metropolitarum, & Archiepiscoporum, & Episcoporum. *Si autem est Metropolita.* Suffragio & consensu Deo

amabilissimorum Episcoporum, & sanctorum Presbyterorum Divina gratia, quæ semper infirma curat, & ea quæ desunt adimplet, promovet N. Deo amabilem Presbyterum, Episcopum, a Deo servatæ civitatis N. oremus pro eo, ut veniat super eum gratia sanctissimi Spiritus. *Et qui sunt intus, & extra Tribunal, dicunt ter*, Domine miserere. *Tradita itaque Pontifici ejusmodi charta, & Chartophylace, aut Archidiacono dicente:* Attendamus. *Pontifex scripta legit, audientibus astantibus, cunctisque exclamantibus:* Domine miserere, *ut ex superioribus manifestum est. Explicat autem Evangelium Pontifex, & manum etiam admoventibus aliis Pontificibus, capiti & cervicibus Ordinati imponit. Mox cruces tres in ejus capiti exprimens, & manum ei impositam tenens, precatur hoc pacto.*

Dominator, Domine Deus noster, qui per celeberrimum Apostolum Paulum, graduum & ordinum seriem, ad subserviendum, & ministrandum venerandis & illibatis mysteriis tuis, in sancto altari tuo, constituens primo Apostolis, secundo Prophetis, tertio Doctoribus sanxisti: ipse omnium Domine, hunc etiam suffragiis electum, & Evangelicum jugum, dignitatemque Pontificalem subire dignum habitum, per meam peccatoris, & astantium ministrorum & Coepiscoporum nimirum; adventu, & virtute, & gratia Sancti tui Spiritus, corrobora; sicut sanctos Apostolos & Prophetas corroborasti: sicut reges unxisti, sicut Pontifices sanctificasti: & irreprehensum ejus Pontificatum ostende, & omni honestate illum exornans, sanctum illum renuncia: ut quæ populi saluti expediunt postulet; & a te exaudiri dignus fiat.

Quia sanctificatum est nomen tuum, & glorificatum est regnum.

Et dicto Amen, *coordinantium eum Episcoporum unus, submissa voce, a vicinis Pontificibus, eisque responsuris, solummodo audienda, Diaconica hæc pronuntiat.*

In pace Dominum precemur. Pro superna pace, & salute. Pro pace totius mundi. Pro Archiepiscopo nostro N. Sacerdotio, auxilio, perseverantia, pace, valetudine, & salute ejus, & pro opere manuum illius: Dominum precemur. Pro servo Dei N. nunc Episcopo promoto, & salute ejus: Dominum precemur. Ut clemens Deus, purum & incontaminatum illi Pontificatum largiatur: Dominum precemur. Pro urbe hac, omni civitate. Et pro omnibus auxilio & ope divina indigentibus: Dominum precemur. Ut liberemur ab omni: Suscipe, salva, miserere, & conserva. Sanctissimæ illibatæ.

His dictis Pontifex eodem modo impositam ordinati vertici manum tenens, hoc pacto precatur.

καὶ δοκιμασίᾳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων καὶ τῶν ὁ-
σιωτάτων d πρεσβυτέρων. Ἡ θεία χάρις, ἡ πάντο- d
τε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπλη-
ροῦσα, προχειρίζεται, τὸν δεῖνα, τὸν θεοφιλέστατον
πρεσβύτερον e Ἐπίσκοπον, τῆς θεοσώστου πόλεως τῆς
δε· εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν e
ἡ χάρις τοῦ παναγίου Πνεύματος. f Καὶ οἱ τοῦ βήμα-
τος, καὶ οἱ ἐκτὸς τοῦ, Κύριε ἐλέησον γ'. ἐπιδιδομένου
τοίνυν τοῦ τοιούτου g χάρτου τῷ Ἀρχιερεῖ, καὶ τοῦ Χαρτο- h
φύλακος, ἢ τοῦ Ἀρχιδιακόνου λέγοντος, τό, Πρόσχω-
μεν, ὁ Ἀρχιερεὺς ἀναγινώσκει τὰ γεγραμμένα εἰς ἐ-
πήκοον τῶν παρεστώτων, καὶ πάντων h φωνούντων τό, Κύ-
ριε ἐλέησον i ὡς προδεδήλωται ς ἀναπτύσσει τὸ Εὐαγ-
γέλιον ὁ Ἀρχιερεύς, καὶ ἐπιτίθησι τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ i ς
τραχήλῳ τοῦ χειροτονουμένου, 6 συνεφαπτομένων καὶ τῶν 6
ἄλλων Ἀρχιερέων. εἶτα ποιῶν σταυροὺς τρεῖς ἐπὶ τῆς
κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἔχων ἐπικειμένην αὐτῷ τὴν χεῖρα
εὔχεται οὕτως.

Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ νομοθετήσας ἡμῖν διὰ τοῦ πανευφήμου σου Ἀποστόλου Παύλου, βαθμῶν καὶ ταγμάτων τάξιν εἰς τὸ ἐξυπηρετεῖσθαι καὶ λειτουργεῖν τοῖς σεπτοῖς καὶ ἀχράντοις σου μυστηρίοις ἐν τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους· Αὐτὸς Δέσποτα τῶν ἁπάντων, καὶ τοῦτον τὸν ψηφισθέντα καὶ ἀξιωθέντα ὑπεισελθεῖν, τὸν Εὐαγγελικὸν ζυγὸν καὶ τὴν Ἀρχιερατικὴν ἀξίαν, διὰ τῆς χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, καὶ τῶν συμπαρόντων λειτουργῶν, καὶ συνεπισκόπων, τῇ ἐπιφοιτήσει, καὶ δυνάμει, καὶ χάριτι τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος ἐνίσχυσον, ὡς ἐνίσχυσας τοὺς ἁγίους ἀποστόλους
καὶ προφήτας, k ὡς ἔχρισας τοὺς βασιλεῖς, ὡς ἡγία- k
σας τοὺς Ἀρχιερεῖς. καὶ ἀνεπίληπτον αὐτοῦ τὴν Ἀρχιερωσύνην ἀπόδειξον, καὶ πάσῃ σεμνότητι κατακοσμῶν, ἅγιον ἀνάδειξον εἰς τὸ ἄξιον γενέσθαι, τοῦ αἰτεῖν αὐτὸν τὰ πρὸς σωτηρίαν τοῦ λαοῦ, καὶ ὑπακούειν σε αὐτοῦ.

Ὅτι ἡγίασταί σου τὸ ὄνομα, δεδόξασταί σου ἡ βασιλεία.

Καὶ μετὰ τό, ἀμήν, λέγει τῶν συγχειροτονούντων Ἀρχιερέων εἷς, λεπτῇ φωνῇ ὅσον ἀκούειν
τοὺς l συνόντας Ἀρχιερεῖς καὶ ἀποκρίνεσθαι, τὰ δια- g
κονικὰ ταῦτα.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ, τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς σωτηρίας. Ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, τοῦ δεῖνος, ἱερωσύνης, ἀντιλήψεως, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, καὶ σωτηρίας αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ m δούλου τοῦ Θεοῦ, τοῦ δεῖνος, τοῦ νυνὶ προχει-
ριζομένου Ἐπισκόπου καὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ, τοῦ Κυ- m
ρίου δεηθῶμεν. Ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἄσπιλον καὶ ἀμώμητον αὐτῷ τὴν ἀρχιερωσύνην χαρίσηται, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. n Ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης, πά-
σης πόλεως. Καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν χρῃζόντων τῆς n
παρὰ τοῦ Θεοῦ βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον. Τῆς παναγίας ἀχράντου.

Καὶ τούτων λεγομένων. Ὁ Ἀρχιερεὺς ἔχων ὡσαύτως τῇ τοῦ χειροτονουμένου κορυφῇ τὴν χεῖρα ἐπικειμένην, εὔχεται οὕτως.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν ἀνθρώπου φύσιν τὴν τῆς Θεότητος ὑπενεγκεῖν οὐσίαν, τῇ σῇ οἰκονομίᾳ ὁμοιοπαθεῖς ἡμῖν διδασκάλους καταστήσας, τὸν σὸν ἐπέχοντας θρόνον, εἰς τὸ ἀναφέρειν σοι θυσίαν καὶ προσφορὰν ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ σου. Σὺ Κύριε, καὶ τοῦτον τὸν ἀναδειχθέντα οἰκονόμον τῆς ἀρχιερατικῆς χάριτος ποίησον γενέσθαι μιμητὴν σου τοῦ ἀληθινοῦ ποιμένος, τιθέντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ὑπὲρ τῶν προβάτων σου· ὁδηγὸν τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει, παιδευτὴν ἀφρόνων, διδάσκαλον νηπίων, φωστῆρα ἐν κόσμῳ· ἵνα καταρτίσας τὰς ψυχὰς τὰς ἐμπιστευθείσας αὐτῷ ἐπὶ τῆς παρούσης ζωῆς, παραστῇ τῷ βήματί σου ἀκαταισχύντως· καὶ τὸν μέγαν μισθὸν λήψηται, ὃν ἡτοίμασας τοῖς ἀθλήσασιν ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος τοῦ Εὐαγγελίου σου. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν ὁ Θεός.

Καὶ μετὰ τό, ἀμήν, αἴρει τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τί-
7 θησιν εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν. καὶ οὕτως 7 ἐπιτίθη-
8 p σι τῷ χειροτονηθέντι 8 τὸ ὠμοφόριον, p λέγων,
q Ἄξιος, q ὁμοίως καὶ ὁ κλῆρος, τὸ αὐτό.
9 9 Εἶτα τὸν χειροτονηθέντα ἀσπάζεται ὁ χειροτονή-
10 σας, καὶ οἱ λοιποὶ Ἐπίσκοποι. 10 καὶ τῆς συνήθους
11 εὐφημίας τελουμένης, 11 εἰσέρχονται εἰς τὸ σύνθρο-
12 νον. καὶ καθεζόμενος πρῶτος ὁ χειροτονηθείς, 12 ἀ-
ναγινώσκει εἰς τὸν Ἀπόστολον. καὶ πρῶτος τῶν ἄλλων τοῦ τιμίου
r σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ r μεταλαμβάνει. αὐτὸς
ſ καὶ τῷ χειροτονήσαντι, καὶ τοῖς λοιποῖς ſ μεταδίδωσι.

Domine Deus noster, qui humana natura, deitatis tuæ præsentiam nullatenus ferente, tua dispensatione Doctores simili nobiscum ratione passibiles thronum tuum obtinentes, hostiam & oblationem pro cuncto populo tuo sacrificaturos constituisti: tu Domine, etiam hunc Pontificalis gratiæ dispensatorem renunciatum, tui veri Pastoris imitatorem, animam pro tuis ovibus ponentem, cæcorum ducem, in tenebris lucem, insipientium præceptorem, infantium doctorem, in mundo luminare effice: ut animas sibi creditas reparans, tribunali tuo inconfuse in præsenti vita astet, & magnam mercedem pro Evangelii tui prædicatione decertaturis, a te præparatam reportet. Tuum enim est misereri, & salvare Deus.

Et dicto, Amen, *elevat Evangelii codicem, & sanctæ mensæ imponit. Atque ita ordinato pallium imponit, dicens:* Dignus. *Simili ratione Clerus idem repetit.*

Deinde ordinatum Pontifex ordinans exosculatur: sicut & reliqui Episcopi. Et solita acclamatione terminata, in Consessum conscendunt: & prior reliquis ordinatus considens, lecto Apostolo, pacem precatur: & prior aliis pretioso corpori & sanguini Christi communicat: & ipse idem, Pontifici ordinanti, & reliquis communionem distribuit.

VARIÆ LECTIONES.

a Χάριτι.) Regia, & Chryptoferratense legunt, χαρίσει.
b Ἀρχιεπισκόπων. Regia præmittunt, καὶ δοκιμασίᾳ.
c Καὶ Ἐπισκόπων. Deest in Regiis, & Cryptof.
d Καὶ Πρεσβυτέρων.) Addunt Regia, καὶ διακόνων.
e Ἐπίσκοπον.) Regia legunt, Μητροπολίτην.
f Καὶ οἱ τοῦ βήματος,) Horum vice Regia, & Cryptof. legunt. ὁ λαὸς τό, Κύριε ἐλέησον. τρίς.
g Χάρτου.) Eadem, χαρτίον.
h Φωνούντων.) Eadem subdunt. ἐκ τρίτου.
i Ὡς προδεδήλωται, Deest in illis.
l Συνόντας.) Regia, συμπαρόντας.
m Τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ.) Deest.
n Ὑπὲρ τῆς πόλεως.) Præcedit alia oratio in Regiis. ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων. &c. ὑπὲρ τῆς συμπολιτείας ut alibi.
o Ἀσπάζεται.) Deest.
p Λέγων.) Regia, λέγοντος τοῦ κλήρου, τό, ἄξιος.
q Ὁμοίως καὶ ὁ κλῆρος, τὸ αὐτό.) Desunt hæc in Regiis, & Cryptof.
r Μεταλαμβάνει.) Regia, μεταλαμβάνων.
ſ Μεταδίδωσι.) Addunt Regia, & Chryptof. [illegible]

Quia vero diversa est valde, Barberini S. Marci, sicut & alia Allaciani M. S. lectio, separatim ideo utraque adjungitur. Et primo quidem Barberini.

Χειροτονία Ἐπισκόπου.

Μετὰ τὸ τρισάγιον, ὅτε κατέλθωσιν οἱ ψάλται ἐκ τοῦ ἄμβωνος, ἵσταται ὁ ἀρχιεπίσκοπος εἰς τὴν κρηπῖδα, ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ ἐπιδίδοται αὐτῷ χάρτης, ἐν ᾧ γέγραπται. Ἡ θεία χάρις, καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ ἀναγινώσκει ἀκουόντων πάντων, ἔχων τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ χειροτονουμένου. Καὶ μετὰ τὸ ἀναγνῶναι. Τό, ἡ θεία χάρις. λέγει ὁ λαὸς τό, Κύριε ἐλέησον. τρίς.

Καὶ ἀναπτύξας ὁ Ἀρχιεπίσκοπος Εὐαγγέλιον, ἐπιτίθησιν αὐτὸ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ τὸν τράχηλον, παρεστώτων καὶ ἄλλων Ἐπισκόπων, καὶ ἐφαπτομένων αὐτῷ τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, καὶ ποιῶν σταυροὺς τρεῖς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπιτιθεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα, ἐπεύχεται ταῦτα.

Episcopi Ordinatio.

Postquam Hymnus ter sanctus completus fuerit, & descenderint ex Ambone Cantores: stat Archiepiscopus in crepidine, coram sancta mensa, & traditur ei tabella, in qua scriptum est, Divina gratia, &c.

Et omnibus audientibus legit, habens manum super Ordinandi caput. Et cum legerit illud, Divina gratia, &c. *Populus dicit*, Domine miserere, *ter.*

Et aperiens Archiepiscopus Evangelium, imponit super ejus caput, & collum, adstantibus & aliis Episcopis, & ipsis sanctum Evangelium tangentibus, faciensque cruces tres super caput ejus, & imposita illi manu, (Ordinans) sic precatur.

Dominator Domine, &c.

Et responso, Amen, unus adstantium Episcoporum preces Diaconi persolvit; hoc pacto. In pace Dominum precemur, &c.

Et dum fit hæc oratio ab Episcopo, pari modo super caput Ordinati manum impositam tenet Archiepiscopus, & sic precatur.

Domine Deus noster, &c.

Et dicto, Amen, aufert Evangelium Patriarcha, deponitque illud in sancta Mensa, tuncque Pallium Ordinato imponit, & deosculatur illud, quod item reliqui Episcopi faciunt: & ad consessum simul cum illis proficiscitur, & missa integre completur.

Δέσποτα Κύριε. Ut supra.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, ποιεῖ ἄλλην διακόνου εἷς τῶν παρεστώτων ἐπισκόπων, οὕτως, Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ut supra.

Καὶ ἐν τῷ γίνεσθαι τὴν ἄλλην ταύτην, ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου, ἔχων ὁμοίως τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χειροτονουμένου, ὁ Ἀρχιεπίσκοπος, ἐπεύχεται οὕτως.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ut supra.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμὴν, ἐπαίρει τὸ Εὐαγγέλιον ὁ Πατριάρχης, καὶ ἀποτίθησιν αὐτὸ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, καὶ τότε ἐπιτιθεὶς τὸ ὠμοφόριον τῷ χειροτονηθέντι, ἀσπάζεται αὐτὸν αὐτός, καὶ πάντες οἱ Ἐπίσκοποι, καὶ συνανέρχεται ὁ Ἀρχιεπίσκοπος εἰς τὸ συνθρονον, καὶ πλέεται λοιπὸν πᾶσα ἡ λειτουργία.

Ex pluribus aliis Allatiani Euchologii exemplaribus de Ordinationibus selecta.

Ordo in consecratione Episcopi observandus.

Incipit Missa. Et cum egressi fuerint Pontifices ad primum Introitum sancti sacrificii peragendum, progreditur cum illis Electus Episcopus: & Introitu completo, dicit Diaconus. Sapientia recti. *Et cum Evangelio solus ad altare tendit. Sacerdotes autem & Clerici, circa Electum stant, versus templi medium, sed paulo inferius. Tres vero Pontifices, sive etiam plures, Pontificium omnem ornatum induti in sellis suis sedent, ante sacras sancti altaris fores. Pontificum autem primus Ordinationem celebraturus, medius aliorum Pontificum sedet. Et Diaconus cui Evangelium legere incumbit, clara voce dicit.* Attendamus. *Unus vero Clericorum, præ reliquis litteratissimus, confestim præsentationem primam Electi facit, prædicans & dicens hæc.*

Præsentatur Deo amantissimus Electus confirmatus N. ut Ordinetur Episcopus salvatæ a Deo civitatis N. *Et præsentatur a Clericis Electus, usque ad aquilæ, in pavimento depictæ, caudam, tenens in manibus sacros Orthodoxæ fidei descriptos libellos. Et dicit ei Ordinaturus illum Pontifex.*

Quid huc petitum advenisti? *Responsio. Et respondet Electus, dicens.* Gratiæ Pontificalis Ordinem, suffragantibus mihi Clericis sanctissimæ Ecclesiæ N.

Et rursum Pontifex respondet dicens: Quid vero credis? *Et Electus clara voce dicit Symbolum sanctum hoc pacto.* Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, &c.

Et continuo Pontifex in crucis modum illi benedicens, ait. Gratia sancti Spiritus tecum sit. *Deinde præsentatur Electus a Clericis suis usque ad aquilæ medium, ejus præsentationem prædicante honoratissimo suo Clerico, ut fuit declaratum. Et stantem in medio aquilæ Electum, compellat Pontifex, & dicit.*

Τάξις γινομένη ἐπὶ χειροτονίᾳ Ἐπισκόπου.

Ἄρχεται τῆς θείας λειτουργίας· καὶ ὅταν ἐξέλθωσιν οἱ ἱερεῖς εἰς τὴν πρώτην εἴσοδον τῆς θείας ἱερουργίας, συνέρχεται μετ' αὐτῶν, καὶ ὁ ὑποψήφιος, καὶ πληρωθείσης τῆς εἰσόδου, λέγει ὁ διάκονος. Σοφία, ὀρθοί. Καὶ εἰσέρχεται μετὰ τοῦ Εὐαγγελίου μόνος εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον· οἱ δὲ ἱερεῖς καὶ κληρικοὶ ἵστανται κύκλῳ τοῦ ὑποψηφίου, πρὸ τοῦ μέσου ναοῦ. τρεῖς δὲ Ἀρχιερεῖς, ἢ καὶ πλείονες τούτων ἐνδεδυμένοι πάσας τὰς ἀρχιερατικὰς στολὰς, καθέζονται ἐν τοῖς σκίμποσιν αὐτῶν, πρὸ τῶν ἁγίων θυρῶν τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου. Ὁ δὲ πρῶτος Ἀρχιερεὺς ὁ μέλλων ποιῆσαι τὴν χειροτονίαν, καθέζεται μέσος τῶν ἄλλων Ἀρχιερέων. Καὶ ὁ διάκονος τοῦ Εὐαγγελίου λέγει μεγαλοφώνως. Πρόσχωμεν. εἷς δὲ τῶν κληρικῶν ὁ λογιώτατος, εὐθὺς ποιεῖται τὴν πρώτην προσαγωγὴν τοῦ ὑποψηφίου κηρύσσων, καὶ λέγων ταῦτα.

Προσφέρεται ὁ θεοφιλέστατος ὑποψήφιος ἐψηφισμένος, ὁ δεῖνα, τοῦ χειροτονηθῆναι Ἐπίσκοπον τῆς θεοσώστου πόλεως, τῆς δεῖνος. Καὶ προσφέρεται ὑπὸ τῶν κληρικῶν ὁ ὑποψήφιος ἄχρι τῆς οὐρᾶς τοῦ ἀετοῦ, κρατῶν ἐπὶ χεῖρας αὐτοῦ ἐγγράφους τῆς θείας λιβέλλους τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ μέλλων χειροτονῆσαι αὐτὸν Ἀρχιερεύς.

Τί προσῆλθες ἐνθάδε παρ' ἡμῶν αἰτῶν; ἀπόκρισις. Καὶ ἀποκρίνεται ὁ ὑποψήφιος λέγων. Τὴν χειροτονίαν τῆς ἀρχιερατικῆς χάριτος συμψηφισαμένων με κληρικῶν τῆς ἁγιωτάτης ἐπισκοπῆς, δεῖνος.

Καὶ ἀποκρίνεται πάλιν ὁ Ἀρχιερεὺς, λέγων. Καὶ τί πιστεύεις; Καὶ ὁ Υποψήφιος μεγαλοφώνως λέγων τὸ ἅγιον σύμβολον, οὕτω. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα. καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ εὐθὺς λέγει ὁ Ἀρχιερεὺς εὐλογῶν αὐτὸν σταυροειδῶς. Ἡ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἴη μετὰ σοῦ. Εἶτα προσφέρεται ὑπὸ τῶν κληρικῶν αὐτοῦ ὁ Υποψήφιος, ἄχρι καὶ μέσου τοῦ ἀετοῦ, κηρύσσων τὴν προσαγωγὴν αὐτοῦ ὁ ἐντιμότερος τῶν κληρικῶν, ὡς δεδήλωται. Καὶ στάντος τοῦ ὑποψηφίου ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ἀετοῦ, προσφωνεῖ αὐτὸν, καὶ λέγει ὁ Ἀρχιερεύς.

Δήλωσον ἡμῖν ἔτι πλατύτερον πῶς ὁμολογεῖς, καὶ περὶ τῆς ἰδιότητος τῶν τριῶν ὑποστάσεως τῆς ἀκαταλήπτου θεότητος.

Καὶ ὁ Υποψήφιος διαρρυσίᾳ καὶ μεγάλῃ φωνῇ εἰς ἐπήκοον πάντων τὸ δεύτερον λιβέλλον ζώσῃ φωνῇ οὕτως διαγινώσκει.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν, ἐν τρισὶ προσώποις μεριζόμενον. Πατέρα φημὶ, καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· μεριζόμενον λέγω κατὰ τῆς ἰδιότητος λόγον· ἀμέριστον δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν. καὶ ὅλη Τριὰς ἡ αὐτή. καὶ ὅλη μονὰς ἡ αὐτή. μονὰς κατὰ τὴν οὐσίαν, καὶ φύσιν, καὶ μορφήν. Τριὰς κατὰ τὴν ἰδιότητα καὶ ὀνομασίαν. ὀνομάζεται γὰρ ὁ μὲν Πατὴρ, ὁ δὲ Υἱὸς, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα. ὁ Πατὴρ ἀγέννητος, καὶ ἄναρχος· οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῦ τι πρεσβύτερον. ἦν γὰρ ἐκεῖνος, καὶ πάντως ἦν Θεός. ἄναρχος δὲ, ὅτι μὴ ἔκ τινος ἔχει τὸ εἶναι, ἢ ἐξ ἑαυτοῦ. πιστεύω δὲ, ὅτι ὁ Πατὴρ αἰτία ἐστὶν υἱοῦ, καὶ πνεύματος· τοῦ μὲν υἱοῦ γεννητῶς, τοῦ δὲ ἁγίου πνεύματος ἐκπορευτῶς· μηδὲ μιᾶς διαστάσεως, μηδὲ ἀλλοιώσεως ἐν τούτοις θεωρουμένης, ἢ μόνον τῆς διαφορᾶς τῶν ὑποστατικῶν ἰδιωμάτων. ὅτι ὁ μὲν γὰρ πατὴρ γεννᾷ τὸν υἱὸν, καὶ προβάλλει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁ δὲ υἱὸς γεννᾶται ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ πατρός. Καὶ οὕτω μίαν ἀρχὴν πρεσβεύω, καὶ ἓν αἴτιον ἐπιγινώσκω τὸν πατέρα, υἱοῦ καὶ πνεύματος. λέγω δὲ τὸν υἱὸν ἀρχὴν ὑπέρχρονον καὶ ἄπειρον· οὐχ ὡς ἀρχὴν τῶν κτισμάτων, οἱονεὶ πρωτότοκον ὄντα, τὰ πρεσβεῖα τούτων ἐπιφερόμενον. ἄπαγε· τοῦτο τῆς Ἀρειανῶν δυσσεβείας ἐστὶ παραλήρημα. ἐκεῖνος γὰρ ὁ δυσώνυμος ἐβλασφήμει κτίσμα τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐγὼ δὲ λέγω ἀρχὴν τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ ἀνάρχου ὄντα, ἵνα μὴ παραδεχθῶσι δύο ἀρχαί. μετὰ τῆς ἀρχῆς δὲ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐπειδὴ καὶ ἅμα καὶ ὁμοῦ, τὸ εἶναι ἔχουσιν ἐκ Πατρὸς, ὅτε Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁ μὲν γεννητῶς, τὸ δὲ ἐκπορευτῶς, ὡς εἴρηται. καὶ οὐδὲ ὁ Πατὴρ διῄρηται τοῦ Υἱοῦ, οὐδὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος, οὔτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· ἀλλ' ὅλος ἐστὶν ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· καὶ ὅλος ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ ὅλον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ. ἥνωνται γὰρ διῃρημένως, καὶ διῄρηνται ἡνωμένως. Ὁμολογῶ δὲ ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὁ συναΐδιος τῷ Πατρὶ, ὁ ὑπέρχρονος, ὁ ἀπερίληπτος, ὁ ἀπερίγραπτος κατεισι μέχρι τῆς ἡμῶν φύσεως, καὶ ἄνθρωπον πεπτωκότα μένον, καὶ ὅλον τὸν περιπεπτωκότα λαμβάνει ἐκ τῶν ἁγνῶν καὶ παρθενικῶν αἱμάτων τῆς μόνης παναμώμου καὶ καθαρᾶς Παρθένου· ἵνα ὅλῳ τῷ κόσμῳ τὴν σωτηρίαν καὶ χάριν ἕνεκα ἰδίας εὐσπλαγχνίας χαρίσηται· καὶ γέγονεν ἡ καθυπόστασις τῶν φύσεων ἕνωσις, οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις τελειουμένου τοῦ βρέφους, οὐδὲ κατὰ φυρμὸν, ἢ σύγχυσιν, ἢ ἀνάκρασιν ἑνωθεισῶν τῶν συνεληλυθυιῶν φύσεων· οὐδὲ ὑποστάντος τοῦ ἀνθρώπου, ἐπὶ γενέσθαι τὸν λόγον, καὶ σχετικὴν γενέσθαι τὴν ἕνωσιν κατὰ τὸν θεοστυγῆ καὶ ἰουδαιόφρονα Νεστόριον· οὐδὲ ἄνουν καὶ ἄψυχον κατὰ τὸν ἄνουν ὄντως Ἀπολλινάριον. ἐκεῖνος γὰρ ἐλήρει ἀρκεῖν τὴν Θεότητα ἀντὶ τοῦ νοός. Ἐγὼ δὲ Θεὸν τέλειον αὐτὸν ὁμολογῶ, καὶ τέλειον

Manifesta nobis qua ratione confiteris, & de proprietatibus trium personarum incomprehensæ Deitatis sentis?

Et Electus clara & elata voce omnibus audientibus, secundum libellum vivo sono pronunciat.

Credo in unum Deum, tribus personis distinctum: Patrem dico, & Filium, & sanctum Spiritum. Distinctum dico secundum proprietatis rationem, indivisum vero secundum substantiam. Tota namque Trinitas una est, & tota unitas eadem est. Unitas quidem secundum essentiam, naturam & formam: Trinitas vero secundum proprietates & denominationem. Una siquidem persona vocatur Pater, alia Filius, alia Spiritus sanctus. Pater ingenitus est, & sine principio. Non enim eo aliquid est antiquius. Erat ille, & semper erat Deus. Sine principio autem, quia non ex alio, quam a se, habet esse. Credo itaque, quia Pater principium Filii est & Spiritus; Filii quidem propter generationem, sancti vero Spiritus propter processionem, nulla penitus divisione aut immutatione in eis præterquam hypostaticarum proprietatum reperta differentia. Quia certe Pater generat Filium, & producit Spiritum sanctum: Filius autem a solo Patre generatur, & Spiritus sanctus a Patre procedit. Atque ita unum principium prædico, & producens unum agnosco: Patrem, Filii & Spiritus. Dico etiam Filium, principium super omne tempus & infinitum; non tantum sicut creaturarum principium, & earum primogenitum inter eas primatum obtinere. Apage: hoc namque Arianæ impietatis delirium est. Ille namque abominandi nominis creaturam, Filium esse deblaterabat, sicut & Spiritum sanctum. Ego vero dico Filium principium esse, ex Patre sine principio: ut non admittantur duo principia: cum principio vero originis supra Filium advenire Spiritum Sanctum: quandoquidem simul & una esse habent a Patre, Filius & Spiritus Sanctus; ille secundum generationis, hic secundum processionis, ut dictum est, viam. Neque Pater a Filio divisus est, neque Spiritus Sanctus a Patre & Filio, sed perfecte Pater est in Filio, & Spiritu Sancto; & totus Filius in Patre & Sancto Spiritu; & totus Spiritus Sanctus in Patre & Filio. Uniuntur enim divisim, & unitim divisi sunt. Profiteor etiam quia Dei Verbum Patri coæternum, super omne tempus existens, incomprehensum, infinitum, ad nostram usque naturam descendit: & hominem abjectissimum, & totum in peccatum lapsum assumpsit ex puris & virgineis sanguinibus solius immaculatæ & mundissimæ Virginis, ut toti mundo gratiam salutarem, propter propriam sibi clementiam largiretur: & ejus persona facta est naturarum basis & unio, non modicis incrementis infante perfecto, neque secundum perturbationem, aut confusionem, vel etiam concurrentium & unitarum naturarum permixtionem; neque ex subsistente homine, ut Verbum fieret, & ex habitu, juxta execrandum & judaica sentientem Nestorium, unio evaderet: neq; etiam sine intellectu & anima, juxta vere dementem Apollinarium, esse natum. Ille etenim deitatem vice animæ intellectualis in eo esse hallucinabatur: Ego vero Deum perfectum esse assero,

eumdemque etiam perfectum hominem, ut qui simul caro, & Dei Verbum est: ejusque caro animata est rationali & intellectuali anima, qui etiam constans deitatis suæ naturalem dignitatem servat post unionem factam, nec deitatis aut humanitatis suæ quidquam propter summam ad Verbum conjunctionem amittit: qui etiam idem unam personam ex duabus naturis compositam, & duabus operationibus insignem servat, ex quibus, & in quibus, idem erat unus Jesus Christus Deus noster: qui duas habet voluntates naturales, & non ex inspiratione. Novum sic quidem passum, ut Deum quidem, sed in carne: Deitatem vero passibilem, aut patientem in carne, nusquam dico. Profiteor insuper illum suscepisse passiones omnes illi non repugnantes, & naturæ nostræ proprias absq; peccato, famem videlicet, sitim, lassitudinem, lachrymas, & similes, quæ etiam in eo habuerunt effectum, non coacte sicut in nobis, sed humana voluntate divinæ obsequente. Spontaneus enim esurit, spontaneus sitivit, spontaneus lassatus est, spontaneus est mortuus. Moritur itaque mortem pro nobis sustinens, deitate impassibili permanente. Ipse enim morti non subjacebat, qui peccatum mundi tollit, sed ut nos omnes voraci lethi manu eriperet proprio suo sanguine, proprio Patri nos reconciliavit, & cum corpore humano mors congressa, deitatis virtute deturbatur, & eliditur; & exinde compeditæ ab æterno justorum animæ educuntur: Postquam autem a mortuis resurrexit, & per quadraginta dies in terra cum discipulis apparuit, in cælum ascendit, & in dextera Patris sedet. Dexteram vero Patris dico, non localem, aut circumscriptam: sed dexteram Patris dico, æternam & sine principio gloriam, quam habuit ante incarnationem Filius, & post incarnationem etiam possedit. Simul enim adoratur ejus sancta caro cum ejus divinitate venerando cultu: non quod Trinitati facta fuerit additio, (absit) Trinitas namque permansit Trinitas, & post unigeniti unionem, sancta ejus caro indivisim ei adhæsit: sed & cum eo adhuc permanet in æternum: cum illa quippe veniet judicaturus vivos & mortuos, justos & peccatores. Et justis quidem pro virtutis operibus mercedem retribuet, cælorumque regnum, eo quod pro illo passi fuerint: peccatoribus autem æternum tormentum reddet, gehennæ non terminandum ignem: cujus nos omnes experimentum fugere, & promissis sincerisque bonis perfrui nos concedat Deus, in Christo Jesu Domino nostro. Amen.

Et confestim Pontifex crucis signo ordinandum benedicens, ait: Gratia Sancti Spiritus tecum sit, illuminans, confirmans, & intellectum tribuens omnibus diebus vitæ tuæ.

Deinde a suis Clericis præsentatur electus, usque ad aquilæ caput: uno ex Clericis, ut jam manifestum fuit, ejus ordinationem prædicante. Electo vero in aquilæ capite consistenti, dicit tertius Pontifex:

ἄνθρωπον τὸν αὐτόν· ὃς ἅμα σάρξ, καὶ ἅμα Θεοῦ Λόγος· σάρξ ἔμψυχος λογικῇ τε καὶ νοερᾷ ψυχῇ, σώζοντά τε πάντα τὰ τῆς αὐτοῦ Θεότητος φυσικὰ ἀξιώματα καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ μὴ τραπέντα τὰ τῆς Θεότητος αὐτοῦ, ἢ τῆς ἀνθρωπότητος, διὰ τὴν πρὸς τὸν Λόγον ἀκραιφνεστάτην συνάφειαν, φέροντα τὴν αὐτὴν μίαν ὑπόστασιν σύνθετον, δύο τὰς φύσεις, καὶ ἐνεργείας σώζουσαν, τὰ, ἐξ ὧν, καὶ ἐν οἷς, ἦν ὁ αὐτὸς εἷς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἔχοντά τε δύο θελήσεις φυσικάς, οὐ γνωμικάς. Ἴσμεν δὲ ὡς ἔπαθε μὲν, ὡς Θεὸς λέγω σαρκί· Θεότητα δὲ παθητὴν, ἢ παθοῦσαν σαρκί, οὐδαμῶς. Ἔτι ὁμολογῶ αὐτὸν ἀναδέξασθαι πάντα τὰ ἡμέτερα ἀδιάβλητα πάθη τὰ συνόντα τὴν φύσιν ἡμῶν δίχα τῆς ἁμαρτίας, οἷον τὴν πεῖναν, τὴν δίψαν, τὸν κόπον, τὰ δάκρυα, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἐνεργοῦντα δὲ ἐν αὐτῷ, οὐκ ἠναγκασμένως, ὥσπερ καὶ ἐν ἡμῖν, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπίνης θελήσεως ἀκολουθούσης τῇ θείᾳ αὐτοῦ θελήσει. Θέλων γὰρ ἐπείνασε, θέλων ἐδίψησε, θέλων ἐκοπίασε, θέλων ἀπέθανε. Θνήσκει τοίνυν τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀπεκδεχόμενος θάνατον, ἀπαθοῦς μενούσης τῆς αὐτοῦ Θεότητος. Αὐτὸς γὰρ οὐχ ὑπέκειτο θανάτῳ, ὁ τὴν ἁμαρτίαν αἴρων τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα πάντας ἡμᾶς ἐξάξῃ τῆς παμφάγου χειρὸς τοῦ θανάτου, καὶ τῷ οἰκείῳ αὐτοῦ αἵματι προσῆξε τῷ οἰκείῳ Πατρί, καὶ σώματι προσβαλὼν ὁ θάνατος ἀνθρωπίνῳ δυνάμει Θεότητος καταράσσεται· καὶ ἀνάγονται ἀπ' ἐκεῖθεν αἱ ἀπ' αἰῶνος τῶν δικαίων πεπεδημέναι ψυχαί. Μετὰ δὲ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐν τῇ γῇ μετὰ τῶν μαθητῶν ἐπιφαινόμενος, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ Πατρός. Δεξιὰν δὲ τοῦ Πατρὸς λέγω, οὐ τοπικὴν, οὐ περιγραπτὴν· ἀλλὰ λέγω δεξιὰν τοῦ Θεοῦ εἶναι, τὴν ἄναρχον, καὶ προαιώνιον δόξαν, ἣν ἔχων ὁ Υἱὸς πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ταύτην ἔχει. Συμπροσκυνεῖται γὰρ ἡ ἁγία αὐτοῦ σάρξ τῇ αὐτοῦ Θεότητι τιμίᾳ προσκυνήσει, οὐ προσθήκην δεξαμένης τῆς ἁγίας Τριάδος· Μὴ γένοιτο· Τριὰς γὰρ ἔμεινεν ἡ Τριάς, καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν τοῦ Μονογενοῦς, ἀχωρίστου μενούσης τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκός, καὶ ἔτι μετ' αὐτοῦ μενούσης καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Μετ' αὐτῆς γὰρ ἐλεύσεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, δικαίους τε καὶ ἁμαρτωλούς· καὶ τοῖς μὲν δικαίοις ἀποδώσων τὰ ἔργα τῆς ἀρετῆς, καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀνθ' ὧν ἐνταῦθα ἐκοπίασαν· τοῖς δὲ ἁμαρτωλοῖς αἰώνιον ἀνταμειβόμενος βάσανον, καὶ τὸ τῆς γεέννης ἀτελεύτητον πῦρ· οὗ γένοιτο πάντας ὑμᾶς τὴν πεῖραν ἐκφυγεῖν, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων καὶ ἀκηράτων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Ἀμήν.

Καὶ εὐθὺς λέγει ὁ Ἀρχιερεὺς ἐπευλογῶν τὸν χειροτονούμενον σταυροειδῶς. Ἡ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἴη μετά σου φωτίζουσα, στερεοῦσα, καὶ συνετίζουσά σε, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου.

Εἶτα προσφέρεται ὁ Ὑποψήφιος ὑπὸ τῶν κληρικῶν αὐτοῦ ἄχρι καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἀετοῦ, κηρύσσοντος τὴν προσαγωγὴν ἑνὸς τῶν κληρικῶν ὡς προδεδήλωται, καὶ τοῦ Ὑποψηφίου σταντος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἀετοῦ· λέγει αὐτῷ ὁ Ἀρχιερεὺς ὁ τρίτος.

Δήλωσον ἡμῖν πλατύτερον ἔτι πῶς ὁμολογεῖς, καὶ τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τῆς ἐνυποστάτου Υἱοῦ, καὶ Λόγου τοῦ Θεοῦ, καὶ πόσας φύσεις δογματίζεις ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Καὶ ὁ Υποψήφιος εὐθὺς μεγαλοφώνως ἀναγινώσκει τὴν τρίτην ὁμολογίαν ἔπος, ζώσῃ φωνῇ.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων· ἄναρχον μὲν καὶ ἀγέννητον, καὶ ἀναίτιον· ἀρχὴν δὲ φυσικὴν, καὶ αἰτίαν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος. Πιστεύω καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν, ἀρρεύστως καὶ ἀχρόνως ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα ὁμοούσιον αὐτῷ· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. Πιστεύω καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ συνδοξαζόμενον ὡς συναΐδιον, καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμοούσιον, καὶ ὁμόδοξον, καὶ τῆς κτίσεως δημιουργόν. Πιστεύω τὸν ἕνα τῆς αὐτῆς ὑπερουσίου καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος τὸν μονογενῆ Λόγον κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν σαρκωθῆναι ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου ἐνανθρωπῆσαι, τουτέστι τέλειον ἄνθρωπον γενέσθαι, μένοντα Θεὸν, καὶ μηδὲν μεταβαλόντα τῆς θείας οὐσίας διὰ τὴν πρὸς σάρκα κοινωνίαν, ἢ ἀλλοιώσαντα· ἀλλ' ἀνευ τροπῆς προσειληφότα τὸν ἄνθρωπον, ἐν αὐτῷ τὸ πάθος καὶ τὸν σταυρὸν ὑπομεῖναι, παντὸς πάθους κατὰ τὴν θείαν φύσιν ἐλεύθερον, καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνεληλυθότα, ἐκ δεξιῶν καθῆσθαι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Πιστεύω καὶ τὰς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων παραδόσεις τε, καὶ ἐξηγήσεις τῆς μιᾶς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. Ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἔτι δὲ τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Λόγου μίαν ὑπόστασιν ὁμολογῶ· καὶ ἕνα πιστεύω τὸν αὐτὸν, καὶ κηρύττω Χριστὸν, ἐν δυσὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ταῖς θελήσεσι, καὶ φύσεσι, τὰ ἐν οἷς, καὶ ἐξ ὧν, πέφυκε σώζοντα. Ἀκολούθως δὲ καὶ δύο θελήματα πρεσβεύω, τῆς ἑκάστης φύσεως τὸ ἴδιον θέλημα καὶ τὴν ἰδίαν σωζούσης ἐνέργειαν. Προσκυνητὰς εἰμὶ σχετικῶς, ἀλλ' οὐ λατρευτικῶς, καὶ τῶν θείων καὶ σεπτῶν εἰκόνων, αὐτοῦ τε τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς πανάγνου Θεομήτορος, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐπὶ τὰ πρωτότυπα τὴν πρὸς ταῦτα διαβιβάζω τιμήν. Τοὺς δ' ἄλλως ἢ ὡς φρονοῦντας ὡς ἀλλοτριόφρονας ἀποβάλλομαι. Ἀναθεματίζω Ἄρειον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ σύμφρονας, καὶ κοινωνοὺς τῆς αὐτοῦ μανιώδους κακοδοξίας. Μακεδόνιον, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν καλῶς ὀνομασθέντας πνευματομάχους· ὡσαύτως Νεστόριον, καὶ τοὺς λοιποὺς αἱρεσιάρχας, καὶ τοὺς τούτων ὁμόφρονας ἀποβάλλομαι, καὶ ἀναθεματίζω, καὶ τρανῶς ἀνακηρύττω μεγίστῃ φωνῇ. Πᾶσι τοῖς αἱρετικοῖς ἀνάθεμα. Ὅλοις τοῖς αἱρετικοῖς ἀνάθεμα. Τὴν δὲ δέσποιναν ἡμῶν τὴν Θεοτόκον Μαρίαν, κυρίως καὶ ἀληθῶς ὁμολογῶ καὶ κηρύττω, ὡς τεκοῦσαν σαρκὶ τὸν ἕνα τῆς Τριάδος, Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν. Ἣ τις γένοιτό μοι βοηθὸς σκέπη καὶ ἀντίληψις πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. Ἀμήν.

Καὶ ταύτης πληρωθείσης, εὐλογεῖ αὐτὸν ὁ Ἀρχιερεὺς λέγων. Ἡ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τῆς ἐμῆς μετριότητος προβάλλεταί σε τὸν θεοφιλέστατον ἱερέα καὶ Ὑποψήφιον, τὸν δεῖνα, ἐπίσκοπον τῆς θεοσώστου πόλεως, τῆς δεῖνος. Καὶ εὐθὺς ἀνίσταται ὁ Ἀρχιερεὺς, καὶ πάντες.

Expone nobis adhuc amplius, quid profiteris de Incarnatione subsistentis Filii, & Verbi Dei, & quot naturas censes esse in uno & eodem Christo Deo nostro? *Et confestim electus tertiam professionem sonore legit, & valida hac voce, sic profert:*

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium, & invisibilium: sine principio quidem, ingenitum, & a causa independentem: principium vero, & originem Filii & Spiritus. Credo in unigenitum ejus Filium, sine fluxu & tempore ex eo genitum, eique consubstantialem, per quem omnia facta sunt. Credo & in Spiritum Sanctum, a Patre procedentem, & conglorificatum cum eo, ut coæternum, & ejusdem solii consortem, & consubstantialem, in gloria parem, & creaturarum opificem. Credo & unum supersubstantialis & vivificæ Trinitatis unigenitum Verbum, e cælis descendisse, & propter nos homines, & propter nostram salutem incarnatum de Spiritu Sancto, & ex Maria Virgine hominem factum, id est perfectum hominem apparuisse, Deum tamen permansisse, & immutatum, vel alteratum in nihilo circa divinam substantiam propter consortium ad carnem fuisse, sed sine mutatione hominem assumpsisse, & omni passione secundum divinam naturam liberum, in carne passionem & crucem subiisse, & tertia die a mortuis resurrexisse, in cælos ascendisse, & sedisse ad dexteram Dei Patris. Credo & traditiones & expositiones unius Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ circa Deum, & res divinas. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Expecto resurrectionem mortuorum: & vitam venturi sæculi. Insuper & Incarnati Verbi unam personam confiteor: eumdemque credo & prædico Christum, in duabus post Incarnationem voluntatibus & naturis, quæ ex his, & ex quibus constant, retinentem. Consequenter etiam duas voluntates, id est uniuscujusque naturæ voluntates, propriam sibi operationem habentes, admitto. Cultor etiam sum, habitu, sed non latria, sacrarum & venerandarum Imaginum, ipsius Christi & purissimæ Deiparæ, & omnium Sanctorum, & ad prototypa cultum earum transfero. Alias autem ab his dissentientes, ut prave opinantes repudio. Anathematizo Arium, & qui cum eo ejusdem sunt opinionis, vel etiam ejusdem erronei sensus consortes sunt: Macedonium, & qui cum eo Spiritus inimici recte dicti fuere: Nestorium pariter, & reliquos Hæresiarchas, necnon & ipsis assentientes rejicio, & anathematizo, & clare magna voce detestor. Omnibus Hæreticis anathema. Cunctis Hæreticis anathema. Dominam vero nostram Deiparam Mariam, sincere & vere profiteor & prædico, unum Trinitatis. Christum, Deum nostrum enixam. Quæ quidem mihi sit adjutrix, protectrix, & auxiliatrix, omnibus diebus vitæ meæ. Amen.

Et professione hac finita, benedicit illi Pontifex dicens: Gratia Sancti Spiritus per meam mediocritatem promovet te, Deo amantissimum Sacerdotem, & electum N. in Episcopum a Deo custoditæ civitatis N. *Et confestim exurgit*

Pontifex, & omnes Pontifices cum eo. Unus autem ex ipsis defert ad electum subgenuale, & longos annos Episcopo ordinando precantur.

Deinde baculum Pontificum tradit illi Pontifex, dicens hoc pacto Accipe baculum ut coram te Christi pascas ovile, & obedientibus quidem tibi subjectis, esto baculus & fulcimentum: inobedientibus autem & pervicacibus ipso baculo utere, ut correctionis virga, quæ illos in officio contineat.

Assumitur deinde a Pontifice ordinandus, & cum eis ad sanctum altare coram sanctæ mensæ admittitur: & genuinum genuflexit coram Pontificibus.

Unus vero Pontificum, ministrum primus sanctum Evangelium accipit, & confestim inversum in faciem, ponit super caput ejus, illumque hinc & inde Pontifices tenent. Deinde omnibus audientibus dicit Pontifex.

Suffragiis & approbatione Deo amantissimorum Sacerdotum civitatis N.

Divina gratia, quæ infirma semper curat, & ea quæ desunt adimplet, promovet te Deo amantissimum Sacerdotem & electum N. Episcopum & præpositum a Deo custodiæ civitatis N. precemur itaque pro eo ut veniat super eum gratia Sancti Spiritus.

Et dicunt Pontifices ter. Domine miserere. *Pontifices autem Evangelium tenent, & Pontifex, qui consecrat, super caput ordinati ter cruces facit, & eis benedicit:* In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Et imposita manu super caput ejus, sic precatur. Oratio.
Dominator Domine Deus noster, &c.

οἱ Ἀρχιερεῖς μετ' αὐτοῦ. Εἷς δὲ αὐτῶν φορεῖ τὴν Ὑποψηφίου τὸ εὐαγγέλιον, καὶ πολυχρονίους ποιεῖ πάντα ὁ Ἐπίσκοπος ὁ χειροτονούμενος.

Εἶτα δίδωσιν αὐτῷ ὁ Ἀρχιερεὺς τὴν Ἀρχιερατικὴν ῥάβδον, λέγων αὐτῷ πρὸς αὐτόν. Λάβε τὴν ῥάβδον, ἵνα ποιμαίνῃς τὸ ἐμπιστευθέν σοι ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς μὲν εὐπειθέσι, ὡσεὶ αὐτοῖς ὑπό σε βακτηρίᾳ, καὶ ὑποστηριγμός, τοῖς δὲ ἀπειθοῦσι, καὶ δυστρόποις χρῆσαι αὐτῇ ῥάβδῳ, ἐπιστυπτικῇ, ῥάβδῳ παιδεύσεως.

Εἶτα παραλαμβάνεται ὑπὸ τῶν Ἀρχιερέων ὁ χειροτονούμενος, καὶ εἰσάγεται μετ' αὐτῶν εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐμπροσθεν τῆς ἁγίας Τραπέζης· καὶ κλίνει τὸ ἴσιον γόνυ κατενώπιον τῶν Ἀρχιερέων.

Εἷς δὲ τῶν Ἀρχιερέων, ἄγων ὁ αὐτὸς λαμβάνει τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, καὶ ποιεῖ ἀναπτύξας τίθησιν αὐτὸ ὀπίσθιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ἐπὶ πρόσωπον κρατοῦντες αὐτὸ οἱ ἕτεροι Ἀρχιερεῖς ἕως κρέσσον· εἶτα λέγει ὁ Ἀρχιερεὺς εἰς ἕκαστον πάντας.

Ψήφῳ καὶ δοκιμασίᾳ τῶν Θεοφιλεστάτων ἱερέων καὶ κλήρου πόλεως τῆς δεῖνα.

Ἡ θεία χάρις, ἡ πάντα τὰ ἀδυνατοῦντα θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα, προβιβάζεται τὸν τῶν Θεοφιλεστάτων ἱερέα καὶ Ὑποψήφιον, τὸν δεῖνα, ἐπίσκοπον πόλεως, τῆς δεῖνα· καὶ παύεται τῆς Θεωρίας πόλεως ὁ· δεόμεθα ὑμῶν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ παναγίου Πνεύματος.

Καὶ λέγουσιν οἱ ἱερεῖς τρὶς, Κύριε ἐλέησον, τρίς. Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς χειροτονοῦσι τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ὁ χειροτονῶν Ἀρχιερεὺς κλίνει ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χειροτονουμένου χωρὶς τρεῖς ἑπαλλαγὰς αὐτῷ· εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ ἐπιθεὶς τὴν χεῖρα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, εὔχεται ἑαυτῷ. Εὐχή.

Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ut supra.

Desunt hujus officii reliqua in præfato Euchologio: in quo quidem sit alicujus aquilæ mentio: circa quam annota. In folio ubi ordinandus est Episcopus tres fluvios depingi, supra fluvios urbem; quam rursus supra, aquilam radiis solaribus ornatam Græcos effingere: ut electum, per effigies illas deducum de variis mysteriis doceant. Et in fluminibus quidem δέησιν Episcopo necessariam manifestant; in urbe ἐκκλησίαν τῆς ἐπαινετῆς, Episcopatum delineatum; & tandem in aquilæ radiis gratiæ Sui τὸ ἐγχείρισιν τοῦ ἔργου· τὸ ἐπιτροπὴν τῆς χειροτονίας, Theologiæ & gratiæ dotes volunt esse repræsentatas, ait Symeon Thessalonicensis: qui plura de illis, in opere propediem a viro eruditissimo publici juris faciendo. Monitio vero ab Episcopo consecrante ordinato, Evangeliorum librum cervicibus sustentanti fieri solita lib. 6. Juris Græcotom. reperitur.

In ordinem solitum observari in Episcopi consecratione Notæ.

1. Μετὰ τὸ τρισάγιον ψαλλόμενον.) Ter sanctus Hymnus cantatur in Missa paulo-post ejus principium, ut videre est fol. 55.

1 Παρὰ τῶν συμπαρόντων τριῶν.) Tres Pontifices, præter consecrantem præcipuum alii consecrando convenire ritus hic Græcus requirit. Atque ita forsan Canon Apostolicus intelligitur, ubi dicitur: Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ τριῶν. Ordinetur Episcopus a duobus vel tribus, duos assistentes, & unum consecrantis officio fungentem adesse vult Clemens in Const. Apost. lib. 8. cap. 4. sed infimos plures alios a quibus preces ad Deum fundantur: ait & ἐφόσον ἐπιτρέπουσι, καὶ δύο ἐστὶν ἐπισκόπων τὰ συναγόμενα ἐπὶ τῇ κοινῇ προσευχῇ, ἔχ δυσὶν τὰ δύο Εὐαγγέλια κεῖται ἐπὶ τῆς χειροτονουμένου κεφαλῆς διαγνῶσις κατέχοντος, κρίνει φησὶ Θεός. Unus e primis Episcopis unum cum aliis duobus prope altare stans, reliqui Episcopi & Presbyteris silentio orantibus & Diaconis divina Evangelia super ordinati capite aperta tenentibus, dicat ad Deum. Concilium etiam Nicænum primum Can. 4. consensum & approbationem absentium missis suffragiis haberi statuit: ἐὰν δὲ συμβαίνῃ ἐπὶ τὰ αὐτὰ συνιέναι, σφόδρα χρήσιμον ἐστὶ καὶ ἀναγκαῖον, ἐν συνελεύσεσιν ἐπὶ χειροτονίαν, τὴν χειροτονίαν γενέσθαι. Ex unius cujusque res in idipsum congregatos, suffragantibus, & per litteras consensum præstantibus sit qui absunt, ordinationem celebrare decet.

3 Χειροτονεῖ.) De quo fol. 234. & Balsamon disceptatione de Chartophylace in juris Græcotom. volumine. Illum præterea si diligentius attendas, eumdem esse qui quondam in Ecclesia Romana Bibliothecarius audibat, reperies. At quod ad nostrum spectat institutum, cum nullus in Ecclesiasticum Conventum coopertur, vel ad Præsulatus, aut Monasterii curam, vel ad Ordinis gradum quemcumque

que novelli possit, qui non a Chartophylace commemoretur, & prælectetur: hinc propterea chartam confectionis cujusque Pontificis offert: & quia nosse debet quem ordinem teneant inter se Pontificis cuncti, Τάξιν nanque τῶν Μητροπολιτῶν καὶ Ἀρχιερέων τῶν χειροτονηθέντων Ἐπαρχιῶν. Metropolitanorum & Episcoporum ordo in Chartophylacio describitur, ex Juris Græcoromani pagina 243. ab eorum ordinatione, nullquam illum abesse contingit.

4 Ψῆφος καὶ δοκιμασία.) Ἐπίσκοπον προσῆκε μάλιστα πάντας τοὺς τῆς ἐπαρχίας καθίστασθαι. Episcopum oportet ab omnibus qui sunt in provincia constitui, ait Canon 4. Concilii Nicæni primi. Et Balsamon in idem. Τὸ καθίστασθαι ψηφίζεσθαι ἐπιτρέπει. Ἐπίσκοπον δὲ ἔδοσαν· ὅτι μὴ μόνον ἐπιτρέπουσιν οἱ Ἀρχιερεῖς ἀλλὰ καὶ κελεύουσι, εἰ δέοι μετέχειν τοὺς καὶ διαφόρους τῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπους τῆς ἐπαρχίας, ἵνα ἐκλέξωσι καὶ ἐπιχειροτονήσωσι τὸν ἐπιτήδειον· ἐπὶ τοῦτο γὰρ συνήγοντο οἱ ἐπίσκοποι. Ἐπισκόπου Συνόδου, ἔστιν ἐκλογὴ καὶ ἐπιχειροτονία. Ἐπίσκοπος ἐπιτρέπει τὸν Κανονοφύλακα, ἵνα τοῦτο βαθμοφορῇ Διάκονος ἐπιτήδειος τοῦ ὁρίσαι ἢ ἀφορίσαι· ἐπιτρέπει δὲ καὶ Λαϊκοῖς, ἵνα οἱ Μητροπολῖται χειροτονῶσιν ἐπισκόπους ἐπαρχιῶν

Pastorali officii insigne tribuere: agnosco Concilium Oecumenicum octavum, can. 14. τὸ ποιμαντικὸν σύμβολον, cereos & definitos Pontifices (quos quidam Archiepiscopos nulla auctoritate fultus suspicatur) ne hujusmodi cultu per fastum & superbiam abutantur admonere, & si velis sexcenta loca, ex industria prætermittenda, cuncta in medium prolata, libens admitto. Ne tamen exinde colligas precor, commune minoris Pontificis sive Episcopi, hoc fuisse a primis temporibus indumentum, & insigne. Tam profusa namque potestatis & dignitatis Ecclesiasticæ privilegio scriptis suis Romanæ Sedis Antistites reluctantur, solis Archiepiscoporum titulo insignitis, hunc vestitus honorem adhibentes, quem certe ante salutatum sancti Petri tumulum, & ore proprio preces urgentes oblatas, vel equidem vicarias per sonarum executationes receptas, nulli eorum concessum esse voluerunt; quemque insuper rationis ejusdem urgente fundamento, ab aliis etiam minoris notæ Episcopis, usurpari, vel tumquam jus proprium possideri, in Oriente tolerare nonnisi invitî, potuisse. Quonam enim traditionis, aut erpgati privilegii monumento nixi, ad tam sublime honoris fastigium, minores Episcopi Græciæ conscenderent, ad quod, magna ratione, Latini non possent evehi? Aut cur Episcopis Græciæ heret honos ille passim communis, qui apud nos nonnisi magni momenti causarum pondere attento, Officiali Episcopo Summum Pontificem consecranti, Lucensi in Thuscia, Papiensi in Lombardia, Bambergensi in Germania, & Quinqueecclesiensi in Hungaria conceditur? Sed esto: nullus fuerit posterioris sæculi Episcopus in Græcia pallio non ornatus, quis tamen exinde jure ab antiquioribus gentis ejusdem Pontificibus possessum affirmet, quod eorum posteri, ambitionis injuria sibi usurparint? Nec dissimulanda vel repudianda tam facili negotio, recepta a Photio sub annum Christi 934. boni illius Leitprandi Cremonensis Episcopi auctoritas, quæ Pontificum Romanorum legibus pallii honorem solis Archiepiscopis reservantibus, & ficto in illud Græcorum jure testimonium reddens, simul etiam ipsis audientibus ambitionis crimen exprobrat, in legatione sua secunda ad Nicephorum Phocam Imperatorem verba hæc facienes: *Sed quid commemorem, cum ipsa Constantinopolitana Ecclesia nostræ sanctæ Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ merito se subjecta. Scimus, imo videmus Constantinopolitanum pallio non uti, nisi sancti Patris vestri permissu. Verum cum impetissimus albericus quem vos stillatim vapiditos, sed velut torrens implevérat, Romanam cluniacum sibi asturpavet, Dominumque Apostolicum quasi servum proprium in conclavi tenuet, Romanus (Orientis) Imperator filium suum Theophylactum Eugenium Patriarchum instituit. Cumque eum Alberici cupiditas non lateret, missis eo muneribus satis magnis, effecit ut ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ literæ mitterentur, quarum auctoritate, tum ipse, tum alii successores vestique Papatum permissi pallii uterentur: Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non solum Patriarchæ, sed etiam totius Græciæ Episcopi, pallii utantur. Quod quam sit absurdum, censere opus non est* - Hæc Liutprandus. Cujus relatione motus Baronius addit - *Grave tunc Ecclesiæ Romanæ infidium est visum, cogente Alberico Joannem Papam* (undecimum) *concedere incognita Patriarchæ Constantinopolitano, quæ conversa sunt in magnum detrimentum, etiam ipsius Constantinopolitanæ Ecclesiæ ipsa indebita accipientis, & obsequiendo sibi magis ea occasione a sua matre* - Quamvis autem indebite sibi pallii honorem assumpserint minores Episcopi: nullatenus illius usu quasi illicito sunt condemnati, attenta maxime post octo sæcula Romanæ Sedis tolerantia, imo & expressa Concilii Lateranensis licentia, qua cap. 3. Patriarchis Orientis conceditur, *Ut postquam a Romano Pontifice receperint, pallium, quod est plenitudinis officii Pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis & obedientiæ juramento, licenter & ipsi suis suffraganeis illud largiantur* - Pallium itaque rarius quondam a Græcis Episcopis usurpatum (superiorum namque dignitatem fedes, titulos, honores semper ambierunt, & aucupati sunt, inferiores quique qua gloriæ libidine stimulante, & pueros officia Lectorum absque tonsura exercentes, Subdiaconos oraria ferre gestientes, Diaconos sacra mysteria præsumentes Sacerdotibus ministrare, & denique Sacerdotes ante Episcopi adventum ministrare autos, arguunt frequentissime Concilia) pallium, inquam, nimia honoris cupidine ab eis exquisitum, infigne licet & tanta majestate conscans, cunctis licitum & commune jam redditum est: atque ita a Symeone Theſſalonicensi inter confectas, & debitas Episcopo vestes recensitum, ab omnibus Euchologiis Mss. quibuslibet Episcopis consecrandis imponi præscribitur; quorum vetustas cum septem sæcula vix superet, nec ipsa, nec Isidori, Photii, Conciliorum vel dicta, quibuslibet Episcopis indifferenter illud quondam delatum manifeste probant; sed nec Concilii octavi Oecumenici verba Can. 14. aliud fundere videntur: ἐπιτρέπομεν, inquiunt, τοῖς ἁγιωτάτοις ἀρχιεπισκόποις: quorum verborum hic est germanus sensus, *Statuimus certos & determinatos Episcopos humeralia, sive pallia ferre, &c.* illos vero debitos, id est, certi gradus Episcopos, quibus pallium permittitur, non minus Metropolitas & Patriarchas posse nos intelligere, quam Ordinis inferioris Pontifices, quibus perperam honos ille convenire affirmatur.

Verum pallio quolibet jure Græcis Episcopis concesso, an reliqua quoque Pontificum insignia, Latinos mirum in modum ornantia, qualia sunt annulus, mitra, baculus, sint illis usu familiaria, potest obvius quivis inquirere? Respondendum: Annuli usum Græcos Episcopos ignorasse, nec mitras ambire: Legatos tamen Orientis a Gregorio decimo Latinorum Episcoporum more, tiaris, mitris, & annulis ornatos fuisse, refert Pachymeres: ὁπόταν γοῦν ἐφάνησαν οἱ Πάπικοι φοροῦντες ἄνω τιάρας τε, καὶ μίτρας, καὶ δακτυλίους, ἐθαύμασεν ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀρχιερεὺς σύμπας. Addo pallio recepto, crucem Sanctorum reliquiis preciosam ἐγκόλπιον, (ut quæ in κόλπῳ e catella pendeat) dictam, adjecta gratulatione vocis χάρις, accipere: ut certe præ cunctis ornamentis devote ad oves Christi rite pascendas sermone præmisso Pastorali baculo a Pontifice consecrante, prout fragmentum Allatiani Ms. superius manifestat, donari. Baculus hic, non inepte ποιμαντικὸν illis vocatur a *paterna* sollicitudine, vel *pascuorum* a *pastitio* proposito, & a conctis, tum Pontificibus, tum Monasteriorum præfectis, manibus fertur, illoque utpote breviori, & minus pretiosa materia conspicuo, (raro namque argenteus est, sæpius autem ebore & cheno solum variegatur) per viam gradientes se sustentant: illoque ut præsidio in infirmiores exercendæ symbolo, ab Imperatoribus quondam longi solitos Patriarchas, & alios præcipuos animarum præfectos scribit Codinus cap. 20. Patriarcham quidem his verbis, Ἔστι δὲ ἡ παρασκευὴ τοῦ ἀναβαίνοντος ἀγαλλίου, καταλαβὼν τὸ δικαίωμα αὐτοῦ τὸ βασιλικὸν χαρτί. *Patriarcha deinde in suggestum conscendens, e manu Imperatoris sedenti Pastorale accipit* - Cæteros autem infimos: οἱ δὲ ἀρχιμανδρίται, καὶ ἡγούμενοι, οὐκ ἔχουσι ῥάβδους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γινόμενοι ἀπὸ τῆς παλαιᾶς συνηθείας. Archimandritæ & Abbates in Ecclesia nullum baculum habent. Archimandritæ (Abbates Provinciales, seu multorum Monasteriorum patres, inque perpetui) & Protosyncelli, sed & venerabilium Monasteriorum præfecti, postquam a Patriarcha electi & cruce signati sunt, abeunt & ipsi ad palatium & venerantur Imperatorem, & ab ejus manu pedum accipiunt. Verum, τί δικαιοῖ ἡ ἐκκλησία ἐν κατέχειν ὁ Ἀρχιμανδρίτης; *Quid ergo quam Pontifex tenet manifestat?* inquirit Thessalonicensis lib. de Sacram. Respondet ipse, Ἡ ῥάβδος ὁδηγεῖ τὸν κατέχοντα δηλοῖ δὲ Ποιμαντικὸν, καὶ τὸ ἐπιτακτικὸν τῶν λαῶν, ὃ ἐστι ποιμαντικὸν, καὶ τὸ δίκαιον διακόπτειν τὰ ταῦτα τοῦ κράτους, καὶ συνιέναι τὸν ἐπόντα τὰς μανίας· διὰ καὶ κωδωνίζει ἐν χερσὶ τὸν ἔχοντα, καὶ διάκονον τοῦ ἀνδρὸς ἔχει, καὶ λυπεῖται τοῦ ἀνδρὸς.

ἡ ταπεινότης, ἡ ἐκκλησία τὸν Χριστὸν ἔχουσι, ἐν τῷ προσώπῳ τῆς ἡσυχίας, ἡ παρῳδία, ἡ ὑπομονή, ἡ ἀγαπητικὴ, ἡ ἀκαμψία τοῦ Χριστοῦ, τὰ τοῦτο τοιαῦτα ἐν τῷ ἐπισκόπῳ εἶναι δεῖ. *Ego ipse Christum gero in manibus Pontifex ipsa, potestatem spiritualem, populumque sustentandum, parcendi docilem, ducendi, rebellesque castigandi, & a se dissitos congregandi, officium significat: ansas propterea retortas humorum instar habet, ut efferatos fugat & pernicioso: & altiora Christi crucem manifestat, & trophæum in quo vincimus, sustinuit, dedicamur, patiamur, obligamur, & ad Christum trahimur: unde & passionibus exuperatis adversarios infequamur, & undequaque protegimur* - Renuntiatis idcirco Sedi Theodorus Critopolus, CP. Patriarcha dicebat: χαῖρε ὁ ποιμαντικὸς, καὶ πατὴρ πατέρων, καὶ ποιμὴν ποιμένων, καὶ ἀρχιερεὺς ἀρχιερέων, καὶ ἐπίσκοπος ἐπισκόπων, καὶ ἡγούμενος ἡγουμένων, καὶ βασιλεὺς βασιλέων καὶ κύριος κυρίων. *Salve Pastorum Præsul, & pater Patrum; præsidens inter duces deductus: inque sive pastoralis sive paterno pudore sulcito.*

Baculi vero pastoralis & Regii sceptri communione quidem est nomen, figura vero penitus diversa; sceptrum namque gracilius est & brevius, utpote in altum, jugiter attollendum, & culpidis vice crucem præferet: Pastorali autem virgæ Pontifex innititer progrediens, ejus lumina pars justa manum transversio ligno sive eboreis serpentibus in se se capitibus mutuo retortis ἀγκυλωτὸν διάδημα, est ornata: cujus effigiem habes fol. 100. Cæterum a mitra, sive Pontificio pileo capiti imponendo, hucusque vulgo abstinuerunt Græci: Balsamon siquidem de Patriarcharum privilegiis: οἱ δὲ Κωνσταντινουπόλεως ὅλεως μετὰ τὸ ἀπολαβεῖν τὸν πατριαρχικὸν θρόνον, ἐπὶ τῷ ἐκκλησιαστικῷ τῶν ἐθῶν ἐπιτρέπεται ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φορεῖν τὸ ἐπιλίκιον, ὃ καὶ καλύπτρα ἐστὶ καὶ ἐπιλίκιον. *CP. Præsulem nullo Papæ privilegio sumere mitram vidi: quippe nec regni coronatur fascia, nec cum cochlea calcei se videndum exhibent.* Tiaram tamen corona & quatuor crucibus coronam, modo ego Patriarchas inter sacras actiones hostiæ deferre, & CP. similem Romani Pontificis superrime assumpsisse - Nil mirum vero si ea hucusque caruerint, cum pœnitentiam non esse in Ecclesia Latina Mitræ ullum, Græci quidam, quibus Ligaridius adhæsit, putarint, contendant: Præterea cum omnes jugiter e Monachis sint delecti Pontifices, humilitatis servandæ proposito, καμηλαύκιον, *Monachale cucullum*, relicto capitis ornatu augustiori, retinuerint; & deinde juxta Chrysostomi sensum, relati meritum, Evangelium Tiaræ loco, in sua consecratione quilibet Episcopus accipit. Quartam rationem Græcus alter addidit, *tantam* nimirum erga Imperatores reverentiam, forsan tamen adulationem, in quorum ditione ne regios honores sibi decernere videretur, insulatus aut coronatus quisquam procedere non auderet. Vera tamen vicinitatem moliur Symeon Thess. non acceptam a Græcis, præterquam ab Alexandrino Patriarcha (qui a D. Cyrilli ætate, Romanæ Sedis privilegio, cujus Legatus Ephesino Concilio præsuit, *Papæ* nomine, & proprio illi capitis ornatu donatus est) rationem proferre lib. de Templo Ἀναγκαιότατον δὲ καὶ τοῦτο ἐπιμνησθῆναι, ὅτι τὸ ἐπιλίκιον ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐστὶν ἐλήφθη. ἐκεῖ γὰρ ὁ πρῶτος τῶν ἐπισκόπων, ἀπὸ τοῦ ἁγίου Μάρκου μὲν ἡμῶν Χριστὸν ὁμολογήσας, μετὰ δηλονότι τοῦτο ὅτι δὴ τὸν τοῦτο τὸ ἐπιλίκιον ἐφόρει, ὁ Χριστὸν ἀπορρητοτέρως ἐγνωκὼς τοῦ κηρύκος, ἐπεὶ τοῦ ἀδελφεοῦ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ μήτηρ ἡ παρθένος ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν χρηματίσασα, καὶ ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπισκιασθεῖσα, καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὸν Χριστὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ γαστρὶ ἐκείνης ἐνεργήσαντος,

officiis de Latinorum more) *veluti Papæ personam repræsentanter, ejusque jura protegentes videamus*. Quo etiam honore magnæ Ecclesiæ Chartophylacem aliquando donatum testatur Balsamon in sequentib. Ἀφορῶμεν ἐπερῶτες εἰ λέγονται ἐν τῇ τάξει Χαρτοφύλακες μετὰ τοσοῦτον αἰῶνα χρόνῳ καὶ μετ' ἐκεῖνα τὰ τοῦ Κωνσταντίνου διάταγμα τὰ περὶ τῶν Πατριαρχῶν· διὰ τί μὴ καὶ ἡ τοιαύτη ἀξιωματικὴ διάταξις ἐκτέθειται ἐν τοῖς κανόσι· ἀλλὰ

Dominum precemur.

Τῷ Κυρίῳ δεηθῶμεν.

DOmine Deus noster, qui e cœlis descendere, & pro salute nostra peccatorum, e sancta Deipara & semper virgine Maria, nasci voluisti, qui humanæ *naturæ* debilitatem nosti, secundum miserationum tuarum amplitudinem, ancillæ tuæ huic fœtum hodie enixæ, veniam concede: tu enim dixisti, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & dominemini illius: idcirco nos servi tui rogamus, & clementi tua humanitate freti, ad sanctum regni tui nomen clamamus: respice de cœlo, & nostri reorum infirmitatem intuere: & huic ancillæ tuæ, omnique domui in qua puer prolilit, conflictis eam atrectantibus, aliisque hic adstantibus, ac bonus & hominum amator Deus, remissionem largire. Quia tu solus condonandi peccata potestate præcellis: Intercessionibus sanctæ Deiparæ, & omnium Sanctorum eorum.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ καθικόμενος καταλῦσαι ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν, ἐκ γεννηθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, διὰ τὸ σωτηρίαν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν· ὁ γνώστων τὸ ἀσθενὲς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, συγχώρησον τῇ δούλῃ σου, ταύτῃ, τῇ τεκούσῃ σήμερον καὶ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου. Σὺ γὰρ εἶπας Κύριε, αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς οἱ δοῦλοί σου δεόμεθα, βοῶμεν σοι διὰ τὸ ἀνεξίκακόν σου φιλανθρωπίας φόβῳ βοηθῆσαι τοῖς τὸ βασιλείας σου ὄνομα ἐπιβλέψαι ἐξ ὑψους, καὶ ἰδεῖν τὸ ἀσθένειαν ἡμῶν τῶν καρδίων. καὶ τῇ δούλῃ σου ταύτῃ, καὶ παντὶ τῷ οἴκῳ ᾧ ἐγεννήθη τὸ παιδίον, ὁ καὶ τοῖς ἁβρώμενοις αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ὧδε παροῦσιν, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς συγχώρησον. ἵνα μόνος ἔχῃς ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας. Πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου.

Orationes in mulierem purperam primo die nativitatis pueri ejus, Notæ.

1 Ἐπὶ τῇ εὐοσίᾳ λεχοῦς.) In nullo (quam Coteliano infra numero 5. adducendo) quod viderim Ms. reperiuntur preces pro fœmina primo die partus faciendæ: unde quamvis non illaudandam, recentem tamen vel saltem renovatam, oportet esse hanc, cum apud Græcos tum apud Orientales Latinos, a quibus religiose observatur, consuetudinem, ut mulieri puerperæ benedictera Ecclesia, ejus e domo egressum, & in Dei templum adventum non prætoleatur, sed statim præteritos partus dolores precibus fusis lenit & solatur: eam, ut præmili, simili benedictionis medela, Ecclesiam Latinam inter Græcos peregrinantem, fœminas sui ritus sequaces destitutas, non relinquere observaverim. Et quamvis ultima hac ætate a raji consuetudine, vel ut periculosa, vel ut minus decente, Concilium Mediolanense tertium abhorreat: eam tamen ut in usu pridem habitam, prudenque antiquam esse arguit. Rationes autem præcipuæ Ecclesiam ad hujusmodi preces fundendas, moventes, illarum ipsarum verba dilucide proferat. Una est, ut partus labore depulso, etiam sequentis languoris remedia, Deo juvante, desiliat. Secunda, ut fœtus pollicta conceptione formatus, sicut & mater in iniquitatibus & peccatis primo redita pregnans, mundos Dei oculos a se non averrant, ejusque auxilii in peccati sui pœnam nihilne recidantur exores: quin potius ejus præcepto, voce *Crescite & multiplicamini* declarato, & seculum hominum reparationi providente, necnon conceptus libidinem excusante, & corporis expiante sordes, pœnarum quoque & dolorum adjuncta tolerantia, commissa noxa, vel contracta peccati labes cuncta compensetur. Deinde cum uter ventris exsultatio edidus, tenebrarum sit filius, & dæmonis mancipium, secundum animam, facilius ut videtur, ne miseriæ remedium assequatur, ab inimico potest impeti, & in corpore lædi; mater quoque partus eluvie immunda malevolo strygum livore cum fœtu solet impugnari: si vel tacte venenato, vel infecto & fascinanti aspectu (ut plerumque per eas caniquam dæmonum instrumenta contingere historiæ probatissimæ narrant) utriusque detrimentum, perniciem, & interitum moliantur: tanto propterea periculo suis precibus provideat Ecclesia, vel saltem animos hujusce mali terrore perstrictos pacare, & in tranquillitatem asserere aggrediatur. Severe nimis eam ob rem, ne dicam improbe, & ignoranter, Italogræcos Catumyrritas erraticum Græcorum parœciniam obique subsipere solitus, non concinnendum hunc livido dente carpit & rodit momus: & Cryptæ Ferratæ codicem antiquum, in quo tamen, ut præfatus sum, ritus hic nullatenus reperitur, quasi orationes has complectentem, neque ideo Judaici ritus, ut ipsi videtur, auctorem & fautorem aperte condemnat. Errorem tamen Catumyrritæ ipsa precum verba leviter inspecta, proscribunt: non enim ex Levitici ritus zelo & observantia, sed benigno in humanam infirmitatem condescensu puerperæ benedictionem largitur Ecclesia: neque ideo legalem immunditiam contraxisse arcuatur, aut deprecative absque Sacramenti Pœnitentiæ clavibus absolvendam ceniet mulierem, ut imponit, cum non sit hic peccatorum sacramentalis confessio, cui proinde par Sacramenti forma respondere debeat: sed simplices & sinceræ pro puerpera offeruntur preces, quibus ipsi prolique salus, & cunctis eam contingentibus sanctitas, mentisque a perturbatione alienæ impetretur.

2 Τῇ σεσυρμένῃ τῆς γαστρός.) Antiochenum Symeonis Thessalonicensis tempore cærimoniam hæc esse demonstrant ejus scripta libro de Sacram. ubi interrogat: διὰ τί ἐν τῇ τῆς βρέφους γενέσει ἐκφυὴ ταῦτα ἡ ἱερὰ γίνεται; *Quare in pueri nativitate ista Sacerdotis fit oratio?* Hocque responso solvit ipse quæstionem: ἐπειδὴ γὰρ γεγένηται σαρκὸς ἀκαθαρσίᾳ ἡ γυνὴ, καὶ ἀνάγκη τὴν διὰ τοῦ καθαρτικοῦ ἀπορρίπτεσθαι· ἡ ἐκκλησία τῷ Χριστῷ ἀκολουθεῖ, καὶ ἱκετεύει τὸν Χριστὸν, ὁ τοῦ ἐναγίσματος ἐκβολὴ τῆς ἀκαθαρσίας ἡμῶν, ἵνα τὸ σπορὰ γένηται ἀκαθαρσίας· καὶ εὐχόμενος ὁ ἱερεὺς ὑπὲρ γυναικὸς τοιαύτης, ἐκτενῶς παρακαλεῖ, καὶ βοηθεῖν τῷ Θεῷ ἐκζητεῖ τοῖς ἀκήρατον γεγεννηκυῖα τὸν τόκον· καὶ σφραγίσας ἐλαίῳ τὸ στόμα, καὶ ἐπιθεὶς τὸ βαπτισμα ἐπὶ τὸ χριστοκατήχητον, τῇ μητρὶ τὰ τῆς σφῶν σωτηρίας ἐκφωνεῖ, μεταδιδοὺς αὐτῇ τε, καὶ παντὶ τῷ οἴκῳ χαρισμάτων καὶ ἁγιασμοῦ, αἰτῶν τε παρέχειν ἐνεργείᾳ τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ μὴ μωλῶν ἄλλο πονηρὸν, ἢ ῥύσιν μυσαρὰν, ἢ ἀνθρώπων φθορεῖς τοὺς τοιούτους ἀφανισμοὺς· ἐκ τοῦ τὴν ἁμαρτίας καὶ πάσης ἐξουσίαν τοῦτο. *Quandoquidem enim carne nati, nec spiritus regenerationem hac via deduci nos convenit: Ecclesia Christi ut immaculata, & in Christo sanctificata, inter Deo devotas peccatricem nostram, & ex carne generationem statim emundare aggreditur: & ejus ejaculationem, ad corpusculum teneram & alienæ impressionis capax delatis, orans: ἐκβολὴν vero βαπτισμα, aliam Magicam denotare, quæ dæmonis opera ad fugarum aspectum, contactum, aut quavis alias præstigias, incurritur.*

6 Καὶ τοῦ ἀμφίου ἀκτῖνι.) Profluvio sanguinis mentibus, vel partum consequente, mulier apud Græcos subjecta, & exinde immunda, nec Ecclesiam ingreditur, nec sanctum aliquod contingere præsumit: a qua proinde tangenda cum filii caveant ejus proximi, veniam eorum nomine precatus Sacerdos, si nimirum, quasi contracta immunditia, impuri divino conspectui se indecenter in Ecclesiam intruderint. Num porro expiatione indigeant, inquirit, & decernit Petrus Chartophylax Juris Græcoromani lib. 6. τὸν γεννήσαντα, ἢ ἐκτιλόσαι τοῦτο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπὸ τοῦ ἐκτὸς ἀπὸ τοῦ ἐσωτερικοῦ ἐκτιλόσαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπὸ τοῦ ἐσωτερικοῦ ἐκτὸς ἀπὸ τοῦ ἐκτὸς ἐκτιλόσαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπὸ τοῦ ἐκτὸς ἐκτὸς ἀπὸ τοῦ ἐσωτερικοῦ ἐκτὸς

xeris: & cuncta execranda & immunda pro puris haberi sanxisti. Ipse benedic & sanctifica præsentes tuas ancillas partui ancillæ tuæ N. assistentes, & ut inculpate in sanctam tuam Ecclesiam introeant, & sanctis tuis & immaculatis & vivificis mysteriis participent, & tandem cæleste tuum regnum consequantur, dignas illas redde. Nos autem gloriam tibi referimus Patri, & Filio, & Sancto Spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

τα τὰ μιαρὰ καὶ ἀκάθαρτα, καθαρὰ νομοθετήσας. Αὐτὸς εὐλόγησον, καὶ ἁγίασον τὰς δούλας σου ταύτας τὰς λαχούσας ἐν τῇ κυήσει τῆς δούλης σου, τῆς δεῖνος· καὶ ἀξίωσον αὐτὰς ἀμέμπτως εἰσελθεῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, καὶ μεταλαβεῖν τῶν θείων σου, καὶ ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων· καὶ τῆς ἐπουρανίου σου βασιλείας ἀξιωθῆναι. καὶ δόξαν σοι ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Puerum autem enixa, cum ex cohabitantium æstimatione, & opinionis infirmitate, propter continuum sanguinis profluvium habeatur ut immunda, ad decimumquintum vel vigesimum usque diem domi otiosa manet, nec quidquam tangit, aut fermentum ciboſve præparat, ex quibus alii animi concipiant horrorem; sequenti propterea oratione e Ms. Coresiano exscripta se lustrari providet.

Oratio in mulierem puerperam post viginti vel quindecim dies.

Εὐχὴ εἰς γυναῖκα λεχὼ εἴκοσι, ἢ δεκαπέντε ἡμερῶν.

TEr Sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. *Dimissorium dicit.*

Dominum precemur.

DOmine Deus noster, panis verus vitæ nostræ, qui per tuam in carne dispensationem nos expiasti & regenerasti, & nos indignos, ad nomen sanctum tuum accedentes benedicere & sanctificare jussisti. Ipse Domine Deus noster, ancillam tuam N. a præteritis corporis ejus sordibus per viginti (*sive minus per quindecim*) dierum expiationem expurga: benedic illi; ipsamque, & quem peperit puerum & fermentum manuum ejus, & omnia opera manuum ejus conserva, ut sine molestia & impedimento cunctos juxta sanctam tuam voluntatem in domo sua pascat: & glorificemus & adoremus immensam tuam bonitatem, in Patre, & Filio, & Sancto Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

ΤΡισάγιον. Παναγία Τριάς. Πάτερ ἡμῶν. τὸ ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας.

Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

ΚΥριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἀληθινὸς ἄρτος τῆς ζωῆς ἡμῶν, ὁ καθαρίσας καὶ ἀναγεννήσας ἡμᾶς διὰ τῆς ἐνσάρκου σου οἰκονομίας, καὶ κελεύσας ἡμᾶς τοὺς ἀναξίους δούλους σου εὐλογεῖν καὶ ἁγιάζειν τοὺς προσερχομένους τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ. Αὐτὸς Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ τὴν δούλην σου, τὴν δεῖνα, καθαρὸν ἐκ τοῦ ἀπελθόντος αὐτῆς σωματικοῦ μολυσμοῦ, διὰ τῆς καθάρσεως τῶν εἴκοσι ἡμερῶν, καὶ εὐλόγησον αὐτὴν, καὶ διαφύλαξον αὐτὴν, καὶ τὸ βρέφος ὃ ἔτεκε, καὶ τὴν ζύμην τῶν χειρῶν αὐτῆς, καὶ πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῆς· ἵνα ἀνεμποδίστως θρέψῃ πάντας τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς κατὰ τὸ σὸν ἅγιον θέλημα· ἵνα δοξάζωμεν καὶ προσκυνῶμεν τὴν σὴν ἄπειρον ἀγαθότητα ἐν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ORATIO AD CRUCE signandum puerum suscipientem nomen octava die nativitatis suæ.

SCiendum octavo a nativitate die, puerum ab obstetrice in templum deportari: & præ foribus sisti. Sacerdos autem a benedictione auspicatus, dicit. Ter Sanctus. Sanctissima Trinitas, *cum* Pater noster. Quia tuum est regnum.

Deinde dimissorium diei, aut Sancti illius Ecclesiæ. Tum vero signat ejus frontem, os & pectus. dicitque orationem.

Dominum precemur.

DOmine Deus noster, te rogamus, te precamur; signetur lumen vultus tui super servum tuum hunc: signetur crux unigeniti Filii tui in corde & ejus mente, ut mundi vanitatem, cunctasque malignas inimici insidias effugiat, & tuis mandatis obsequatur; da, Domine, numquam non profitentibus tuum nomen super eum manere, cum tempore debito sanctæ tuæ

a 1 ΕΥΧΗ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ- a 1
σφραγίσαι b παιδίον 2 λαμβάνον ὄνομα b 2
τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ.

c ΙΣτέον δὲ ὅτι τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ τῆς γεννήσεως προσάγεται ἐν τῷ ναῷ τὸ βρέφος, παρὰ τῆς μαίας. καὶ ἵσταται πρὸ τῆς πύλης τοῦ ναοῦ. Ὁ δὲ ἱερεὺς ποιεῖ εὐλογητόν. Τρισάγιον τό, Παναγία Τριάς, Σὺν τῷ· πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία. Εἶτα τὸ ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας, ἢ τοῦ ἁγίου δὲ τῆς μονῆς. Καὶ σφραγίζει αὐτοῦ τὸ μέτωπον, τὸ στόμα, καὶ τὸ στῆθος, καὶ λέγει τὴν εὐχήν. c 3 4

Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

d ΚΥριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, σοῦ δεόμεθα καὶ σὲ παρακαλοῦμεν. σημειωθήτω τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε καὶ σημειωθήτω ὁ σταυρὸς τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς διανοήμασιν αὐτοῦ, εἰς τὸ φεύγειν τὴν ματαιότητα τοῦ κόσμου, καὶ πᾶσαν τὴν πονηρὰν ἐπιβουλὴν τοῦ ἐχθροῦ, ἀκολουθεῖν δὲ τοῖς προστάγμασί σου. καὶ δὸς Κύριε ἀνεξάρνητον μεῖναι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτὸν συναπτόμενον ἐν καιρῷ εὐθέτῳ τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, καὶ τελει- d

τελειωθῆναι διὰ τῶν φρικτῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ σου. ἵνα κατὰ τὰς ἐντολάς σου πολιτευσάμενος, καὶ φυλάξας τὴν σφραγῖδα ἄθραυστον, τύχοι τῆς μακαριότητος τῶν ἐκλεκτῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

e Εἶτα ἀνὰ χεῖρας λαβὼν τὸ παιδίον ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ, ἢ ὅπου τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ ποιεῖ σταυροῦ τύπον, λέγων. Χαῖρε κεχαριτωμένη Θεοτόκε παρθένε, ἐκ σοῦ γάρ. Καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

Δεῖ γινώσκειν. ὅτι τὸ γεννηθὲν βρέφος, ἐὰν ἄρα καὶ ἀσθενοῦν μὴ θηλάζῃ, ἀλλὰ πρὸς θάνατον ἀφορᾷ, οὐ χρὴ ἀναμένειν, ὥς τινες κακῶς φασὶ, τὴν ἕκτην ἢ τὴν ὀγδόην ἡμέραν, καὶ τότε βαπτίζειν αὐτό· ἀλλὰ τῇ ὥρᾳ ᾗ ἐγεννήθη, μόνον ἀποπλυθῆναι, καὶ εὐθὺς βαπτισθῆναι, ἵνα μὴ ἀτελέστως ἀφώτιστον. αἱ γὰρ πέντε μῆνας ἐγκυμονοῦσαι, εἰ τύχῃ ἀπό τινος πληγῆς τὸ ἔμβρυον ἐκτρῶσαι, φόνου δίκην κατὰ τοὺς νόμους, καὶ τοὺς κανόνας ὑπέχονται. πολλῷ μᾶλλον, τὸ κρῖμα δεῖ ἐκφεύγειν τῶν γεννωμένων, ἵνα μὴ ἀφώτιστα τελευτῶσι.

aggregabitur Ecclesiæ, & tremendis Christi tui mysteriis perficiatur, ut juxta mandata tua versatus, & signaculum hoc intemeratum custodiens, beatitudinis electorum in regno tuo compos fiat. Gratia & humanitate unigeniti Filii tui, cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & vivifico tuo Spiritu: nunc, & in sæcula sæculorum. Amen.

Tum puerum manibus assumens, pro foribus templi, aut coram sanctæ Deiparæ stat imagine: crucisque signum exprimit, dicens: Salve gratia plena Deipara virgo, ex te namque. *Et fit dimissio.*

Observandum, quod si natus puer graviter infirmatus, lac non sugat, & ad interitum vergat: nulla mora trahenda est, juxta eos qui in sextam aut octavam diem baptismum reponendum asserunt; sed ea qua natus est hora, si modo ablutus est, continuo baptizandus, ne non illuminatus decedat. Etenim si quinque mensibus uterum gerentes contingat, accepto vulnere fœtum perdere, homicidii reatum juxta leges & Canones incurrunt; quanto magis puerorum jam in lucem editorum judicium evitare necesse est, ne forte baptismatis lumine non accepto, vita decedant?

In orationem ad obsignandum puerum cum nomen, &c. Variæ lectiones.

a EΥχὴ εἰς τὸ κατασφραγίσαι.) Solum Dom. Basilii Falaschæ MS. præmittit titulo huic: *ἀκολουθία τοῦ βαπτίσματος. Baptismi Deo duce Officium*, quia hinc incipit pueri nomen Ecclesiæ dari, cum ipse illud accipit in Ecclesia.

b Παιδίον.) Barberinum num. 83. notatum legit παῖδα.

c Ἰστέον δέ.) Rubrica hæc omnis deest in omnibus MS. Barberino nimirum S. Marci, alio item Barberino num. 88. Cryptof. & codice Dom Basilii Falaschæ.

d Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν.) Habetur hæc oratio sola in omnibus præfatis MS.

e *Εἶτα ἀνὰ χεῖρας.*) Deest hæc rubrica in Cryptoferr. itemque in alio Cryptof. Dom. Basilii Falaschæ, & in Barberino S. Marci. Barberinum vero aliud addit.

Εὐχὴ εἰς παῖδα λαμβάνον (lege λαμβάνοντα) χεῖρας ὅτε εἰσέλθῃ εἰς τὰς βασιλικὰς πύλας.

ΚΥριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἡ πηγὴ τῶν εὐλογιῶν, ὁ φυλάσσων τὰ νήπια, καὶ φρουρῶν αὐτὰ διὰ τὴν ἀκακίαν ἐν τῷ ἀγκαλισαμένῳ αὐτὰ Χριστῷ σου, καὶ νῦν Κύριε εὐλόγησον τοὺς σοὺς παῖδας, τὰ σὰ πλάσματα, τὴν σὴν δημιουργίαν καὶ αὔξησον, καὶ σόφισον, καὶ ἐλέησον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ σου. μεθ' οὗ σοι δόξα, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι. νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Oratio in puerum manibus delatum, cum primum regias Templi fores ingreditur.

DOmine Deus noster, benedictionum fons, qui propter innocentiam pueros custodis, & servas eos in Christo quondam illos brachiis complexo: nunc, Domine, pueros creaturas tuas, opera tua benedic, adauge & instrue illos; & eorum miserere in Christo tuo: cum quo est tibi gloria cum sanctissimo, & bono, & vivifico tuo Spiritu: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

In Orationem cum obsignatur puer suscipiens nomen octavo post nativitatem die. Notæ.

1 EΥχὴ εἰς τὸ κατασφραγίσαι παιδίον. Crucis hæc signatio, nominisque impositio, baptizandi pueri catechismo præambula est, quæ quondam pars fuit. Verbi namque Dei audita ad baptismum dispositos, & crucis signo Ecclesiæ primum mancipatos fuisse Catechumenos, indicat Concilium quintum Oecumenicum, ejusmodi signum, primam omnium signationem vocans, quæ nempe primo fieret ab Ecclesia [illegible], inquit de Petro Episcopo hæretico, γυναῖκά τινα μήτε μετέχουσαν, οὐ λέγω τῶν ἁγίων μυστηρίων, ἀλλ' οὐδὲ αὐτῆς τῆς ἁγίας σφραγῖδος. *Alloquutus quamdam mulierem nondum participem, non dico sanctorum mysteriorum, sed neque ipsius sanctæ signationis*: hinc alia mulier Epiphanium in ejus vita [illegible] αὐτῇ τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα, [illegible]: *precatur*, inquit, *Epiphanium, ut det ei quod est in Christo signaculum, & baptizet eam, &c.* Augustinus Catechumenos ipsis hoc pacto compellans, lib. de Symbolo cap. 1. *Accipite vos qui fidem desideratis verbum Dei tamquam competentem cibum, ex quo Dominus cooperatur incrementum. Nondum enim per sacrum baptisma renati estis, sed per crucis signum in utero sanctæ matris Ecclesiæ, concepti estis*

Huic κατασφραγίσματι, crucis signationi adjunctam fuisse *δὲ χεῖρα orationem*, refert idem Augustinus lib. 2. de peccat. meritis & rem. cap. 26. *Catechumenos secundum modum suum per signum crucis, & orationem manus impositionis, puto sanctificari.* Exemplo confirmat Aimoinus lib. de gestis Francorum. *Cum Dagoberti*, inquit, *filium S. Amandus Trajectensium Episcopus juxta morem fidelium præsignaret, assistente genitore, pariterque Ariberto Aquitaniæ rege, finita oratione, & nullo e tanta exercitus multitudine, amen respondente, aperuit Dominus os pueri, qui non plus a nativitate quam triginta expleverat dies, ac audientibus cunctis respondit, Amen. Statim igitur Sanctus Antistes eum regeneravit.* Pueros insuper etiam recens in lucem editos pari modo signatos, subindicat Augustinus lib. 1. Confess. cap. 11. *Signabar jam signo crucis, & condiebar sale, jam inde ab utero matris meæ.* Κατασφράγισμα porro hujuscemodi obsignationis, inquam, non facile evolantis, sed quæ fit quasi sigillo ceræ profundius impresso, sive titulo possessæ rei inscripto, & nota ferro inusta, sinem, ipse sanctus doctor aperit de Catechizandis rudibus cap. 20. cum Catechumenum prima die instruendum ita alloquitur: *Cujus passionis & crucis signo in fronte hodie tamquam in poste signandus es: omnesque Christiani signamur.* Illo etenim ut servi cujusnam domini simus agnoscimur: atque ideo scribit idem tract. 11. in Joannem: *Signum crucis habent in fronte Catechumeni, & jam de domo magna sunt: sed fiant ex servis liberi.*

2 *Λαμβάνει ὄνομα.*) Pueris, quod recens orti plerumque extinguantur, nonnisi septimo die Græci quædam imponebant nomina, ut scribit Aristoteles lib. 8. de hist. Animal. Τὰ πλεῖστα δὲ παιδία ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἑβδόμης, διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες ἤδη μᾶλλον τῇ σωτηρίᾳ: *Plurimi ante septimum diem pueri intereunt: ideo tunc solum nomina imponunt iis qui de salute illorum magis confidunt.* Nomen expectabant Athenienses, eundemque maribus designabant Romani, a quo Nundinam Deam vocabant, quem etiam Lustricum & celebrem a lustratis & expiatis puerulis censebant: octavum autem feminis volebant reservatum. A Deo supremo omnium legislatore electus octavus, ut præputio dura sectione deposito, renati Hebræorum masculi, humanæ originis labe expiarentur, & nomen acciperent: quo eodem die Christus officii sui & personæ nomen assumens, circumcisionis nota signatus est, κατασφραγισθῆναι, consignari. Hinc Græci primum illud sacrum redemptionis nostræ mysterium pignusque, puerorum in Dei templo præsentatione venerantur, ut ipsos octavo die salutis signo notarent, & inter vivos nomine imposito appellare inciperent, exemplum sumpserunt. Ὅτι τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ὁ Κύριος τὸ ὄνομα εἴληφεν Ἰησοῦς κληθείς, inquit Symeon Thessalonicensis lib. de Sacram. *Quia octavo die Dominus nomen accepit, Jesus vocatus.* Subdit ille inferius, Τῇ ὀγδόῃ οὖν ἡμέρᾳ προσάγεται τὸ βρέφος ὑπὸ τινων τῷ ἱερεῖ, καὶ πρὸ τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ἱστάμενον (καὶ γὰρ ἀμύητόν ἐστιν ἔτι τοῦ βαπτίσματος) σφραγίζει αὐτὸ εἰς τὸ μέτωπον, καὶ τὸ στόμα, καὶ τὸ στῆθος ἱερεύς, καὶ δι' εὐχῆς ὄνομα δίδωσιν... *Octavo die a quibusdam puer in templum adducitur, & præ foribus stantem (nondum enim baptismate expiatus est) signat Sacerdos in fronte, ore, & pectore: & per orationem imponit ei quodcumque nomen parentes voluerint, cum quo deinde baptizatur, prout Domino Christo die nativitatis suæ octavo contigit, cum Jesus est nuncupatus.* Nomen autem sic acceptum, confestim puer Ecclesiæ dare censetur, ut Catechumenorum numero habeatur aggregatus: nomen enim in Ecclesia dare Catechumenorum erat, ut de seipso manifestat Augustinus in Confess. *Ubi venit tempus quo me dare nomen oporteret; relicto rure Mediolanum remeavimus.* Qua vero solemnitate nomen acciperent Imperatorum filii, describit Nicetas Manuelis Comneni lib. 5. hic enim, Τελέσας τὴν γενέθλιον ἑορτὴν τοῦ παιδὸς ἡμέραν, ὡς ἔθος ἦν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων... *Pueri natalitia, cumque quo nomen acceperat diem celebriorem reddere gestiens; prout Græcorum Imperatoribus moris erat, cives honoratiores ramos virides manibus gestantes, ad convivium vocavit: & puerum appellavit Alexium.*

3 *Τὰς πύλας.*) Decipitur Meursius dum vocem *ναοῦ Monasterium* solummodo significare contendit, quæ ut in præsenti liquet, quamlibet ædem sacram & ναόν exprimit: in qua Sacramenta pro Græcorum more (in Monasteriis nullatenus administrata) conferantur.

4 *Σφραγίζει αὐτοῦ τὸ μέτωπον.*) Non aspernandam, quamvis facilem profert hujus ritus Symeon Thessal. expositionem: κατασφραγίζεται τὸ βρέφος τῷ μετώπῳ ... *Signatur puer in fronte propter mentem, & in ore propter loquelam, & respirationem, & in corde propter vivendi facultatem.* Et inferius iterum: ... *Signatur ergo puer, & statim nomen sacrum suscipit, utpote oblatus Deo, & cruce notatur in fronte, ut dixi, propter intelligendi vim, in ore propter loquendi aptitudinem, & in corde propter vitæ originem, atque ita in æternitatis libro propter impositum nomen describitur, ad matrem reducitur.* Prima ideo crucis ratione, orat in sequentibus Ecclesia, Σημειωθήτω τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου: secunda gratia. ... tertia tandem, ... *Nam & usque adeo de cruce non erubesco*, ait Augustinus in psalmum 141. *ut non in occulto loco habeam crucem Christi, sed in fronte portem.* De Catechumenis autem specialiter agit tract. 11. in Ioannem, *Catechumenus signat se cruce Christi. Portat in fronte, & non erubescit de cruce Domini sui.*

5 *Φυλάξας τὴν σφραγῖδα ἀθραυστον.*) Baptismi characterem vivificæ crucis signo, animæ impressum, a Gregorio Theologo orat. 40. & a Basilio lib. contra Eunomium 3. σφραγὶς *sigillum* appellatur. Initiatis etiam illa sanctificatio, quam in puero recens nato signum crucis primum operatur; (dicit enim Augustinus nuper citatus: *Non unius modi est sanctificatio; nam & Catechumenos secundum quemdam modum suum, per signum crucis & orationem manuum impositionis puto sanctificari*) σφραγὶς appellatur. & utrumque ἀθραυστον, *illæsum & salvum* permanere, Ecclesia suis precibus expostulat.

6 *Ἡ τῆς Παναγίας Θεοτόκου.*) Non præ foribus templi solum, sed & coram quacumque Deiparæ virginis imagine puer obsignatur, & ejus protectioni commendatur: sequenti recitato modulo: Χαῖρε κεχαριτωμένη Θεοτόκε παρθένε, λιμὴν καὶ προστασία τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἐκ σοῦ γὰρ ἐσαρκώθη ὁ λυτρωτὴς τοῦ κόσμου. μόνη ὑπάρχεις μήτηρ καὶ παρθένος. ... εὐλογημένη, πρέσβευε Χριστῷ τῷ Θεῷ, σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ι ΕΥΧΑΙ ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑ λεχὼ, 2 μετὰ μ'. ἡμέρας.

Τῇ δὲ μ'. ἡμέρᾳ, πάλιν προσάγεται τῷ ναῷ τὸ
3 παιδίον 3 τῷ ἐκκλησιασθῆναι, εἴτ' οὖν, ἀρχὴν λαβεῖν, τοῦ εἰσάγεσθαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν. προσάγεται δὲ
4 5 παρὰ τῆς μητρὸς ἤδη 4 κεκαθαρμένης, 5 ἐν λελου-
6 μένης οὔσης, παρόντος καὶ 6 τοῦ μέλλοντος ἀναδέχεσθαι
7 8 τοῦτο ἀπὸ τὸ βάπτισμα. 7 Ὁ δὲ γε ἱερεὺς ποιεῖ 8 ἀλογητόν. Τρισάγιον, τὸ Παναγία Τριάς, σὺν τῷ Πάτερ ἡμῶν, τὸ, Ὅτι σοῦ ἐστιν.

Εἶτα τὸ Ἀπολυτίκιον, ἢ τῆς ἡμέρας τὸ τυχὸν, ἢ
9 τοῦ λαχόντος ἁγίου. Δόξα, καὶ νῦν. 9 Ταῖς πρεσβείαις. Κύριε πάντων τῶν ἁγίων. Καὶ κλινάσης αὐτῆς τὴν κεφαλὴν, ἅμα τῷ βρέφει. Ποιεῖ ὁ ἱερεὺς τὴν τοῦ σταυροῦ σφραγῖδα ἐπ' αὐτοῦ. Καὶ ἁπτόμενος τῆς κεφαλῆς αὐτῆς, λέγει τὴν εὐχήν.

Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πᾶσαν φύσιν λογικήν τε καὶ ἄλογον, διὰ τοῦ λόγου σου δημιουργήσας, ὁ πάντα ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγών, σοῦ δεόμεθα, καὶ σὲ παρακαλοῦμεν, τὴν τῷ σῷ θελήματι διασώσας δούλην σου, τήνδε, καθάρισον ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας καὶ ἀπὸ παντὸς ῥύπου, προσερχομένην τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, ἵνα ἀκατακρίτως ἀξιωθῇ, μετασχεῖν τῶν ἁγίων σου μυστηρίων. Ἰστέον ὅτι εἰ οὐχ εὑρίσκεται ἐν τοῖς ζῶσι τὸ βρέφος, ἀναγινώσκεται ἕως ὧδε ἡ εὐχή. εἶτα ἐκφώνως. Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεός. Τὸ δὲ ἐξ αὐτῆς τεχθὲν παιδίον, εὐλόγησον, αὔξησον, ἁγίασον, συνέτισον, σωφρόνισον, καλοφρόνισον. ὅτι Σὺ παρήγαγες αὐτὸ, καὶ ἔδειξας αὐτῷ τὸ φῶς τὸ αἰσθητόν, ἵνα καὶ τοῦ νοητοῦ καταξιωθῇ φωτὸς ἐν καιρῷ ᾧ ὥρισας, καὶ συγκαταριθμηθῇ τῇ ἁγίᾳ σου ποίμνῃ, διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἰρήνη πᾶσι.

Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνατε.

Εὐχὴ εἰς τὴν μητέρα τοῦ παιδίου.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ παραγενόμενος ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, παραγενοῦ καὶ ἐπὶ τὴν δούλην σου, τήνδε, καὶ καταξίωσον αὐτὴν διὰ τῶν εὐχῶν τοῦ τιμίου πρεσβυτερίου καταφυγεῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ σου καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῆς εἰσόδου τοῦ ναοῦ τῆς δόξης σου, καὶ ἀξίωσον αὐτὴν μεταλαβεῖν τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. ἀπόπλυνον αὐτῆς τὸν ῥύπον τοῦ σώματος, καὶ τὸν σπίλον τῆς ψυχῆς, ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν· ὅπως ἀξιωθεῖσα εἰσελθεῖν ἐν τῷ ἁγίῳ ναῷ σου, δοξάσῃ σὺν ἡμῖν τὸ πανάγιον ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα εἰς τὸ παιδίον.

Ὅταν ὁ ἱερεὺς σφραγίζων,

Ἐπεύχεται. Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις βρέφος τῷ νομικῷ ναῷ προσαχθεὶς ὑπὸ Μαρίας

Euchol.

ORATIO IN MULIEREM puerperam post quadraginta dies.

Quadragesimo vero die templo rursum præsentatur puer, ut Ecclesiæ aggregetur id est, ut in Ecclesiam induci principium sumat: a matre vero jam plene mundata, istaque adstante etiam qui susceptoris munus in Baptismate obiturus est, offertur: Sacerdos vero benedictione præmissa, dicit. Ter Sanctus. Sanctissima Trinitas, *cum* Pater noster. Quia tuum est.

Deinde Dimissorium, aut quod eo die occurrit, aut quod Sancti eumdem in diem incidentis proprium est. Gloria. *Et nunc* Precibus, Domine, Sanctorum omnium. *Et matre cum puero caput inclinante: Crucis super eum signum facit Sacerdos: & manu caput ejus tangens: dicit orationem.*

Dominum precemur.

Domine Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui naturam omnem rationalem & rationis expertem verbo tuo condidisti, qui cuncta ex non entibus, ad esse adduxisti, te rogamus, & te precamur, famulam tuam hanc N. quam tuo beneplacito servasti, ad tuam Ecclesiam nunc accedentem, ab omni peccato, & ab omni sorde perpurga: ut absque offensa, sanctorum tuorum mysteriorum particeps fieri mereatur. *Sciendum hucusque tantum orationem legi, si non sit in vivis infans. Deinde clara voce.* Quia bonus & misericors Deus. Puero etiam ex ea nato benedic, fac illum crescere, sanctifica, instrue, prudentem redde, bonis moribus imbue: quia tu illum in mundum eduxisti, & ut tempore præstituto spiritualis luminis compos fiat, lucem ei sensibilem demonstrasti, utque sancto tuo gregi annumeretur, per unigenitum Filium tuum, cum quo benedictus es, cum sanctissimo & bono, & vivifico tuo Spiritu, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pax omnibus. Capita vestra Domino inclinate.

In pueri matrem oratio.

Domine Deus noster, qui advenisti in salutem generis humani, advenì & super ancillam hanc tuam N. & per venerandi Presbyterii preces, da ad Ecclesiam tuam sanctam Catholicam, & ingressum templi gloriæ tuæ illam confugere concede; & honorandi corporis & sanguinis Christi tui participem fieri dignare: sordes corporis ejus, & maculas animæ ablue in quadraginta dierum numero: ut digna, quæ in templum sanctum tuum ingrediatur effecta, sanctissimum nomen tuum nobiscum glorificet; Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Alia in puerum oratio, cui Sacerdos crucem imprimens: rursus bene precatur.

Dominum precemur.

Domine Deus noster, qui in quadraginta dierum termino, cum puer ad legale templum a Maria in-

prialis amplexus aperte, & sanctissima tua matre adductas, & in justi Symeonis ulnis deportatus es: ipse omnipotens Domine, hanc quoque puerpe, ut coram te omnium factorem præsentaretur defato, benedic; in omne bonum & tibi placitum opus, ab eo fugata cuncta potestate adversa, per consignationem figuræ sanctæ crucis, illum erefere jubes (tu enim es infantium custos, Domine) ut sancti baptismatis accepto dono, partis electorum regni tui consors fiat, nobiscum custoditus gratia sanctæ, & consubstantialis, & individuæ Trinitatis. Tibi namque competit omnis gloria, gratiarum actio, & adoratio, cum principio expertæ tuo Patre, & cum sanctissimo & bono, & vivifico tuo Spiritu; nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Pax omnibus. Capita velata Domino inclinate.

O Deus, & Pater omnipotens, qui per grandiloquum inter Prophetas Esaiam præmunciasti nobis ex Virgine incarnationem Unigeniti Filii tui & Dei nostri, qui ultimis temporibus tuo beneplacito, & Spiritus Sancti ope, propter mortalium salutem, immensa clementia, ex ipsa infans susceptus fieri; & juxta consortium sanctæ tuæ legis morem, completis purificationis diebus, ipse veris legislator in templo præsentari sustinuit, & in justi Symeonis ulnis deferri permisit: cujus mysterii typum, in Prophetæ præfato per carbonis forcipem, manifestatum agnovimus, cujus normam nos quoque fideles in gratiæ lege asservamus: ipse nunc puerorum custos Domine, parce huic, parentibus, & susceptoribus ejus, benedic; & tempore congruo, per aquam & Spiritus regenerationem, tuo sancto rationalium ovium nomen Christi, tui invocantium gregi, illum annumerari dignare: Quia tu in excelsis habitas, & humilia respicis, & tibi gloriam referimus; Patri, & Filio, & Sancto Spiritui nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Tum Sacerdos accepto puero, ante fores templi, cum eo crucem efformat, dicens.

Ecclesiam ingreditur servus Dei N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, nunc, & semper, &c.

In templum deinde induxit, dicens: Introibit in domum tuam: adorabit ad templum sanctum tuum.

Et in medium usque templi introit, dicens: Ecclesiæ sit consors servus Dei N. &c. *Post hæc ait,* In medio Ecclesiæ laudabo te.

Tum infert usque ad altaris portas, dicens: In Ecclesia recipitur servus Dei N.

Et ad sanctum usque altare, induxit: si fuerit masculus: si vero fœmina, adusque speciosas portas, dicens: Nunc dimittis.

Quibus expletis, dimittit eum ad altaris portas. Susceptor triplici adoratione præmissa, & elevat eum, & discedit. Sacerdos dimissionem, ut mos est, absolvit.

τὰς ἀπειρογάμου καὶ ἁγίας σου μαῆρος, καὶ ἐν ταῖς ἀγκάλαις τὸ δικαίου Συμεὼν βαστασθεὶς, αὐτὸς, ὁ ἀπαρχὴ παιδοβρώτων, καὶ τὸ προαιώνιον τοῦ βρέφος, ἐμφανισθεὶς σοὶ τῷ πάντων Ποιητῇ, ἐλόγησον καὶ εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν καὶ σοὶ εὐάρεστον αὔξησον, ἀποσοβῶν ἀπ' αὐτῆς πᾶσαν ἐναντίαν δύναμιν, δεῖξόν τε σημειούμενος τὸ τύπον τοῦ σταυροῦ σου. Σὺ γὰρ εἶ ὁ φυλάσσων τὰ νήπια, Κύριε, ἵνα καταξιωθῇ τῆς ἁγίου βαπτίσματος, τύχῃ τε μερίδος τῶν ἐκλεκτῶν τῆς βασιλείας σου, φυλαττομένου σοῦ ἐκεῖ, τῇ χάριτι τῆς ἁγίας, ὁμοουσίᾳ καὶ ἀδιαιρέτῳ Τριάδος. Σοὶ γὰρ πρέπει πᾶσα δόξα, εὐχαριστία, καὶ προσκύνησις, σοὶ τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ, καὶ τῷ συναϊδίῳ καὶ ἁγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εἶτα λαμβάνει τὸ βρέφος ὁ ἱερεὺς τὸ παιδίον, σχηματίζει σταυρὸν μετ' αὐτοῦ πρὸ τῆς πύλης τοῦ ναοῦ, λέγων.

Εἰσπορεύεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ἅγιον τοῦ παοῦ σου, καὶ τοῦ ναοῦ, καὶ τῆς ἁγίας σκηνώσεως, καὶ καὶ αὖθ', καὶ πάλιν.

Εἰσπορεύεται αὐτὸν τὸ νάος, λέγων. Εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου, προσκυνήσω, πρὸς ναὸν ἅγιόν σου.

Καὶ εἰσέρχεται ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ, λέγων. Ἐκκλησιάζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ. Εἶτα λέγει. Ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.

Εἶτα εἰσάγει πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ θυσιαστηρίου, λέγων. Ἐκκλησιάζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ.

Καὶ εἰσάγει αὐτὸν εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, εἰ μὲν ἐν ἄρρεσι, εἰ δὲ θήλει ΤΟ ἕως τοῦ ἁγίασον πύλαι, λέγων, τὸ, Νυῦν ἀπολύεις,

Καὶ μετὰ ταῦτα. Τίθησι αὐτὸ παρὰ τὰς θύρας τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ ἅπας ὁ ἀναδέχος προσκυνήσας γ'. Λαμβάνει αὐτὸ, καὶ ἐξέρχεται.

Καὶ ὁ ἱερεὺς ποιεῖ ὡς ἔθος ἀπόλυσιν.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἔτι ἀκροατήριον. παρχ. Cryptoferratense Bessarionis legit, *Εὐχὴ εἰς τὸν ἐκκλησιάσαι παῖδα μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας.* Addit Barberinum S. Marci: *εἰς γενέσιμα ἄστε.* Aliud num. 88. *Εὐχὴ ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ τοῦ παιδὸς μετὰ μ' ἡμέρας ἐν τῷ ἐκκλησίᾳ.*

b Τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ.) Hanc omisit rubrica deest in Cryptof. Bessarionis & Falisciæ, nec non & in Barberino S. Marci, Barberinum aliud num. 88. habet solum modo ἄστε παῖδ, καὶ εἰσάγει αὐτὸν ὁ ἱερεὺς τῷ ἐκκλησίᾳ αὐτῆς τῇ ἑκτῇ. *Suscipitur accensis cereis, & extra Ecclesiam cum puero stat.*

c Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ.) Hæc oratio in editis solis reperitur.

d Ἐσπορεύεται ἐν ζωῇ.) Desunt hæc in MS.

e Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν.) Sola hæc oratio ex toto hoc officio reperitur in MS.

f Εἰσπορεύεται.) Deest in MS. cum oratione sequente.

g Ὁ Θεὸς ὁ πατήρ.) Deest & hæc in MS.

h Εἰσπορεύεται.) Deest & omnis hæc rubrica in MS. nostris: illius vice Cryptoferrat. Falisciæ sic habet.

Εἶτα λαμβάνει τὸ βρέφος ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτοῦ προσκυνεῖ τὸ βρέφος ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ. Φαίδων ὁ ἱερεὺς ἦχος δ'. Χαῖρε κεχαριτωμένη Θεοτόκε παρθένε. ἐκ σοῦ γὰρ ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, φωτίζων τοὺς ἐν σκότει. σὺ οὖσα πρεσβεύουσα δίκαιε. ἐξάγαγε ἐκ ἀγκάλας τὸν ἐλεύθεριόν τε ψυχῶν ἡμῶν, χαρίζομαι ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν. Μετὰ ταῦτα, λέγει, Νῦν ἀπολύεις, τὰ ἑξῆς. καὶ δίδει τὴν ἀπόλυσιν. Ὁ ἐν ἀγκάλαις τὸ βρέφος Συμεών. Ut infra hujus libri calce.

Accipit deinde puerum in ulnas, & coram sancta mensa facie illum adorare, & cantat Sacerdos, tono primo, Ave gratia plena Deipara virgo, ex tenamque ortus est sol justitiæ Christus Deus noster, illuminans in tenebris degentes. Lætare & tu senior juste, qui in ulnis suscepisti redemptorem animarum nostrarum liberatorem, qui * nobis largitur resurrectionem.

Post hæc dein Nunc dimittis: *& quæ sequuntur: & facit dimissionem hoc modo:* Qui in ulnis justi Symeonis deportatus es, *&c.*

Barberinum autem numero 88. nostrum Rubricam eamdem hoc pacto legit.

Καὶ παραλαβὼν ὁ ἱερεὺς τὸν παῖδα, καὶ τὸ παιδίον, εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀνίψας τὸ παιδίον τιθεῖ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ προσκυνήσαι. λέγει ὁ ἱερεύς.

Προσκυνήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

Καὶ κυκλώσας τὸ θυσιαστήριον ὁ ἱερεὺς ἔξω ἐξέρχεται τὸ θυσιαστήριον, καὶ τίθησι τὸ παιδίον ἐπὶ γῆς· καὶ πάρεστι αὐτῷ ὁ ἀναδέχος σὺν τοῖς κηροῖς.

Tum Sacerdos cereos assumens, & puerum, ingreditur ad altare; & tacitam precatus versus sanctam mensam ut adoret, dicit:

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.

Postquam vero circumierit altare Sacerdos, egreditur, & puerum in terra deponit, & tollet eum susceptor cum cereis.

Habet adhuc MS. Falisciæ in sequentibus, officium aliud circa mulierem post quadraginta dies a partu, cum fœtu ad Ecclesiam accedentem, cujus titulus est; *Εὐχὴ εἰς γυναῖκα ἥτις πλειόνων χρόνων τίκτουσα τεσσαράκοντα ἡμέρας.* Nullisque appositis rubricis sequitur oratio: Κύριε ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ. Ut supra. Deinde alia: Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν παραγενόμενος, prout supra. Et tandem, *Εὐχὴ ἑτέρα εἰς παιδίον ὁ Θεὸς, ὁ σωτὴρ, ὁ παντοκράτωρ.* Ut infra. Quæ plerumque editis conflantur, Horumque auctoritatem plurimam commendant.

In orationem pro muliere puerpera post quadraginta dies, Notæ.

i Ἔτι εἰς γυναῖκα λεχώ.) Veteris legis umbra dissipata, & clara Evangelii veritate orta, Mosaicum quidem de purificandis a partu mulieribus præceptum ad Christianas puerperas non pertinet: Ecclesia nihilominus, quæ decorem diligit, & decorum observat, domus Dei ingressu aliquot diebus abstinere præcepit, ut ex Deiparæ virginis purgationis nunquam indiga, purgationis tamen legem adimplentis limitatione, earum obedientia puritatis egens, probaretur. Obedientiam illam ex debito requirunt Græci: Latini nonnisi ex reverentiæ observantia. Debitum, inquam, obedientiæ exigunt illi a puerperis, quo eum traditione, cum Canone 2. Dionysii ad Basilidem illas parare allegari: Περὶ ἧς ἐν ἀρχῇ, Εἰ ἀφορισθέντας δεῖ τοὺς διακωλύοντας τὰς ἁγίας ἡμέρας τοῦ Θεοῦ, πόσῳ γε μᾶλλον τοὺς ἐκκλείοντας τελείους ἀπὸ τῶν εὐκτηρίων, ἢ τῆς τροφῆς τῆς ἁγίας ἀφεῖναι, ἢ τοῦ αἵματος καὶ σώματος τοῦ Χριστοῦ προσλαμβάνειν. De mulieribus quæ sunt in abscessu, an eas sit offendas oporteat in Dei domum ingredi superbacaneum vel interrogare cuiusmodi; neque enim reor, si tamen fideles sint & piæ, sic affectas, aversas vel ad sanctam mensam accedere, vel corpus & sanguinem Domini attingere. Hunc Canonem quasi Apostolicum observatum volunt Græci: ireo ut hunc annotat Baronius in annum 266. num. 11. sententiam suam aliis examinandam judicandamque reliquerit Dionysius ipse, his verbis: *Ego non ut doctor hæc scripsi, sed ut cum omni simplicitate consensi differere, meam sententiam in commune ederem, quam ea (Basilides) cum examinaverit sæpissime, quod ibi justum melioraque apparuerit, vel etiam ea sic de his habere cuiusmodi scribe.* Latini autem ob decentiam solam, mulierem profusa ii sordibus inquinatam, a sacris limine hac & Sacramentis recipiendis arcent. Quamvis enim Gregor. III. Summus Pont. in Canonibus Pœnitentialibus excerptis ex PP. Angelopolitanis de-

cis & sententiis, de quibuscumque ad rigorem Græcorum, (a Græcis enim oriundus, ab illis ad ritum Latinum desiexerat) sanctum esse voluerit. *Ut nulla mulier ante mundum sanguinem, Ecclesiam intraret, quia in usu habetur: alias quadraginta pœnitet*, in excerpto cap. 30. to. 6. Bibliothecæ Patrum: Et prius cap. 25. dixerit, *Mulieres menstruo tempore in Ecclesiam non intrent; quod si præsumpserint, ores hebdomadas pœniteant: nonnulli enim Patres ita definierunt*: Post receptum tamen apud Latinos hujusmodi usum, auctoritate Patrum antiquiorum fulcitum, idem ipse ex Gregorii primi lib. 13. epist. ad interrogatum 10. Augustini rescribentis subinfert hanc mitiorem sententiam: *Non tantum ejusmodi fœminam non debere vetari in Ecclesiam intrare, atque sacris assistere, sed sanctæ communionis mysterium in iisdem diebus percipere, non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumit, laudanda est, sed si percipiat, non judicanda. Si mulier hora eadem qua generis adhuc gratias intret Ecclesiam, nullo peccati pondere gravatur. Voluptas enim carnis, non dolor in culpa est. In cæcis autem commixtione voluptas est, sed in profa prolatione gemit: Unde & ipse primæ mulieri dictus: In doloribus paries. Si ergo ejusmodi mulierem intrare Ecclesiam prohibemus, ipsum ei pœnam in culpam deputamus.* Hæc Gregorius ex Gregorio. *Solent autem mulieres*, ait Honorius Solitarius lib. 1. cap. 146. *ex laudanda consuetudine post partum ab Ecclesiæ ingressu abstinere, quia immundas a templo cœlesti excludi designant. Alioquin si præ infirmitate valerent, eadem die qua parerent intrare eis liceret, ut Deo gratias agerent.* Hæc Catumsyrito Italogræco Chrisostomarum, mulierum purgationem post partum condemnanti sedulius notanda; ne deum nullas preces supra mulieres puerperas, ut a Mosaico ritu penitus abhorrentes recitandas quasi ex tripode definit, ab antiqua veritaque Ecclesiæ consuetudine se condemnet alienum.

2 Μετὰ μ. ἡμέρας.) Hunc dierum numerum Iuscusta desinat, atque illum præscribit Novella sapientis Leonis apud Balsamonem in Can. 2. nuper citatum; Ὁρίζομεν περὶ τοσούτου χρόνου, ἐν περὶ ἕξ ἄκρων τοῦ ἁγίου πατέρων παραδεδομένων, ἀποτελεῖται τὸν μὲν ἐξ ἄκρων τοῦ διαστήματος τοσοῦτος, ὅτε ἐξαίρετος ἐστὶν ἡ γυνὴ, ἀκαθάρτου τοσούτου, ἐν τοῖς ἁγίοις τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν, ἀκαθάρτου ὄντος· τοῦ μὲν δευτέρου τοῦ τεσσαρακοστοῦ ἡμέρας τοῦ τόκου, ἐν τοῖς ἁγίοις τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν, ἀκαθάρτου ὄντος· τοῦ δὲ τρίτου τοῦ ἑξηκοστοῦ ἡμέρας τοῦ τόκου, ἐν τοῖς ἁγίοις τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν, ἀκαθάρτου ὄντος· *Statuimus de mulieribus quæ peperierunt, & de iis quæ naturali purgatione detinentur, si quidem earum vita a nulla alia morbosa affectione perturbatur: ut quæ non sunt initiatæ, non sint baptismi participes: quæ autem sunt divinis mysteriis baptismi perfectæ, ingredi in immaculata altaris non recipiunt usque ad quadragesimum dierum terminum.* Quadragesimus autem ille numerus, illibatam Dei matrem tali temporis spatio suam humilitatem & obedientiam Christianis mulieribus imitandam commendantem observat & sectatur.

3 Ἐπὶ τὴν ἐκκλησιάδα.) Sunt ἐκκλησιάζουσαι apud Aristophanem, quæ convenerum popularem & publicum congregant & agunt, ideoque cum cœtus fidelium sit Ecclesia, qui ejusmodi cœtum convocabit ἐκκλησιάζων; admissus vero in istiusmodi numerum ἐκκλησιοκόμος, vel ἐκκλησιοφύλαξ dicetur. Blastares cap. 13. τὸ Ε. τάξεως ἐπίσκοπος ἐν Σκευῇ καὶ κυβερνῶν τοὺς ἐκκλησιαζομένους λαούς· *Episcopus inspector & curator omnium animarium ad Ecclesiæ cœtum pertinentium.* Theophanes in Constantio de Romanis qui Felici communicare noluerant, scribit: Τότε κοινωνὸν εἰ μετὰ τοῦ Ῥώμης ἐκ ἐκοινώνουν, οὐ ἐδέχοντο τοὺς ἐκκλησιάζοντας· *Hinc communicare detrectabant Romani: separatosque ab ea conventus Ecclesiasticos agebant.* Et præterea cum locus ipse sacer, in quem ad sacrificandum, orandum, verbum Dei audiendum Christiana plebs convenit, sic Ecclesia, qui primum in eam ingreditur, ἐκκλησιάζεται, & prout hic explicatur ὅτε δὲ ἤρχετο κατέβαινε & ἐκκλησίαζε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Hinc patet quid sit Catechumenos in Ecclesiam inducere vel præsentare, & quid sibi velit in decretis Deus dedit Papæ: A primo pabulo sallit, & ingressus fandæ Ecclesiæ usque ad confirmationem Spiritus Sancti per Christa deduci.

4 Κοσμιότητος τοῦ καιροῦ.) Corporum mundities tantum requirunt Græci in Ecclesia, ut a partu nondum purgatas mulieres ab illorum ingressu arceant; & menstruis defluentibus inquinatæ, rubore contempto, conscientia urgente, seipsas hodie eliminent, panem pro oblatione pinsere detrectant, sed & sacra quævis tangere, reliquiasque deosculari verentur: illisque satis est, juxta limina, forisque sub dio, oculis transeuntium expositas flare: ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ ἱεροῖς ἢ μυστικοῖς ἐκκλησιάσαι ἐστὶ τοῦ θεοῦ· *Templum ingredi, vel sanctorum ipsius esse participes non decet*, inquit citatus Balsamon, quod apud Latinos quondam lachrymarum lege apud Honorium superius memoratum: *menstruæ viris communicare sacris Ecclesiam sive solent.* Sed neque tunc Vestibula sive Nartheces Ecclesiæ infidelibus excommunicatisque pervios, pedibus illarum teri concedit Balsamon: ἐπειδὴ ἐκεῖνοι οὐκ εἰσὶ τῆς ἐκκλησίας, ἢ μόνον τοὺς ἔξω τοῦ ναοῦ, ἀλλὰ τοὺς ἐν τῷ ναῷ ἐκκλησιάζοντας· ἐκεῖνοι δὲ ἐκκλησιάζονται ἐν τοῖς ἔξω τοῦ ναοῦ· καὶ ἐπειδὴ ἐν ἔξω γυναικωνῖτις ἐστὶν ἐκκλησιαστικὸν μὲν οὐκ ἐκκλησιάζει ἐκεῖ· οἱ γὰρ ἐκεῖ οὐκ εἰσὶν ἐκκλησία, ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας ἀφωρισμένοι· ἀλλὰ μέρος ἐστὶ τοῦ ναοῦ ἐκεῖνο τὸ χωρίον· καὶ κοινωνίαν ἔχουσι τῶν ἐκκλησιαζόντων· *Videmus hodie in synagogis, locis mulierum propriis, aut magis in Monasteriis, tales enarmi in vestibulis omni imaginum genere exornatis, & ad laudes Dei celebrandas destinatis;* (Matutinum siquidem & minores horas & Completorium in interiori Narthece, speciosis portis occlusis perfolvi diximus fol. 19.) *salva, id est mendaci sordidas, flore mulieres. Et interrogantibus nobis quæ ratione id fiat. Respondere, eas Ecclesiæ fines non contingere. Quod mihi quidem non videtur. Non enim vestibula Ecclesiæ sunt communia & prophana ut atria* (atriorum & narthecum differentiam attende) *sed partes ipsius sunt, multoribusque in Ecclesia morari non prohibentur attributæ.* Declarat ipse loci sanctitatem, & addit: Οὐ δὲ ἁγιάσει, τόπος ἐστὶ διατεθειμένος, ὁ ἐν ἀκροφωνίοις λεγόμενος, ἢ ἐν ᾧ ἀπὸ ἀνδρείου ἐστὶν ὁ ἱερεὺς ἐκκλησιάζων· ἐν ᾧ καὶ ἐκεῖνος ἐστὶν ἐκκλησιάζων· ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα ἔχοντες, ἢ οἱ ἐν τοῖς ἔξω ἐκκλησιάζοντες γυναῖκα ἔχωσιν ἐγκύμονα ἐν τῷ ναῷ, ἢ ἀποκυήσασαν ἐν τῷ ναῷ, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ τόπῳ ἐν τῷ ναῷ ὄντι, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ τόπῳ ἐν τῷ ναῷ ὄντι, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ τόπῳ ἐν τῷ ναῷ ὄντι· ἐὰν δὲ καὶ ἐν τῷ ναῷ ὄντι, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ τόπῳ ἐν τῷ ναῷ ὄντι· ἐὰν δὲ καὶ ἐν τῷ ναῷ ὄντι, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ τόπῳ ἐν τῷ ναῷ ὄντι· ἐὰν δὲ καὶ ἐν τῷ ναῷ ὄντι, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ τόπῳ ἐν τῷ ναῷ ὄντι· *Vestibulum illud loco est pœnitentiæ quæ dicitur Audientium, & in ipso ne ipsis quidem vicis stare permittitur, quibus imposita est pœnitentia in Ecclesiam ingrediantur, sed extra ipsum stare. Oportebat ergo ejusmodi loca, in quibus ejusmodi mulieres immundæ Rarens, Ecclesiarum locum directo non complere, id est, ad complementum earum proprie non pertinere, ut etiam Sacerdotes cum divinis sanctificationibus in Chrysbolo Hymno* (id est cum sacris donis, in magno ingressu) *transeunt & sepulchra, & ubique Sanctorum imagines, ibi forte repertas & depictas fuligine, & sacrarum precum ministeria peragunt, immundæ mulieres in istis sine præjudicio stare possint.* Mitius tamen cum impuris mulieribus agendum, & naturæ imbecillitas non spontaneo sese onere levantis, quidquid in adversum objectent & obtrectent Græci, & Latinæ mulieres inter eos scrupulosius timeant, majori compassione toleranda, ex responso D. Gregorii libro 13. epist. ad Augustinum: *Mulier dum ex consuetudine menstrua patitur prohiberi Ecclesiam intrare non debet: quia id naturæ superfluitas in culpam non debet imputari, & per hoc quod invita patitur, justum non est ut Ecclesiæ ingressu prohibeatur. Novimus namque quod mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur, post tergum Domini veniens, vestimenti ejus fimbriam tetigit, atque ab ea fluxus infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter*

potuit Domini vestimentum tangere, cur quæ menstruum sanguinis patitur, ei non licet Domini Ecclesiam intrare?

5 Ἀναπέσει.) Etiam Gentilibus fœmini post partum balneum parabatur. Terentius in Andria: *Nunc primum hoc ipsum ut lavet.* Plautus in Truculento: *Date aquam mulieribus*, &c. De Christianis, Cyprianus, vel alius quivis fem. de Nativitate Domini verba faciens; *Totum*, inquit, *negotium plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio. Nec locus ibi erat lenociis, quæ solent puerperis præparari, quippe nec aliqua naturæ injuria matrem Domini læderet, quoniam sine sorimento peperit, quæ in conceptione naturæ carnis voluptatem.*

6 Περὶ τοῦ μέλλοντος ἀναφέρειν.) Is est Susceptor, Gestans, Offerens, Fideiiussor, ab aliis dictus, de quo pluribus Dionysius libro de Ecclesiastica Hierarchia. Et si suspecta sit Dionysii quoad antiquitatem fides; Hygimus Papa anno centesimo quinquagesimo, ex Ciacconio in ejus vita, voluit unum saltem Patrinum, unamve Matrinam baptismo interesse: sic enim Ecclesia eos appellat, qui infantes recendum baptizantur, & ex sacro eos lavacro suscipiunt.

7 Ὁ δὲ χειρίζων αὐτὸ ἔλεγεν.) Ritum hunc fere omnem paucis Symeon Thess. explanat: Τὸ δὲ παρομοιαζόμενον ἡμῖν πάλιν ὀφείλομεν τὸ βρέφος ταῖς ἁγίαις τοῦ ναοῦ, ἢ ταῦτα ὡς δῶρα Θεῷ προσφέρεται· διὸ καὶ ἐν χερσὶ τοῦ ἱερέως τὸ βρέφος ἐστὶ τοῦ ναοῦ, (ὃ τοῦτο δίδωσι τοῦ τὸν ἁγίων ἐκκλησιαστήριον) καὶ ἡ μήτηρ ὀφείλουσα ἀφεῖναι τὸ βρέφος, ἢ ἀγάπην ἔχουσα ἀμέτρητον πρὸς αὐτὸ, ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἀναβαίνει βήματος, καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι ἐστὶ· καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι ἐστὶ τὸ βρέφος

des ejus emunda, leni dolores, bonam valetudinem roburque corpori & animæ, clemens largire: & per Angelum lucidum ab omni dæmonum invisibilium insultu custodi: Ita Domine, ab omni morbo & languore, & a corporeis sordibus illam expurga, & a variis ingruentibus viscerum torminibus: plurimaque tua misericordia in debili ejus corpore illam educ, & ab eo quo jacet lecto, erige; quia in peccatis nati sumus & in iniquitatibus, & per sordes coram te adstamus, Domine, storesque cum tremore clamantes, & dicimus: respice de cælo & vide infirmitatem nostri reatum: & ancillæ huic tuæ, quæ in peccatis est, & in cædem sponte seu non sponte incidit, & conceptum fœtum abjecit veniam largire: omniumque illam circumstantium & attrectantium miserere, & remissionem præbe. Quia tu solus potestatem habes dimittendi peccata & iniquitates: intercessionibus immaculatæ tuæ matris, & omnium sanctorum.

Quia tibi convenit omnis gloria, honor, & adoratio, Patri, & Filio, & Sancto Spiritui; nunc, & semper, & in secula seculorum.

Et fit dimissio.

θεράπευσον, τὴν ῥῶσιν καὶ εὐρωστίαν τῷ σώματι σοῦ τῇ ψυχῇ αὐτῆς φιλάνθρωπε δώρησαι, καὶ δι' ἀγγέλου φωτεινοῦ, ταύτην περιφρούρησον ἀπὸ πάσης ἐπελεύσεως τῶν ἀοράτων δαιμόνων. Ναὶ Κύριε, ἀπὸ νόσου καὶ μαλακίας, καὶ καθάρισον αὐτὴν ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ ῥύπου καὶ τῶν ποικίλων αὐτῇ ἐπερχομένων ἐνοχλήσεων σπλαγχνικῶν καὶ ἐξάγον αὐτὴν διὰ τὸ πολλοῦ σου ἐλέους ἐν τῷ ταπεινῷ αὐτῆς σώματι· καὶ ἀνάστησον αὐτὴν ἀπὸ τῆς κλίνης ἧς κατάκειται. ὅτι ἐν ἁμαρτίαις ἐγεννήθημεν, καὶ ἐν ἀνομίαις, καὶ διὰ ῥύπου πάντες ἐσμὲν ἐνώπιόν σου Κύριε, καὶ μετὰ φόβου βοῶμεν, καὶ λέγομεν. ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἴδε τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν τῶν κατακρίτων, καὶ συγχώρησον τῇ δούλῃ σου, ταύτῃ, τῇ ἐν ἁμαρτίαις φόνῳ περιπεσούσῃ ἑκουσίως, ἢ ἀκουσίως, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ συλληφθὲν ἀποβαλλομένῃ, καὶ πάντας τοὺς παρευρισκομένους, καὶ ἁψαμένους αὐτῆς κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ἐλέησον, καὶ συγχώρησον. ὅτι σὺ μόνος ἔχεις ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας καὶ ἀνομίας· πρεσβείαις τῆς παναχράντου σου μητρὸς, καὶ πάντων τῶν ἁγίων.

Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

In Orationem pro muliere abortivum pariente, Notæ.

1 Εὐχαὶ εἰς γυναῖκα ὅταν ἀποβάλληται.) Expiant orationibus Ecclesiasticis mulieres abortivum parientes Græci; tum immunditiæ corporis tollendæ opinioni, tum mitigandis corporeis doloribus & conscientiæ scrupulis, quibus timidiores mulierculæ cædis in fœtû perpetratæ seipsas condemnare consueverunt, tum denique quia illas in numerum τῶν φονευσάντων relatas, vel ἀκουσίως non spontaneæ saltem cædis reas, juxta Synodi Ancyranæ Can. 22. & epist. 1. Basilii ad Amphilochium Can. 8. speciali & privata pro eis oratione fusa, necesse est Ecclesiæ reconciliari.

2 Τῇ ἐν ἁμαρτίαις φόνῳ περιπεσούσῃ.) Αἱ γυναῖκες τὰ ἀμβλωθρίδια διδοῦσαι φάρμακα καὶ αἱ δεχόμεναι τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητήρια (καὶ) *eas quæ fœtus necantia medicamina accipiunt, homicidæ pœnæ subjici oportet*, ex Can. 91. Trullano. An tamen innoxiæ mulieres, casu, vel naturæ imbecillitate, fœtum emortuum abjicientes, a pia matre Ecclesia cædis commissæ, condemnandæ sunt? Respondent Græci, etiam cædi involuntariæ, suas esse pœnas constitutas. Merito propterea Euchologicus noster textus, superius scripsit: ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως ... *Quinque mensibus prægnantes si contingat accepto vulnere fœtum ejicere*, homicidii pœnam (non autem semper eandem) *secundum leges*, (illæ sunt Constantini Porphyrogeniti, & Emmanuelis Comneni a Balsamone in Can. 91. Trullanum citatæ) & Canones (Synodi Ancyranæ, & Basilii supra memorati) subjici debere. Græcis similem inter suos Pœnitentiales canones edidit Gregorius tertius cap. 7. to. 6. Bibliothecæ Patrum, mulieres omnes, tum sontes, tum innoxias si abortum pariant, plectentem: *Mulier quæ concipit, & occidit filium aut filiam in utero, ante quadraginta dies, unum annum pœniteat: si post quadraginta dies, quasi homicida pœniteat. Sine culpa tres quadragesimas: illæ quæ suos infantes opprimunt negligenter, ut homicidæ pœniteant: sed aliter in judicio pendeat Sacerdotis.*

3 Συγχώρησον τῇ δούλῃ σου ταύτῃ, &c.) Canicio hic deinde insequitur, & eruditus Catumsyritus Italogræcus Cryptæ Ferratæ Arcedianum (eo namque ut sinceriori usus est Arcudius) Euchologium, illudque vocibus importunis, utinam Latinis saltem, Judaico ritu mulierculas Christianas implicare, Judaizare, & irreligiosa sacrilegia inducere contendit. Sed o fallacis fidei hominem, qui nec de visu, vel aliorum dictis illatum notum, tam proterve insusare non veretur. Ita me Deus amet, si in duobus Cryptæ Ferratæ, aut aliis duobus Barberinis Ms. accuratissime lectis vel simplex, καὶ ad hoc officium spectans repererim. Agat itaque silentium Catumsyritus & abortivos suos fœtus, ingenii scilicet monimenta, prius sancta Congregata damnata, quam nata, plangat; & prodicationibus in Arcudium & Euchologium Cryptæ Ferratæ scriptis præscriptis, libris temulenter non adeo impressis quam oppressis, atque ideo suppressis perpetuo taciturus pœnitentiam patienter subeat. Laudando interim more ex antiqua, ut par est credere, traditione deducto, orat Ecclesia Orientis pro abortum parientibus, & precibus suis peccatum negligentiæ, venia non indignum, ejusque pœnam non vi Sacramenti forma deprecativa exhiberi, ut idololatræ & imponit Catumsyritus, sed meriti proprii & supplicationum instantia, Dei clementiam implorat. Quid enim præstaret Ecclesia peccatori, aut divinæ opis egenti extra Sacramentum, quam pias preces. Aut quo Judaico ritu male olet hoc officium qui non procedat vel oriatur ex Synodo Ancyrana, Gregorii tertii Summi Pontificis Romani decreto, vel Basilii Canonibus? Nusquam ergo pro pavidis mulierculis, ferales fœtus parientibus a precibus fundendis abstineat Ecclesia: cum etiã a culpa magis liberæ, stimulis ob abortũ agitari, & dolor eãrũ nullo alio magis opportuno medicamine, quã Ecclesiæ benedictione levetur.

4 Φόνῳ περιπεσούσῃ ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως.) Sponte & consensuali crimine fœtum perdunt mulieres, vel invitæ penitus & innoxiæ: utrobique quasi cædis reas plectit Ecclesia, & Canonum severitate mulctatas, hac prece Deo reconciliat. Et si quidem sponte prolem excusserint, juxta Canones communione seclusæ pœnis subjiciuntur prolixissimis brevi, Deo favente, apud Balsamonem 28. c. 22. συγχίᾳ legendis. Sin autem casu fœtus exciderit utero, [illegible] *Ex infidelis, inquam, infanti, nulla in re parente utroque delinquente, quamvis quod contigit veniam mereatur, moderata tamen indiget castigatione. Propter quædam enim alia nulla peccata a Domino infantes servare solito tantum auxilii defectus processisse videtur.* Blastar. c. 8. τῷ Φ. στοιχείῳ. V. dicta nos-

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ Ἀποστόλων, καὶ τῶν θείων Πατέρων. Περὶ τοῦ ἁγίου Βαπτίσματος.

Ὁ μζ΄. τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κανὼν, φησὶν, εἴ τις Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος, τὸν κατὰ ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν, καὶ τὸν τοῦ Κυρίου θάνατον, μὴ διακρίνων ἱερέας ψευδοϊερέων. Τὰ αὐτὰ καὶ ὁ ἐν Καρθαγένῃ Συνόδῳ, ν΄. διαγορεύει.

Ὁ δὲ μθ΄. τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα βαπτίζειν, κατὰ τὸ τοῦ Κυρίου παρεγγυᾶται λόγιον. ἀλλὰ μὴ εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς παρακλήτους. εἷς γὰρ ὁ ἄναρχος Πατὴρ, διὰ τὸ ἀναίτιον· καὶ εἷς ὁ Υἱὸς, διὰ τὴν ἄρρητον γέννησιν, καὶ εἷς ὁ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὴν ἐκ τοῦ ἀγεννήτου ἐκπόρευσιν. οἱ δὲ μὴ οὕτω ποιοῦντες, Ἐπίσκοποι ἢ Πρεσβύτεροι, ἐπιτιμίαν ὑφίστανται τὴν καθαίρεσιν.

Ὁ δὲ ν΄. τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελεῖν, τρεῖς δηλαδὴ καταδύσεις ἐν ἑνὶ βαπτίσματι, καὶ ἑκάστῃ τῶν καταδύσεων, τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας ἐπιλέγειν Τριάδος, ἀλλὰ μὴ ἓν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου διδόμενον. ἤτοι ἅπαξ καταδύειν τὸν βαπτιζόμενον, καὶ εἰς τὴν μίαν κατάδυσιν τὸν τοῦ Κυρίου ἐπιφημίζειν θάνατον, ὡς ἡ παραπληξίας γέμουσα τῶν Εὐνομιανῶν αἵρεσις ὑποτίθεται· ἧς καὶ ὁ ζ΄. τῆς β΄. Συνόδου κανὼν μέμνηται. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε, ἀλλὰ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. τὸν δὲ μὴ οὕτω δρῶντα Ἐπίσκοπον, ἢ Πρεσβύτερον, τῇ ἀφαιρέσει ζημιοῖ τῆς ἱερωσύνης.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁ θ΄. κανὼν τῆς οἰκουμενικῆς β΄. Συνόδου, ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἐξ αἱρέσεων ἐπιστρέφοντας, ἀριδήλως νομοθετεῖ. εἰς δύο γὰρ μοίρας ἅπαντας διελὼν, τοὺς μὲν μύρῳ χρίεσθαι, τοὺς δὲ ἀναβαπτίζεσθαι διωρίσατο. Ἀρειανοὺς μὲν οὖν, καὶ Μακεδονιανοὺς, καὶ Σαββατιανοὺς, καὶ Ναβατιανοὺς, τοὺς λέγοντας ἑαυτοὺς Καθαροὺς, καὶ Ἀριστεροὺς, καὶ Τεσσαρεσκαιδεκατίτας, ἤτουν Τετραδίτας, καὶ Ἀπολιναριστὰς, ἐπείπερ ἐξ ἴσης ἡμῖν τῷ θείῳ τελοῦνται βαπτίσματι, οὐκ οἴεται δεῖν τούτους ἀναβαπτίζειν. Ἀλλὰ μετὰ τὸ προσφέρειν τῆς αἱρέσεως ἔγγραφον ἀναθεματισμὸν, τῷ ἁγίῳ χρίεσθαι μύρῳ κελεύει, τό τε μέτωπον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰς ῥῖνας, τὸ στόμα τε, καὶ τὰ ὦτα, καὶ σφραγίζοντας λέγειν· Σφραγὶς δωρεᾶς Πνεύματος ἁγίου. Εὐνομιανοὺς γε μὴν τοὺς εἰς κατάδυσιν βαπτιζομένους μίαν, καὶ Μοντανιστὰς τοὺς καλουμένους Φρύγας, καὶ Σαβελλιανοὺς τοὺς διδάσκοντας τὴν Υἱοπατορίαν, καὶ τοὺς παραπλησίους τούτοις, ὡς ἐξ Ἑλλήνων ἀβαπτίστων ἀληθείας διεζευγμένους, τῇ καθολικῇ προσιόντας Ἐκκλησίᾳ, ἱερῶς κελεύει βαπτίζεσθαι. ἢ γὰρ ὅλως οὐκ ἐβαπτίσαντο, ἢ καὶ βαπτισάμενοι, οὐ κατὰ τοὺς θεσμοὺς τῆς ὀρθοδόξου Ἐκκλησίας ἐσημάνθησαν· τούτῳ καὶ ὡς ἀφώτιστοι τοῖς θείοις Πατράσι λογίζονται.

Ὁ δὲ ἐν Λαοδικείᾳ μη΄. καὶ τῷ ἐπουρανίῳ χρίεσθαι μύρῳ τοὺς φωτιζομένους θεσπίζει. τοῦτο γὰρ ταῖς εὐχαῖς καὶ τῇ ἐπικλήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἁγιαζόμενον,

Euchol.

CANONES SANCTORUM Apostolorum & divinorum Patrum de sancto Baptismate.

QUadragesimus septimus sanctorum Apostolorum Canon ait. Si Episcopus, aut Presbyter, eum qui secundum veritatem Baptismum habuerit, denuo baptizaverit, deponatur; tanquam derisor mortis & crucis Domini, nec Sacerdotes a falsis Sacerdotibus jure discernens. Hæc eadem & Canon 50. Carthaginensis Synodi præscribit.

Quadragesimus vero nonus sanctorum Apostolorum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti baptizare, juxta Domini verbum, commendat; verum non in tribus sine principio personis, aut in tribus filiis, aut in tribus Paracletis; unus enim principii expers Pater, & unus Filius propter ineffabilem generationem, & unus Paracletus Spiritus Sanctus propter processionem ex ingenito. Qui secus fecerint Episcopi, aut Sacerdotes depositionis pœnam subibunt.

Præcipit autem quinquagesimus, initiationis unius tres intinctiones perficere, tres immersiones videlicet in uno baptismate, & in unaquaque mersionum, nomen sanctæ Trinitatis nomen edicere; non tamen unum baptisma in Domini morte conferre, semel nempe tantum baptizatum immergere, & in mersione unica Domini mortem celebrare, prout insana Eunomianorum hæresis supponit, cujus & septimus secundæ Synodi Canon meminit: Non enim dixit Jesus, in morte mea baptizate; sed, Euntes docete omnes gentes baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Secus vero observantem Episcopum aut Presbyterum Sacerdotii depositione mulctat Synodus.

Sed & nonus Canon secundæ Synodi Oecumenicæ quomodo ex hæresi conversos recipere oporteat manifeste docet. In duas namque series cunctis distributis, hos quidem Chrismate ungi, alios vero denuo baptizari præcepit. Arianos quidem, & Macedonianos, & Sabbatianos, & Novatianos, qui seipsos Catharos, & Aristeros, hoc est mundos & sinistros dicunt, & Tessaresdecatitas, sive Tetraditas, & Apollinaristas, siquidem ex æquo nobiscum divino perficiuntur baptismate, rursus baptizandos non censet: verum postquam suæ hæreseos anathematismi libellum scripserint, sacro Chrismate eos jubet ungi, in fronte, in oculis, in naribus, in ore, & auribus: & eos signantes dicere: Signaculum doni Spiritus Sancti. Eunomianos, qui in unam immersionem baptizantur, & Montanistas, qui dicuntur Phryges, & Sabellianos, qui eundem esse Patrem & Filium opinantur, aliosque his similes, ut Gentilibus non baptizatis, a veritate judicante, nihilo melius affectos, ad Catholicam accedentes Ecclesiam sancte præcipit baptizari. Aut enim nullatenus baptizati sunt, aut siquidem baptizati fuerint, non secundum orthodoxorum Ecclesiæ decreta consignati fuerunt: hi itaque velut non illuminati a sacris Patribus censentur.

Quadragesimus vero octavus Laodicenæ Synodi, illuminatos cælesti unguento perungi decernit. Hoc enim precibus, & Spiritus Sancti invocatione consecratum, sanctificat unctos, &

supercœlestis regni Christi participes constituit, nisi vitæ negligentia, vel operum improbitas ab eo nos alienaverit.

Sextus autem Neocæsariensis Synodi, prægnantes mulieres a baptismo non arcet: non etenim fœtus illuminationis earum fit particeps, antequam boni vel mali nanciscatur electionem, sed neque qualiter fiat affecti, examinari potest. Infantes vero susceptorum curæ demandati, & operibus ipsis illuminati, divinæ illuminationi communicant.

Sextus etiam Timothei Alexandriæ Antistitis, ait: Si mulier catechumena die qua baptizari præstituit, in mulierum morem incidat, in diem sequentem ejus remittatur baptisma.

Primus vero ejusdem ita statuit: Si puer catechumenus, aut etiam vir, sancto peracto sacrificio, absque malitia accedens sacrorum donorum partem acceperit, inscio Sacerdote, eum adhuc esse Catechumenum, confestim baptizetur; a Domino enim ejus vocatio procedit.

At vero quartus sancti Cyrilli, licet separationem, inquit, sustineant Catechumeni quidam censuris subjecti, si in vitæ sint discrimine, baptizentur, ne hac gratia privati ab humanis discedant.

Secundus autem Timothei Alexandrini Catechumenum arreptitium priusquam immundo spiritu liberetur baptizari prohibet: nefas enim est, eum qui pravo ad perversa affectu seipsum maligno dæmoni inhabitationem præbuit, priusquam perfecte a tenebrosi & maligni spiritus potestate eximatur, Sancti Spiritus lumen suscipere: si vero mors immineat, baptizari præcipit: ut divinæ gratiæ expers e vivis non excedat.

Addit quartus: Si non a dæmone turbetur, sed morbi violentia, mente Catechumenus excesserit, ita ut neque voce privatus, respondere possit: quandoquidem mentis compos fidem se suscipere commonstravit, inter Catechumenos annumeratus, absque hæsitatione baptizandus est.

Tandem centesimus undecimus Carthaginensis Synodi, concessa, inquit, nobis per Baptismum gratia, non delictorum remissionem tantum, sed & virtutem ne peccemus amplius confert, nisi sponte, vel ex negligentia, *Peccatis consentiamus. Secus autem sentientes anathemati subjicit.*

τὰς κειμένας ἁρμόζει. καὶ μετόχους τῆς ἐπουρανίου βασιλείας Χριστοῦ καθίστησιν, εἰ μὴ τὸ τοῦ βίου ἠμελημένον, ἢ ἡ τῶν ἔργων φαυλότης ἡμᾶς ταύτης ἀλλοτριώσει.

Ὁ δὲ ϛ'. τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ Συνόδου, τὰς γυναῖκας τὰς ἐγκύμονας οὐκ ἀπείργει βαπτίζεσθαι. οὐδὲ γὰρ κοινωνεῖ ταύταις τοῦ φωτίσματος καὶ τὸ ἔμβρυον, μήπω πρὸς τῆς φύσεως δεξάμενον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ προαίρεσιν καὶ τοῦ χείρονος. οὐδὲ οἷόν τε ἐξετάζεσθαι ὅπως ἔχει διαθέσεως. τὰ δὲ γε νήπια τῶν ἀναδόχων καταπιστευόμενα, φροντίδι καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς φωτιζόμενα, τῆς θείας κοινωνεῖ ἐλλάμψεως.

Ὁ δὲ ϛ'. τοῦ Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας ἡ κατηχουμένη γυνή, φησιν, εἰ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ βαπτισθῆναι προέθετο, τὰ κατ' ἔθος αὐτῇ συμβαίνῃ, εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ὑπερτιθέσθω τὸ φώτισμα.

Ὁ δὲ α'. αὐτοῦ, εἰ παιδίον κατηχούμενον, ἢ καὶ ἀνήρ, τῆς ἱερᾶς τελουμένης θυσίας, προσελθὼν ἀπονήρως τῶν θείων μετελήψεται δώρων, ἀγνοοῦντος τοῦ ἱερέως εἶναι τοῦτον κατηχούμενον, εὐθὺς βαπτιζέσθω. ὑπὸ γὰρ Κυρίου προσκέκληται.

Ὁ δὲ δ'. τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, κἂν χωρισμόν, φησιν, ὑπομένωσί τινες τῶν κατηχουμένων ἐπιτιμηθέντες, καὶ μέλλωσι τελευτᾷν, βαπτιζέσθωσαν. καὶ μὴ ἀμέτοχοι τῆς χάριτος τῶν ἀνθρωπίνων ἀποδημείτωσαν.

Ὁ δὲ β'. τοῦ Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας, κατηχούμενον δαιμονῶντα, πρὶν ἢ τοῦ ἀκαθάρτου δαίμονος καθαρθῆναι, κωλύει βαπτίζεσθαι. ἀθέμιτον γὰρ τὸν παραχώσαντα ἑαυτὸν τῷ πονηρῷ δαίμονι εἰς ἐνοίκησιν τῇ πρὸς τὰ φαῦλα ῥοπῇ, καὶ τὸ φῶς τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑποδέχεσθαι μὴ τελείως ἀπαλλαγέντα τοῦ σκοτεινοῦ καὶ πονηροῦ πνεύματος. εἰ δὲ ἡ τελευτὴ τούτου ἐπισταίη, κελεύει βαπτίζεσθαι, ἵνα μὴ κενὸς ἐξέλθῃ τοῦ βίου, καὶ ἀμέτοχος τῆς θείας χάριτος.

Ὁ δὲ δ'. εἰ δὲ μὴ ὑπὸ δαίμονος φησιν, ὁ κατηχούμενος ἐνοχλεῖται, ἀλλ' ὑπό τινος τῶν φρενῶν ἐξεκρούσθη, ὡς μηδὲ ὑποκρίνεσθαι αὐτός τε, ἀφῃρημένος καὶ τὴν φθογγήν. ἀλλ' ἐπεὶ ἔδειξεν ἐκ προαιρέσεως τὴν πίστιν ἀσπάζεσθαι. ἐκεῖνος εἰς τοὺς κατηχουμένους καταταγείς, ἀναμφιβόλως βαπτίζεται.

Ὁ δὲ ρια'. τῆς ἐν Καρθαγένῃ Συνόδου, ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος φησί, χορηγουμένη χάρις ἡμῖν, οὐ μόνον τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, ἀλλὰ καὶ δύναμίν ἐστιν, εἰς τὸ μηκέτι ἁμαρτάνειν ἡμᾶς, εἰ μὴ διὰ ῥαθυμίας ἑκόντες, ταῖς ἁμαρτίαις συντασσόμεθα. τοὺς δὲ μὴ οὕτω φρονοῦντας τῷ ἀναθέματι παραπέμπει.

ORATIO AD FACIENDUM Catechumenum.

1 ΕΥΧΗ ΕΙΣ ΤΟ ΠΟΙΗΣΑΙ, κατηχούμενον. 1

Baptizandi zonam Sacerdos solvit, & exutum excalceatumque, ad Orientem statuit, discinctum, nudo capite, & absque calceamentis, demissas manus habentem: & in faciem ejus ter insufflat: terque faciem & pectus ejus cruce signat, & manu ejus capiti imposita, dicit:

2 Λύει ὁ ἱερεὺς τὴν ζώνην, τοῦ μέλλοντος 3 φω- 2 3
τίζεσθαι. 4 Καὶ ἀποδύει, καὶ ὑπολύει αὐ- 4
τόν. 5 Καὶ ἵστησιν αὐτὸν κατὰ ἀνατολάς. Μονοχί- 5
τωνα, Ἀνυπόζωστον, Ἀσκεπῆ, Καὶ ἀνυπόδετον. 6 Ἔ- 6
χοντα τὰς χεῖρας κάτω. 7 Καὶ ἐμφυσᾷ εἰς τὸ πρό- 7
σωπον αὐτοῦ γ'. Καὶ σφραγίζει αὐτοῦ τὸ μέτωπον, καὶ
τὸ στῆθος ἐκ τρίτου. 8 καὶ ἐπιτίθησι τὴν χεῖρα ἐπὶ 8
τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, λέγων.

Ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου Κύριε ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ Μονογενοῦς σου Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος, ἐπιτίθημι τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, τόνδε, τὸν καταξιωθέντα προσφυγεῖν ἐπὶ τὸ ἅγιον ὄνομά σου, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τῶν πτερύγων σου διαφυλαχθῆναι. Ἀπόστησον ἀπ' αὐτοῦ τὴν παλαιὰν ἐκείνην πλάνην καὶ ἔμπλησον αὐτὸν τῆς εἰς σὲ πίστεως, καὶ ἐλπίδος, καὶ ἀγάπης. ἵνα γνῷ, ὅτι σὺ μόνος Θεὸς ἀληθινός, καὶ ὁ μονογενής σου Υἱός, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, καὶ τὸ ἅγιόν σου Πνεῦμα. δὸς αὐτῷ ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς σου πορευθῆναι, καὶ τὰ ἀρεστά σοι φυλάξαι. ὅτι ἐὰν ποιήσῃ αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσε-
9 ται ἐν αὐτοῖς. γράψον αὐτὸν ἐν βίβλῳ ζωῆς σου. ἕνωσον αὐτὸν τῇ ποίμνῃ τῆς κληρονομίας σου. δοξασθήτω τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον ἐν αὐτῷ, καὶ τοῦ ἀγαπητοῦ σου Υἱοῦ Κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ σου Πνεύματος. Ἔστωσαν οἱ ὀφθαλμοί σου ἀτενίζοντες εἰς αὐτὸν ἐν ἐλέει διαπαντός, καὶ τὰ ὦτά σου, τοῦ ἀκούειν τῆς φωνῆς τῆς δεήσεως αὐτοῦ. εὔφρανον αὐτὸν ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐν παντὶ τῷ γένει αὐτοῦ ἵνα ἐξομολογήσηταί σοι προσκυνῶν καὶ δοξάζων τὸ ὄνομά σου τὸ μέγα καὶ ὕψιστον καὶ αἰνέσῃ σε διαπαντὸς πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Σὲ γὰρ ὑμνεῖ πᾶσα ἡ δύναμις τῶν οὐρανῶν, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ δόξα, τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

IN nomine tuo Deus veritatis, & unigeniti Filii tui, & Sancti Spiritus, super servum tuum N. ad sanctum nomen tuum confugientem, & sub umbra alarum tuarum conservandum, manum meam impono. Veterem illum errorem ab eo remove, & fide, spe, & charitate, quæ est in te, eum reple: ut cognoscat quia tu solus Deus verus, & unigenitus Filius tuus Dominus noster Jesus Christus, & Sanctus Spiritus: ut in mandatis tuis ambulet, & quæ tibi sunt placita custodiat, illi concede; quia si ea fecerit homo, vivet in illis. In libro vitæ tuæ scribe illum: hæreditatis tuæ ovili illum aggrega. Glorificetur nomen tuum sanctum in illo, & dilecti Filii Domini nostri Jesu Christi, & vivifici tui Spiritus. Intenti sint oculi tui ad illum semper, & aures tuæ, ut preces ejus in misericordia exaudias. In operibus manuum suarum, & in omni genere suo illum exhilara: ut adorans & glorificans nomen tuum magnum & excelsum te confiteatur, & te jugiter omnibus diebus vitæ suæ laudibus extollat. Te laudat enim omnis virtus cælorum, & tua est gloria: Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

10 ΤΟ Ἀφορκισμός, α'.

Exorcismus primus.

Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Dominum precemur.

Ἐπιτιμᾷ σοι Κύριος, διάβολε, ὁ παραγενόμενος εἰς τὸν κόσμον, καὶ κατασκηνώσας ἐν ἀνθρώποις, ἵνα τὴν σὴν καθέλῃ τυραννίδα καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐξέληται· ὃς ἐπὶ ξύλου τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις ἐθριάμβευσεν, ἡλίου σκοτισθέντος, καὶ γῆς σαλευομένης, καὶ μνημάτων ἀνοιγομένων, καὶ σωμάτων ἁγίων ἀνισταμένων, ὃς ἔλυσε θανάτῳ τὸν θάνατον, καὶ κατήργησε τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου τοῦτ' ἔστι σὲ τὸν διάβολον. Ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ δείξαντος τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τάξαντος τὰ Χερουβὶμ, καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην φρουρεῖν αὐτό. ἐπιτιμήθητι. κατ' ἐκείνου γάρ σε ὁρκίζω, τοῦ περιπατήσαντος ὡς ἐπὶ ξηρᾶς ἐπὶ νῶτα θαλάσσης, καὶ ἐπιτιμήσαντος τῇ λαίλαπι τῶν ἀνέμων, οὗ τὸ βλέμμα ξηραίνει ἀβύσσους, καὶ ἡ ἀπειλὴ τήκει ὄρη. αὐτὸς γὰρ καὶ νῦν ἐπιτάσσει σοι δι' ἡμῶν, φοβήθητι, ἔξελθε, καὶ ἀναχώρησον ἀπὸ τοῦ πλάσματος τούτου, καὶ μὴ ὑποστρέψῃς, μηδὲ ὑποκρυβῇς εἰς αὐτόν, μηδὲ συναντήσῃς αὐτῷ, ἢ ἐνεργήσῃς, μὴ ἐν νυκτί, μὴ ἐν ἡμέρᾳ, ἢ ὥρᾳ, ἢ ἐν μεσημβρίᾳ, ἀλλ' ἄπελθε εἰς τὸν ἴδιον τάρταρον, ἕως τῆς ἡτοιμασμένης μεγάλης ἡμέρας τῆς κρίσεως. φοβήθητι τὸν Θεόν, τὸν καθήμενον ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, καὶ ἐπιβλέποντα ἀβύσσους, ὃν τρέμουσιν Ἄγγελοι, Ἀρχάγγελοι, Θρόνοι, Κυριότητες, Ἀρχαί, Ἐξουσίαι, Δυνάμεις, τὰ πολυόμματα Χερουβὶμ, καὶ τὰ ἑξαπτέρυγα Σεραφίμ· ὃν τρέμει ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, θάλασσα, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. ἔξελθε καὶ ἀναχώρησον ἀπὸ τοῦ σφραγισθέντος νεολέκτου στρατιώτου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. κατ' ἐκείνου γάρ σε ὁρκίζω, τοῦ περιπατοῦντος ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων, τοῦ ποιοῦντος τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πῦρ φλέγον.

Ἐκχοῖ.

INcrepat te, diabole, qui advenit in mundum, & habitavit in hominibus, ut homines sublata tua tyrannide liberaret qui sole obscurato, & terra commota, monumentis apertis, & sanctorum corporibus resurgentibus, in ligno de potestatibus adversariis triumphavit, qui morte mortem destruxit, & mortis imperium habentem, id est, te diabolum devicit: Exorcizo te per Deum qui vitæ lignum ostendit, & Cherubim, gladiumque flammeum & versatilem ad ejus custodiam deputavit. Corripere. Exorcizo te eoque per eum qui super maris terga quasi super aridam ambulavit, & venti procellam increpavit, a cujus aspectu exsiccantur abyssi, & a cujus comminationibus montes tabescunt. Ipse etenim tibi nunc per nos imperat, extimesce, exi, & ab hac creatura discede neque ultra revertaris, aut abscondaris in ea, vel illi occurras, aut quidquam nocte aut die, aut hora matutina, aut meridie circa illam efficias, sed in proprium tartarum ad præparatum usque diem judicii diffuge. Time Deum super Cherubim sedentem, & abyssos respicientem, quem tremunt Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Potestates, Principatus, Virtutes, Cherubim multis oculis, & Seraphim senis alis inclita: quem tremit cælum, terra, mare, & omnia quæ in eis sunt. Exi & discede a recens electo & conscripto Christi Dei nostri milite: per eum namque te exorcizo qui ambulat super pennas ventorum, & qui Angelos suos

facit flammam ignis. Exi, & discede a creatura hac cum omni potestate & Angelis tuis. Quia glorificatum est nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Exorcismus secundus.

Dominum precemur.

DEus sanctus, timendus, & gloriosus, in omnibus operibus & virtute sua incomprehensibilis & investigabilis, ille qui tibi diabole damnationis æternæ tormentum prædefinivit, per nos inutiles servos suos tibi, & omni tibi assistenti virtuti imperat, ut a recens signato in nomine Domini nostri Jesu Christi, veri Dei discedas. Adjuro ergo te nequam, & immunde, & fœtide, & abominande, & aliene spiritus, per virtutem Jesu Christi potestatem omnem in cœlo & in terra obtinentis, & dicentis surdo & mutuo dæmoni: exi ab homine, & ne ultra in eum ingrediaris. Discede, & vanam fortitudinem tuam, neque in porcos prævalescentem agnosce. Recordare ejus qui ad petitionem tuam ut in porcorum gregem ingredereris permisit. Extimesce Deum, jussu cujus super aquas terra firmata est, qui cœlum creavit, qui montes statera posuit, & valles jugo; qui arenam statuit mari terminum, & semitam tutam in aqua vehementi, qui tangit montes & fumigant, & lumine sicut vestimento induitur, qui extendit cœlum sicut pellem, & tegit aquis superiora ejus; qui fundavit terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi, qui maris aquam advocat, & eam super universæ terræ faciem effundit: exi, & ab eo qui ad sanctum baptismum præparatur, discede. Adjuro te per salutarem passionem Domini nostri Jesu Christi, & pretiosum ejus corpus & sanguinem, & per tremendum ejus adventum; veniet enim & non tardabit, universam terram, & te, & conjuratam tecum potestatem judicans, ignis gehenna damnabit & in tenebras exteriores ubi vermis non dormit, neque ignis extinguitur, tradet. Quia Christi Dei nostri est potestas, cum Patre, & Sancto Spiritu: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Exorcismus tertius.

Dominum precemur.

DOmine Sabaoth, Deus Israel, qui omnem infirmitatem & omnem languorem sanas, respice super servum tuum: perquire, scrutare, & ab eo cuncta diaboli machinamenta abige. Increpa spiritus immundos, & ejice illos: & opera manuum tuarum expurga, & potenti tua virtute usus, sub pedibus tuis celeriter Satanam contere. Victoriam adversus diabolum, & immundos spiritus ei confer, ut misericordia a te accepta, immortalibus & cœlestibus mysteriis dignus habeatur; & gloriam tibi rependat, Patri, & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Dominum precemur.

DOminator Domine, qui hominem ad imaginem & similitudinem creasti, eique vitam æternam consequendi facultatem dedisti, deinde peccato lapsum non contempsisti, sed

ἔξελθε καὶ ἀναχώρησον ἀπὸ τοῦ πλάσματος τούτου σὺν πάσῃ τῇ δυνάμει καὶ τοῖς ἀγγέλοις σου. Ὅτι δεδόξασται τὸ ὄνομα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ἀφορκισμὸς β.

Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ο Θεὸς ὁ ἅγιος, ὁ φοβερὸς καὶ ἔνδοξος, ὁ ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις καὶ τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ ἀκατάληπτος καὶ ἀνεξιχνίαστος ὑπάρχων, αὐτὸς ὁ προορίσας σοι διάβολε τῆς αἰωνίου κολάσεως τὴν τιμωρίαν, δι' ἡμῶν τῶν ἀχρείων αὐτοῦ δούλων, κελεύει σε καὶ πάσῃ τῇ συνεργούσῃ σε δυνάμει, ἀποστῆναι ἀπὸ τοῦ νεωστὶ σφραγισθέντος ἐπ' ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ὁρκίζω οὖν σε παμπόνηρε, καὶ ἀκάθαρτε, καὶ μιαρὸν, καὶ ἐβδελυγμένον, καὶ ἀλλότριον πνεῦμα, κατὰ τῆς δυνάμεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ πᾶσαν ἐξουσίαν ἔχοντος ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, τοῦ εἰπόντος τῷ κωφῷ καὶ ἀλάλῳ δαίμονι, ἔξελθε ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου καὶ μηκέτι εἰσέλθῃς εἰς αὐτὸν, ἀναχώρησον, γνώρισον τὴν σὴν ματαίαν δύναμιν. τὴν μηδὲ χοίρων ἐξουσίαν ἔχουσαν. ὑπομνήσθητι τοῦ ἐπιτάξαντός σοι κατὰ τὴν σὴν αἴτησιν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων ἀπελθεῖν. φοβήθητι τὸν Θεὸν οὗ τῷ προστάγματι ἡ γῆ καθ' ὑδάτων ἐστήρικται, τὸν κτίσαντα τὸν οὐρανὸν, καὶ στήσαντα τὰ ὄρη σταθμῷ, καὶ τὰς νάπας ζυγῷ, καὶ θέντα ἄμμον θαλάσσῃ ὅριον, καὶ ἐν ὕδατι σφοδρῷ τρίβον ἀσφαλῆ. τὸν ἁπτόμενον τῶν ὀρέων καὶ καπνίζονται, τὸν ἀναβαλλόμενον φῶς ὡς ἱμάτιον, τὸν ἐκτείναντα τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν, τὸν στεγάζοντα ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ, τὸν θεμελιώσαντα τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς, οὐ κλιθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, τὸν προσκαλούμενον τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκχέοντα αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. ἔξελθε καὶ ἀναχώρησον ἀπὸ τοῦ πρὸς τὸ ἅγιον φώτισμα ἑτοιμαζομένου. ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ σωτηριώδους πάθους τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ τιμίου αὐτοῦ σώματος καὶ αἵματος, καὶ κατὰ τῆς ἐλεύσεως αὐτοῦ τῆς φοβερᾶς. ἥξει γὰρ καὶ οὐ χρονιεῖ, κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ σὲ καὶ τὴν συνεργόν σου δύναμιν κολάσει εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, παραδοὺς εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὅπου ὁ σκώληξ ὁ ἀκοίμητος, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. Ὅτι τὸ κράτος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, σὺν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἀφορκισμὸς γ.

Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

ΚΥριε Σαβαὼθ, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ ἰώμενος πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου. ἐκζήτησον, ἐξερεύνησον, καὶ ἀπέλασον ἀπ' αὐτοῦ πάντα τὰ ἐνεργήματα τοῦ διαβόλου, ἐπιτίμησον τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ δίωξον αὐτά· καὶ καθάρισον τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου, καὶ τῇ ὀξείᾳ σου χρησάμενος ἐνεργείᾳ, σύντριψον τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐν τάχει, καὶ δὸς αὐτῷ νίκας κατ' αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀκαθάρτων αὐτοῦ πνευμάτων· ὅπως τοῦ παρὰ σοῦ ἐλέους τυχὼν, καταξιωθῇ τῶν ἀθανάτων καὶ ἐπουρανίων σου μυστηρίων. καὶ δόξαν σοι ἀναπέμψῃ τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

11 Ο Ὢν δέσποτα Κύριε, ὁ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα σου καὶ ὁμοίωσιν, καὶ δοὺς αὐτῷ ἐξουσίαν ζωῆς αἰωνίου. εἶτα ἐκπεσόντα διὰ τῆς ἁμαρτίας μὴ παριδὼν, ἀλλ' οἰκονομήσας διὰ τῆς ἐναν-

θρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ σου τὴν σωτηρίαν τοῦ κόσμου, αὐτὸς καὶ τὸ πλάσμα σου τοῦτο λυτρωσάμενος ἐκ τῆς δουλείας τοῦ ἐχθροῦ, πρόσδεξαι εἰς τὴν βασιλείαν σου τὴν ἐπουράνιον. διάνοιξον αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας, εἰς τὸ αὐγάσαι ἐν αὐτῷ τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου σου. Σύζευξον τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἄγγελον φωτεινὸν, ῥυόμενον αὐτὸν ἀπὸ πάσης ἐπιβουλῆς τοῦ ἀντικειμένου, ἀπὸ συναντήματος πονηροῦ, ἀπὸ δαιμονίου μεσημβρινοῦ, ἀπὸ φαντασμάτων πονηρῶν.

Καὶ ἐμφυσᾷ αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς τὸ στόμα, τὸ μέτωπον, καὶ τὸ στῆθος, λέγων.

Ἐξέλασον ἀπ' αὐτοῦ, πᾶν πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτον πνεῦμα, κεκρυμμένον καὶ ἐμφωλεῦον αὐτοῦ τῇ καρδίᾳ. Καὶ λέγει τοῦτο ἐκ γ.

Πνεῦμα πλάνης, πνεῦμα πονηρίας, πνεῦμα εἰδωλολατρείας, καὶ πάσης πλεονεξίας, πνεῦμα ψεύδους, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας τῆς ἐνεργουμένης κατὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ διαβόλου· καὶ ποίησον αὐτὸν πρόβατον λογικὸν τῆς ἁγίας ποίμνης τοῦ Χριστοῦ σου, μέλος τίμιον τῆς ἐκκλησίας σου, υἱὸν καὶ κληρονόμον τῆς βασιλείας σου· ἵνα κατὰ τὰς ἐντολάς σου πολιτευσάμενος, καὶ φυλάξας τὴν σφραγίδα ἄθραυστον, καὶ διατηρήσας τὸν χιτῶνα ἀμόλυντον, τύχῃ τῆς μακαριότητος τῶν ἁγίων ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Ἐκφώνως.

Χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ. μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

12 12 Καὶ ἀποδυομένου, Καὶ ὑπολυομένου τοῦ βαπτιζομένου,

13 14 13 ἀποστρέφει αὐτὸν ὁ ἱερεὺς ἐπὶ δυσμάς. 14 Ἄνω τὰς

15 χεῖρας ἔχοντα, καὶ λέγει γ. 15 Ἀποτάσσῃ τῷ σατανᾷ.

16. Καὶ 16 πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Καὶ πᾶσι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Καὶ πάσῃ τῇ λατρείᾳ αὐτοῦ. Καὶ πάσῃ τῇ

17 πομπῇ αὐτοῦ. 17 Καὶ λέγεται ἐκ τρίτου. Καὶ ἀποκρίνεται πρὸς ἕκαστον ὁ κατηχούμενος, ἢ ὁ ἀνάδοχος αὐτοῦ, εἰ ἔστιν ὁ βαπτιζόμενος βάρβαρος, ἢ παιδίον, καὶ λέγει. Ἀποτάσσομαι. Καὶ ὅτε εἴπῃ γ. ἐρωτᾷ πάλιν ὁ ἱερεὺς τὸν βαπτιζόμενον. Ἀπετάξω τῷ σατανᾷ; Καὶ ἀποκρίνεται ὁ κατηχούμενος, ἢ ὁ ἀνάδοχος. Ἀπεταξάμην. Καὶ

18 ὅτε εἴπῃ γ. λέγει ὁ ἱερεύς. 18 Καὶ ἐμφύσησον, καὶ ἔμπτυσον αὐτῷ. Καὶ τοῦτο ποιήσαντος, στρέφει αὐτὸν ὁ

19 ἱερεὺς κατὰ ἀνατολὰς, 19 κάτω τὰς χεῖρας ἔχοντα, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἱερεύς, γ. Συντάσσῃ τῷ Χριστῷ. Καὶ ἀποκρίνεται ὁ κατηχούμενος, ἢ ὁ ἀνάδοχος λέγων. Συντάσσομαι, ἐκ τρίτου. Εἶτα πάλιν λέγει αὐτῷ ὁ ἱερεύς. Συνετάξω τῷ Χριστῷ. Καὶ ἀποκρίνεται. Συνεταξάμην.

20. Καὶ πάλιν λέγει. 20 Καὶ πιστεύεις αὐτῷ, καὶ λέγει. Πιστεύω αὐτῷ ὡς Βασιλεῖ, καὶ Θεῷ. Καὶ λέγει τό, Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν. Καὶ ὅτε πληρώσῃ τὸ ἅγιον σύμβολον λέγει πάλιν πρὸς αὐτὸν ἐκ τρίτου, τό. Συνετάξω τῷ Χριστῷ καὶ τὰ ἕτερα. Ἀποκρινομένου καθ' ἕκαστον τοῦ κατηχουμένου, ἢ τοῦ ἀναδόχου ὡς εἴρηται. Ἐρωτηθέντες δὲ τρίς, καὶ ἐκ τρίτου εἰπόντες τὸ ἅγιον σύμβολον, ἐρωτᾷ αὐτὸν ἐκ τρίτου. Συνετάξω τῷ Χριστῷ, καὶ ἀποκρίνεται Συνεταξάμην. Καὶ

21 λέγει ὁ ἱερεὺς 21 Καὶ προσκύνησον αὐτῷ. Καὶ προσκυνεῖ λέγων. Προσκυνῶ Πατέρα Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Τριάδα ὁμοούσιον καὶ ἀχώριστον. Εἶτα λέγει ὁ ἱερεύς.

per Christi tui incarnationem salutem ejus dispensasti: ipse & creaturam hanc tuam ab inimici servitute ereptam, in cœleste tuum regnum suscipe. Mentis ejus oculos ut in illis Evangelii tui splendor illuceat, aperi. Angelum lucidum ab omnibus adversarii insidiis, ab occursu malo, a dæmonio meridiano, a cogitationibus malignis eum liberantem, ejus vitæ consocia.

Et insufflat Sacerdos in os, in frontem, & in pectus pueri, dicens,

Malignum omnem & immundum spiritum absconditum, & sedem quasi nidum in ejus corde sibi reservantem, ab eo expelle. *Hocque ter repetit.*

Spiritum erroris, spiritum nequitiæ, spiritum idololatriæ, & omnis avaritiæ, spiritum mendacii & omnis immunditiæ, instinctu diaboli inspiratæ. Fac sanctæ Christi tui caulæ rationalem ovem, Ecclesiæ tuæ membrum, filium & hæredem regni tui: ut secundum præcepta tua conversatus, sigillo intemerato semper custodito, & veste pura servata, beatitudinem sanctorum in tuo regno consequatur.

Exclamando.

Gratia, & misericordiis, & humanitate unigeniti Filii tui: cum quo benedictus es cum sanctissimo, & bono, & vivifico tuo Spiritu: nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et exutum, discalceatumque baptizandum convertit Sacerdos ad Occidentem, manus in altum protendentem, & ait ter: Abrenuncias Satanæ, & omnibus operibus ejus? Et omnibus Angelis ejus? Et omni pompæ ejus? Et omni cultui ejus? *Hocque ter dicitur. Et ad interrogata singula, Catechumenus aut susceptor ejus, si fuerit ille barbarus aut puer, respondet:* Abrenuncio. *Et cum ter hoc dixerit: interrogat rursum Sacerdos baptizandum.* Abrenunciasti Satanæ? *Et respondet Catechumenus, aut susceptor:* Abrenunciavi. *Et cum hoc ter dixerit, ait Sacerdos:* Insuffla igitur, & expue in illum. *Et hoc illo faciente, vertit illum Sacerdos ad Orientem, demissas habentem manus: & dicit ei Sacerdos usque tertio.* Conjungeris Christo? *Et respondet Catechumenus vel susceptor, dicens etiam ter:* Conjungor. *Deinde rursum dicit ei Sacerdos:* Conjunctus es Christo? *Et respondet,* Sum conjunctus. *Et iterum ait:* Et credis in eum? *& dicit:* Credo in illum, ut Deum & Regem meum: *& dicit,* Credo in unum Deum, &c. *Et cum sacrum Symbolum absolverit: ter rursum ei dicit,* Conjunctus es Christo? *& cætera. Respondente ad interrogata singula Catechumeno, aut susceptore, ut dictum est. Interrogato vero usque tertio, & tertio etiam sacrum Symbolum recitante, tertio tandem interrogat.* Christo conjunctus es? *& respondet,* Conjunctus sum. *& dicit Sacerdos,* Adora ergo illum. *& adorat dicens:* Veneror Patrem, & Filium & Sanctum Spiritum: consubstantialem & individuam Trinitatem. *Deinde dicit Sacerdos.*

Benedictus Deus, qui omnes homines vult salvari, & ad agnitionem veritatis venire: nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

Tum dicit hanc orationem.

Dominum precemur.

DOminator Domine Deus noster, famulum tuum hunc ad N. sanctam illuminationem tuam advoca, & ingentem illum gratiam sancti tui baptismatis illi confer: exue illum vetustate, & in vitam æternam illum innova. Sancta tua virtute illum reple, atque illum Christo tuo conjunge: ut non amplius carnis filius, sed tui regni filius appareat. Placito & gratia unigenici Filii tui, cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & vivifico tuo Spiritu: nunc, & semper, & in sæcula seculorum. Amen.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ πάσας ἀνθρώπους θέλων σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα λέγει πάλιν ἀκόλουθον τοῦτο.

Τὸν Κύριον δεηθῶμεν.

ΔΕσποτα Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν προσκάλεσαι τὸν δοῦλόν σου, τοῦτον, ὡρὸς τὸ ἅγιόν σου φώτισμα, καὶ καταξίωσον αὐτὸν, τῆς μεγάλης ταύτης χάριτος. καὶ ἁγίασον βαπτίσματος. Κατάδυσον αὐτῷ τὸν παλαιὸν πάντα, καὶ ἀνακαίνισον αὐτὸν, εἰς τὸν ζωὴν τοῦ αἰῶνος. καὶ πλήρωσον αὐτὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος δυνάμεως εἰς ἕνωσιν τοῦ Χριστοῦ σου, ἵνα μηκέτι τέκνον σώματος ᾖ ἀλλὰ τέκνον τῆς σῆς βασιλείας. Εὐδοκίᾳ καὶ χάριτι τοῦ Μονογενοῦς σου Υἱοῦ μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

In Orationem ad faciendum Catechumenum.

a Τὸ ἱερατικὸν ζεῦγος.) Cryptof. Falaficæ legit: ἀπολύσω αὐτὸν ἵνα ποιῇ κατὰ ἀκριβείαν, καὶ ἁμάρτων αὐτὸς φῶς, ἀφῶ ἐξ τὸ μέτωπον, & τὸ εὐαγγέλιον ἐπ' αὐτοῦ τῇ χειρὶ, λέγει ἡ ἀγία πίστις· Exaudi (Sacerdos) illum, (puerum) ad Orientem flantem: & insufflans in eum ter signat frontem & oculos: & imponens ei manum, dicit orationem istam. Cryptofer. Beffarionis: ἀπολύω αὐτὸν, καὶ ἀκούσῃ, καὶ ἔσται καὶ ἀκριβείας, καὶ ἁμαρτὼν αὐτὸν τοῦτον ἀφορίζει τὸ μέτωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ τοῦτον τῇ χειρὶ, λέγει ἡ ἁγία πίστις· Exaudi, & insufflans illum, & ad Orientem flantis, & insufflans in eum ter, frontem ejus signat, os quoque, & pectus; & dicit ita & Barberinum S. Marci. Aliud n. 28. nostrum: ἀφορίζει ὁ ἱερεὺς τὸ μέτωπον, καὶ τὸ στόμα, καὶ τὸ στῆθος, καὶ λέγει. Signat Sacerdos frontem, & os, & pectus, & dicit.

b Ἀφορισμὸν ἀρᾶται.) Barberinum sub num. 88. habet ἀφορισμοὶ δεύτερον: & consequenter vice secundi, tertium: vice tertii, quartum notat: eo quod primam orationem absque titulo positam, exorcismi loco habuit.

c Θεὸν λέγουσα.) M S. cuncta citata titulum huic orationi præfixerunt. *Εὐχὴ ἣν ποιοῦσι κατηχούμενοι τοῦ ἁγίου βαπτίζεσθαι. Oratio ad faciendum Catechumenum illa eadem hora baptizandum.*

d Καὶ ἁγιασμὸς αὐτοῦ.) Cryptof. Beffarionis, & Barberinum S. Marci, addunt τρίτον.

e Καὶ ἀπόλουσον.) Præmittunt eadem duo M S. ἁγίασον αὐτὸν, ἁγίου.

f Τὸ βαπτίζεσθαι.) Addit Cryptof. Beffarionis. ἐν μετανοίᾳ.

g Ἀναστήσῃ.) Cryptof. Beffarionis τρέχει.

h Ἀκούσῃ τῆς Σατανᾶ.) Cryptoferr. Falaficæ. ὁ φεῦ τὸ ἄχαν βάπτισμα ὑπαγορεύσουσι καταδίκαν τὰ αὐτοῦ, *Præparatus ad Baptismum renunciat Satanæ.*

i Ἡ ἀνάδοχος αὐτοῦ.) Idem Falaficæ codex. καὶ ὑποκρίνεται εἰ ἀνάδοχος· πεποίθαμεν. *Et respondent Susceptores.* Abrenunciat. Plures ponit patrinos, eo quod sit codex Græcorum inter Latinos degentium: apud quos unius baptizandi, plures fuerunt aliquando patrini.

k Καὶ λέγει.) Cryptof. Beffarionis. *ἐκ τρίτου.*

l Καὶ ὅτε ἔφυσε.) Cryptof. Beffarionis legit: καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐποίησε: cui addit Barberinum S. Marci, τρὶς ἐποίησε λέγων.

m Ἀκούσῃ τῆς σατανᾶ.) Interrogationem hanc Cryptof. Falaficæ ponit in tertia persona κατηχήσεως: sermo enim fit ad susceptores pro infante. Barberinum vero in plurali ad Catechumenos semper habitum demonstrat. ἀκούσεσθε τῆς σατανᾶ; ἀποταξόμεθα, λέγει ἀποταξόμεθα. καὶ πάλιν ἀπορεῖ· ἐμφυσήσωμεν αὐτῷ; καὶ φησὶν ἀνοῖξ ἐπὶ ἀνατολὰς. Abrenunciatis Satanæ? *Et respondet unus*, Abrenunciavimus. *Et dicit Sacerdos.* Insufflate illum. *Et convertit eos ad Orientem.*

n Καὶ ἐμφυσᾷ.) Deest in Cryptoferr. Beffarionis.

o Ἐμφύσησον.) Idem πνεῦσον.

p Σφράγισον αὐτὸν ὁ ἱερεύς.) Idem, ἐπὶ αὐτὸν σταυρὸν.

q Καὶ λέγει αὐτῷ.) Horum omnium vice, usque ad καὶ ὅτε πλησίον: idem Cryptof. & Barberinus S. Marci legunt καὶ λέγει τρὶς τὸ σταυρόσημα τοῦ Χριστοῦ, καὶ, Ἰδοὺ σὲ ἐκ Θεοῦ κατασημάνομαι, ἀποταξάμενός σοι δεινὲ τὸ κατηγορικόν, ἐπὶ ἀνατολὰς οὐ ἱερεύς.

r Καὶ ὅτε πλησίον, &c.) Idem Cryptoferr. ὅτε πλησίον τὸ τρίτον ἔμφυσῆ δίκαιε ἐβαπτίζομεν τοῦ λοιποῦ σφαγῆς, καὶ ἀναιρέσεως· συνεπλήρωσε. *Et cum ter hoc completuerit, baptizandum rursum tertio*, Sacerdos interrogat. Adjunctus est? *Et respondet*, Adjunctus sum.

s Καὶ φησὶν αὐτῷ.) Codex idem. καὶ ἐπὶ τίνα στρέψει λέγει ὁ ἱερεύς. φησὶν αὐτῷ, καὶ ἔστω ἐπὶ ἀνατολὰς· δίκαιος, καὶ εἶδε. *Et cum ter diverit*: dicit Sacerdos. Adora illum. *Atque ita subjungit orationem dicens*, Dominator, &c.

Catechismus prout antiquo more ad Baptizandos feria sexta in Parasceve habebatur, ex Barberino M S. Sancti Marci.

Ἀπόταξις καὶ συντάξις γενομένη ὑπὸ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ τοῦ Πάσχα, συναγομένων πάντων τῶν κατηχουμένων ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ.

Renunciatio & cooptatio a Patriarcha facta sancta Parasceve ante Pascha, congregatis Catechumenis in sanctissima Ecclesia.

ΕΡχεται ὁ Ἀρχιεπίσκοπος περὶ ὥραν ἕκτην, καὶ ἀναβαίνει ἐν τῷ ἄμβωνι· καὶ μετὰ τὸ εἶπεῖν τὸν Ἀρχιδιάκονον· Πρόσχωμεν· λέγει αὐτοῖς· Εἰρήνη πᾶσι. Καὶ λέγει ὁ Ἀρχιερεὺς σκοπὸς τῆς κατηχήσεως. Σήμερον μὴ φόβου, ἀγοραφοῦσθε· ἀποδύσασθε, καὶ ὑποδύσασθε. Καὶ τὰς γνώμονας, ἀπαρχεῖται τῆς κατηχήσεως λέγων ὅτι· Τέτο τὸ τέρας τῆς ὑμετέρας κατηχήσεως ἐστὶν· τῆς ἀπολυτρώσεως ὑμῶν καιρὸς. σημεῖον μέλλετε τῷ Χριστῷ τὴν πίστιν ἐκτίθεσθαι γραμμάτιον· χάρτης, καὶ μελάνη καὶ κάλαμος γίνεται ἡμῖν ἡ συνείδησις, καὶ ἡ γλῶσσα, καὶ τὸ χεῖλος. Βλέπετε ὅπως τὴν ὁμολογίαν χαρτογραφήσετε· μὴ ἀσχήμονες, ἵνα μὴ μιξοδεύσητε, οἱ μέλλοντες ἀποθνήσκειν διατίθενται, καὶ γράφουσι τοῖς ὑπαρχόντων αὐτοῖς ἄλλον κληρονόμον· καὶ ὑμεῖς μέλλετε ἀφιέναι ἐν τῷ κτίστῃ ἀποθνήσκειν τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὸν διάβολον, καὶ τὰ σπουδαῖα ἀποτάξεσθαι, καὶ γράφειν τὴν κληρονομίαν τὴν ἁμαρτίαν τῷ διαβόλῳ, ἵνα ἀφῆτε αὐτῷ τὰς ἁμαρτίας, ἃς παῤῥάβατε κληρονομίαν. Εἴ τις οὖν ὑμῶν ἔχει τι τῷ διαβόλῳ ἐν τῇ ψυχῇ, προγραψάτω αὐτῷ ὁ ἀποθανών, καὶ ἔστι τὸ διαβόλου ἐν τῇ ψυχῇ καὶ ὑμῶν μηδεὶς ἐχέτω τι τῷ διαβόλῳ ἐν τῇ ψυχῇ, ἵνα ἀπὸ τοῦ ἐσώτατα ἄνω πέμψητε τὰς χεῖρας, ὡς παραγγέλλω, ἐρῶ καὶ ὑμῖν, μηδεὶς ἐχθρὸν κατεχέτω, μηδεὶς ὀργὴν φυλαττέτω, μηδεὶς μὴ δόλῳ σκώπτω, μηδεὶς μὴ ὑποκρίσεως ἀκούσῃ· προσείπατε τῷ διαβόλῳ πᾶσαν ἐπαρχίαν, καὶ περίοδόν μου κακίας, ὡς αἰχμάλωτον σπάσατε· πάντες δὲ ὑμᾶς ὁ Χριστὸς ὀμορχίζει. ἕκαστος ὑμῶν ὡς βλέπων καὶ μισῶν τὸν διάβολον, ἵνα αὐτῷ ἐμφυσήσῃ. εἰσέλθετε εἰς τὰς συνειδήσεις ὑμῶν, ἐρευνήσατε τὰς καρδίας ὑμῶν, βλέπετε τί ἕκαστος ἔκαιτιᾶται· εἴ τι δὲ συμπλέκεται ἐν ὑμῖν μὴ ἐκφυσήσατε· μηδεὶς ἔχοι ὑποκρίσεως ὑπόκρισιν, μηδεὶς περὶ τὸ μυστήριον ἀμφιβαλλέτω. Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐρεύνα τὰς καρδίας ὑμῶν, ῥομφαίρας ὢν παρὰ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. Νῦν ἔγκειται τὰς δυσμὰς ὁ διάβολος, ζήτησον τὰς ὁδόντας, σκώληκον τὰς κόμας, κρύπτε τὰς χεῖρας, δάκνων τὰ χείλη, μειλιῶσι, θρήνων τὴν ἑαυτοῦ ἐρημίαν, ἀπιέναι ἐπὶ τὴν ὑμετέραν ἐλθυσίαν. Διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς ἵστησιν ὑμᾶς κατέναντι αὐτοῦ, ἵνα ἀποταξάμενοι αὐτῷ καὶ ἐμφυσήσαντες αὐτῷ τὸν κατ' αὐτοῦ ἀναλάβητε πόλεμον· ἐπὶ τὰς δυσμὰς ἔγκειται ὁ διάβολος, ὅπου ἡ ἀρχὴ τοῦ σκότους· ἀποτάσσεται αὐτῷ, καὶ ἐμφυσᾶτε· εἶτα στρέφεσθε ἐπὶ ἀνατολὰς καὶ συντάσσεσθε τῷ Χριστῷ. Μὴ τις ἔτι καταφρονήσῃ· μὴ φόβου σπάσατε. πάσης φοβερὰ τὰ παρόντα, καὶ φευκτά· πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν ἐκπλήττεσθε παρεστῶσιν· πάντες ἄγγελοι καὶ Ἀρχάγγελοι ἀοράτως ὑμᾶς

visibiliter scribunt ; inclinant e cœlis Cherubim & Seraphim , vestra pacta pollicitaque suscepturi , & Domino illa præsentaturi . Videte itaque quomodo diabolo renunciatis , & rerum omnium opifici adhæretis . *Postmodum vero dicit illis* . Convertamini in Occidentem , protensis in altum manibus : quod dico ego , & vos pariter dicite : Renuncio Satanæ , & omnibus operibus ejus , & omni cultui ejus , & omnibus Angelis ejus , & omni pompæ ejus : *Hæc autem ter dicit ; illique cuncti respondent . Deinde interrogat illos:* Renunciastis Satanæ ? *Dicunt ei* : Renunciavimus . *Dicit eis* : Insufflate in eum . *Mox dicit eis* : Convertamini in Orientem demissas habentes manus : state cum tremore : quod ego dico , & vos dicite : Et conjungor Christo . Et , Credo in unum Deum , Patrem omnipotentem , factorem cœli & terræ : visibilium omnium , & invisibilium : *&* *reliqua , usque ad finem . Hæc omnibus respondentibus , ter dicit . Et interrogat eos:* Christo conjuncti estis ? *Et dicunt* : Conjuncti sumus . *Hæc ter interrogat . Et post hæc dicit eis* . Adorate illum . *Et omnibus illis adorantibus ; facit orationem , dicens* . Benedictus Deus , qui vult omnes homines salvari , & ad agnitionem veritatis venire : nunc & semper , & in sæcula sæculorum . *Et iterum dicit illis* : Ecce renunciastis diabolo , & Christo conjuncti estis . Completæ sunt tabulæ , & Christus in cœlis illas tenet . Respicite pacta . Tabulas vobis has custodite , in die namque judicii publice sunt proferendæ . Ne circa summam totam aberretis , de qua fœnus etiam exigetur . Videte ne erubescatis in Christi timendo & horrendo tribunali , ubi cunctæ cælorum virtutes moventur , & omnis hominum natura judicanda adstat , Angelorum myriades , Archangelorum exercitus , supernarum virtutum ordines ibi adsunt : cum fluvius igneus , vermis perpetuus , & tenebræ exteriores instant : tunc tabulæ tuæ legendæ sunt . Si misericors fueris & humanus , tunc patronos habebis quos misericordia tua sublevaveris : si vero inhumanus , & parcus , immisericors , & contumeliosus , & in eos qui numquam offenderunt , calumniator : tunc aderit tibi diabolus , accusaturus te , & dicturus : Domine , verbo quidem hic renunciavit , opere vero servus meus factus est . Hinc Angeli suspirabunt , & super te judi cuncti lachrymabuntur : finis autem gravis est , & quod dicitur . Si quisquam in periculum præsenti tempore inciderit , protectores invenit , aut amicos interpellat , aut a consanguineis adjuvatur , aut pecuniis liberatur . Ibi vero nihil tale fit . Non pater auxiliatur , mater pietate non movetur ; non concurrunt fratres , neque præsto sunt amici : sed nudus est omnis homo , solus , & destitutus : ab operibus propriis aut adjutus aut condemnatus abit . Frater non redimit , redimet homo ? Attendite itaque & securitati vestræ providete : diabolo renunciastis , ad finem usque ipsum oderitis . Christo adjuncti estis : ad extremum usque spiritum gloriam illi reddite : post hanc sanctæ fidei professionem ad Dominum pergite . Ne fluctuetis in fide . Misereamini pauperis , ne afflictos contemnatis , ne aliena rapiatis , ne innocentes calumniis opprimatis , ne vanos sermones excipiatis : Sacerdotes nostros propugnate , vitam vestram omni tempore custodite .

Non refugi , quia vobis quæ sunt utilia annunciarem : qua ratione sint observanda tenetis : utilia namque proposui , ne forte superveniens vindicta animam e populo rapiat . Observat namque verba vestra , cogitationem , sensum , motum , actionem inimicus : sed & vos securitati vestræ hoc pacto providete : ut nihil mali adversum vos proferente inimico in tremendi judicii die , Christi tribunali cum fiducia adstemus : & desideratam illam & beatam vocem audiamus : Venite benedicti Patris mei , hæreditate accipite præparatum vobis regnum a constitutione mundi . Ipsi convenit omnis gloria , honor , & adoratio : Patri , & Filio , & Sancto Spiritui .

πέρας φωνὰς ἀπογράφουσι , τὰ Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ νεύει ἐκ τῶν οὐρανῶν παρακύπτουσιν , ἵνα δέξωνται ὑμῶν τὰς συνθήκας , καὶ προσκομίσωσι τῷ δεσπότῃ . Βλέπετε ἕως πῶς καὶ τοῦ ἐχθροῦ ἀποτάσσεσθε , καὶ τῷ δημιουργῷ συντάσσεσθε . Καὶ μετὰ τοῦτο λέγει αὐτοῖς . Στράφητε ἐπὶ τὰς δυσμὰς , ἄνω τὰς χεῖρας ἔχοντες · ὃ λέγω , τοῦτο καὶ ὑμεῖς λέγετε . Ἀποτάσσομαι τῷ σατανᾷ , καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ , καὶ πάσῃ τῇ λατρείᾳ αὐτοῦ , καὶ πᾶσι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ , καὶ πάσῃ τῇ πομπῇ αὐτοῦ . Καὶ τοῦτο λέγει τρὶς , πάντων ἀποκρινομένων . Εἶτα ἐρωτᾷ αὐτούς . Ἀπετάξασθε τῷ σατανᾷ ; Λέγουσιν αὐτῷ . Ἀπεταξάμεθα . Λέγει αὐτοῖς . Ἐμφυσήσατε αὐτῷ . Εἶτα πάλιν λέγει αὐτοῖς . Στράφητε ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς κάτω τὰς χεῖρας ὑμῶν ἔχοντες . μετὰ φόβου στῆτε . ὃ λέγω τοῦτο , καὶ ὑμεῖς λέγετε . Καὶ συντάσσομαι τῷ Χριστῷ . καὶ πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν παντοκράτορα ποιητὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ὁρατῶν τε , καὶ ἀοράτων . καὶ τὰ ἑξῆς μέχρι τῆς συμπληρώσεως . Τοῦτο τρὶς λέγει πάντων ἀποκρινομένων . καὶ ἐρωτᾷ αὐτούς . Συνετάξασθε τῷ Χριστῷ ; καὶ λέγουσι Συνεταξάμεθα . Τοῦτο τρὶς ἐπερωτᾷ . Καὶ μετὰ τοῦτο λέγει αὐτοῖς . Προσκυνήσατε αὐτῷ . Καὶ πάντων προσκυνούντων , ποιεῖ εὐχὴν λέγων . Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς , ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι , καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν . νῦν καὶ ἀεὶ , καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων . Καὶ λέγει αὐτοῖς πάλιν . Ἰδοὺ ἀπετάξασθε τῷ διαβόλῳ , καὶ συνετάξασθε τῷ Χριστῷ . τὸ γραμματεῖον ἐπληρώθη . ὁ Δεσπότης αὐτὸ ἐν οὐρανοῖς κατέχει . Βλέπετε τὰς συνθήκας . φυλάξατε τοῦτο ὑμεῖς , ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως προφέρεται γραμματεῖον . μὴ ἀστοχήσετε περὶ τὸ κεφάλαιον , περὶ ὃ καὶ τοὺς τόκους εἰσπραχθήσεσθε . Βλέπετε μὴ αἰσχυνθῆτε ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ φρικτοῦ βήματος ἐκείνου ἡνίκα πᾶσαι τῶν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις σαλεύονται , καὶ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις κρινομένη παρίσταται , ἀγγέλων μυριάδες , Ἀρχαγγέλων στρατόπεδα , τῶν ἄνω δυνάμεων τὰ τάγματα , ὅτε ὁ ποταμὸς τοῦ πυρὸς , καὶ ὁ σκώληξ ὁ ἀκοίμητος , καὶ τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον . τότε σου ἀναγνωσθῆναι ἔχει τὸ χειρόγραφον . ἐὰν γὰρ ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος , εὐθὺς συνηγόρους ἕξεις τοὺς ἐλεηθέντας . ἐὰν δὲ γὰρ ἀπάνθρωπος , καὶ φειδωλὸς , ἀνελεὴς , καὶ λοίδορος , συκοφαντῶν τοὺς σὲ μὴ ἠδικηκότας · τότε παρίσταταί σοι ὁ διάβολος κατηγορῶν , καὶ λέγων . Δέσποτα οὗτος λόγῳ μὲν ἀπετάξατο , ἔργῳ δὲ ὑπηρέτης ἐμός . καὶ λοιπὸν στενάζουσι μὲν ἄγγελοι , δακρύουσι ἐπὶ σὲ πάντες οἱ δίκαιοι . Τὸ δὲ τέλος βαρὺ καὶ τὸ λεγόμενον . Ἐάν τις ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἐμπέσῃ εἰς κίνδυνον , ἢ προστάτας εὑρίσκει , ἢ φίλους παρακαλεῖ , ἢ παρὰ συγγενῶν βοηθεῖται , ἢ διὰ χρημάτων ἐλευθεροῦται . ἐκεῖ δὲ τοιοῦτον οὐδέν . οὐ πατὴρ βοηθῶν , οὐ μήτηρ σπλαγχνιζομένη , οὐκ ἀδελφοὶ περιτρέχοντες , οὐ φίλοι συνεδρεύοντες . ἀλλὰ πᾶς ἄνθρωπος γυμνὸς , καὶ μόνος , καὶ ἀπεξενωμένος , ὑπὸ ἰδίων ἔργων , ἢ βοηθούμενος , ἢ κατακρινόμενος . ἀδελφὸς γὰρ οὐ λυτροῦται , λυτρώσεται ἄνθρωπος ; βλέπετε οὖν ἀσφαλίσασθε ἑαυτούς . ἀπετάξασθε τῷ διαβόλῳ ; μέχρι τέλους αὐτὸν μισήσατε . συνετάξασθε τῷ Χριστῷ ; μέχρι ἐσχάτης ἀναπνοῆς αὐτὸν δοξολογήσατε . μετὰ ταύτης ὀρθοδόξου τῆς ὁμολογίας πρὸς τὸν δεσπότην Θεὸν ἀποδημήσατε . μὴ ναυαγήσατε περὶ τὴν πίστιν . ἐλεήσατε πτωχὰ , μὴ ὑπερίδητε ἀδικουμένους , μὴ ἁρπάσητε τὰ ἀλλότρια , μὴ συκοφαντήσητε τοὺς ἀθώους , ἀκοὴν ματαίαν μὴ παραδέχεσθε . ὑπερμαχεῖτε τῶν ἱερέων ἡμῶν , τὴν ἑαυτῶν ζωὴν ἐν παντὶ καιρῷ ἀσφαλίζεσθε .

Οὐδὲν ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ εἰπεῖν ὑμῖν τὰ συμφέροντα · ὑμεῖς λοιπὸν , οἴδατε τὸ , πῶς φυλάξητε . ἐγὼ γὰρ προεῖπον ὑμῖν τὰ συμφέροντα , μή ποτε ἐπελθοῦσα ῥομφαία λάβῃ ψυχὴν ἐκ τοῦ λαοῦ . ἐντηρεῖ γὰρ ὑμῶν ὁ ἐχθρὸς καὶ ῥήματα , καὶ ἐνθύμημα , καὶ ἔννοιαν , καὶ κίνημα , καὶ πρᾶξιν · ἀλλ' ὑμεῖς , οὕτως ἑαυτοὺς ἀσφαλίσασθε , ἵνα τοῦ ἐξ ἐναντίας μηδὲν ἔχοντος λέγειν περὶ ὑμῶν φαῦλον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς φοβερᾶς κρίσεως παραστῶμεν τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ ἀκαταισχύντως ; καὶ ἀκούσωμεν παρ' αὐτοῦ τὴν ποθεινὴν ἐκείνην καὶ μακαρίαν φωνήν . Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου , κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου · αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα , τιμὴ , καὶ προσκύνησις τῷ πατρὶ , καὶ τῷ υἱῷ , καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι .

Καὶ μετὰ τὸ , ἀμὴν , λέγει αὐτοῖς . Ἄνω τὰς χεῖρας ὑμῶν . Ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης , τῆς καταστάσεως , εὐσταθείας , καὶ τῆς τῶν πάντων ἀναπαύσεως εἴπωμεν · τὸ , Κύριε ἐλέησον . Ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων , παντὸς τοῦ παλατίου , καὶ τοῦ στρατοπέδου αὐτῶν , καὶ τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ , εἴπωμεν . Κύριε ἐλέησον . Ὑπὲρ τῆς ἀπολυτρώσεως τῶν ψυχῶν ἡμῶν , εἴπωμεν . Κύριε ἐλέησον . Ὑπὲρ τοῦ συντριβῆναι τὸν σατανᾶν ἐν τάχει ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν , καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀνώμαλον φυλαχθῆναι τὴν πόλιν ἡμῶν , εἴπωμεν . Κύριε ἐλέησον . Καὶ σφραγίζει τὸν λαὸν κατὰ τὸ ἔθος ὁ Ἀρχιεπίσκοπος , καὶ ποιεῖ τὴν εὐχὴν ταύτην .

Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις , καὶ σοὶ τὴν δόξαν .

Καὶ μετὰ τὸ ἀμὴν , λέγει . Ἐκδύσασθε , καὶ ὑπολύσασθε . καὶ κατέρχεται ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ · καὶ ποιεῖ εὐχὴν εἰς τοὺς πρὸς τὸ ἅγιον βάπτισμα εὐτρεπιζομένους κατὰ τὸ ἔθος ποιοῦντος εὐχὴν τοῦ Διακόνου . ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν ταύτην μὴ λέγων τὴν συνήθη ἐκφώνησιν ἐν τῷ τέλει τῆς εὐχῆς .

Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς προσκάλεσαι τοὺς δούλους σου πρὸς τὸ ἅγιόν σου φώτισμα , καὶ καταξίωσον αὐτοὺς τῆς μεγάλης ταύτης χάριτος . Ἀπόδυσον αὐτοὺς τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον , καὶ ἀναγέννησον αὐτοὺς εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον · καὶ πλήρωσον αὐτοὺς τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματός σου δυνάμεως εἰς ἕνωσιν τοῦ Χριστοῦ σου . ἵνα μηκέτι τέκνα σώματος ὦσιν , ἀλλὰ τέκνα τῆς σῆς βασιλείας .

Καὶ πληροῖ τὴν εὐχὴν τῶν φωτιζομένων , ὁ Διάκονος ἀντὶ τοῦ κλίνατε τὰς κεφαλὰς λέγει . Ὅσοι πρὸς τὸ φώτισμα . προσέλθετε τῇ χειροθεσίᾳ , καὶ εὐλογεῖσθε . Καὶ πάντας χειροθετεῖ ὁ ἱερεὺς ἄνδρας τε , καὶ γυναῖκας . εἰσέρχεται πάλιν ἐγγὺς τῆς ἁγίας τραπέζης , καὶ ἐκφωνεῖ . Ὅτι σὺ εἶ ὁ φωτισμὸς ἡμῶν καὶ σοὶ τὴν δόξαν .

Εἶτα λέγει ὁ ἱερεὺς . Εἰρήνη πᾶσι . καὶ τοῦ Διακόνου λέγοντος . Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνατε . Ἐπεύχεται ὁ ἱερεύς . Ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ ἡμῶν , ὁ πάντας θέλων σωθῆναι , καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν , λάμψον φῶς γνώσεως ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν , καὶ τῶν πρὸς τὸ ἅγιον φώτισμα εὐτρεπιζομένων · καὶ ἀξίωσον αὐτοὺς τῆς ἀθανάτου σου δωρεᾶς , καὶ ἕνωσον αὐτοὺς τῇ ἁγίᾳ σου καθολικῇ ἐκκλησίᾳ . σὺ γὰρ εἶ ὁ ἐλεῶν , καὶ σώζων ἡμᾶς . καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν .

Et responso Amen , dicit eis : Sursum habete manus . Pro universo orbe , ordine , bono statu , & omnium quiete dicamus . Domine miserere .
Pro piissimis nostris Imperatoribus , omni palatio , & exercitu eorum , & Christo amabili populo : dicamus , Domine miserere . Pro animarum nostrarum redemptione , dicamus , Domine miserere . Ut cito conteratur Satanas sub pedibus nostris , & ut incolumis civitas nostra conservetur , dicamus , Domine miserere . *Tum populum de more cruce signat Patriarcha , & orationem hanc facit :*

Quia misericors & benignus Deus existis , & tibi gloriam rependimus .

Et responso Amen , dicit : Induite , & calceate vos . *Et ad altare progreditur : & orationem pro dispositis ad baptismum habet , Diacono faciente ut moris est supplicationem . Tum Sacerdos orationem hanc recitat , nec in ejus finem exclamationem ullam pronunciat .*

Dominator Domine Deus , servos tuos ad sanctam tuam illuminationem advoca , & gratia ista magna , dignos illos ostende : in vitam æternam exuta vetustate illos regenera ; & Sancti tui Spiritus virtute , ad Christi tui laudem illos reple : ut corporis filii nequaquam existant , sed regni tui filii .

Et baptizandorum oratione completa , Diaconus vice capita sua justa inclinandi (id est loco hujus , Capita Domino inclinate) dicit : Quotquot ad baptismum estis dispositi , ad manuum impositionem accedite , & benedictionem accipite : *Et omnibus singulis , viris & mulieribus imponens Sacerdos , rursus ad sanctam mensam regreditur , & exclamat* : Quia tu es illuminatio nostra &c.

Deinde Sacerdos dicit : Pax omnibus . *Et Diacono dicente* , Capita vestra Domino inclinate . *Sacerdos precatur* : Deus Pater noster , qui omnes vis salvari , & ad agnitionem veritatis venire : cognitionis tuæ lumen in nostris & eorum qui ad baptismum sunt dispositi , cordibus infunde , & immortalis tui doni dignos illos redde : & Ecclesiæ tuæ sanctæ Catholicæ illos aggrega . Tuum enim est misereri , & salvare nos , & tibi gloriam rependimus .

Ordo & Catechismus Proselyto ex Hebræis ad Christianam fidem recipiendo faciendus. E Regiis, num. 43. Allatiano, & Cryptoferratensi Ms. excerptus.

Ordo servandus circa eos qui ex Hebræis ad Christianam fidem accedunt: vel, qua ratione recipere conveniat eos qui ex Hebræis ad Christianorum, &c.

Præsteri illum oportet, & verbis omnem Hebræorum gentem subsannare: & exinde declinare, qui ex toto corde, & fide sincera cum Christianis versari voluit. Tum manifeste in Ecclesia omni Judaicæ superstitioni renunciare, Sacerdote videlicet dicente, & ipso ad verbum repetente, aut certe ejus susceptore, si puer ipse fuerit. Renunciatio vero est ejusmodi: Renuncio omni Hebræorum consuetudini, & ritibus, & legalibus, & azymis, & agni immolationi, & tubis, & tabernaculorum festo, & reliquis omnibus Hebræorum festis, & hostiis, & orationibus, & aspersionibus, & purificationibus, & sanctificationibus, & propitiationibus, & jejuniis, & neomeniis, & Sabbatis, & superstitionibus, & cantibus, & canticis, & observationibus, & Synagogis, & cibis, & potibus Judæorum: uno verbo omni penitus Judaicæ sect-, & legali, & consuetudini, & ritui renuncio: & super omnia, illi qui in Christi figura & habitu ab omnibus Judæis expectatur, Antichristo renuncio, & vero Christo & Deo conjungor, Et credo in Patrem, & Filium, & Sanctum Spiritum: sanctam, & consubstantialem, & individuam Trinitatem: in carne pariter dispensationem, & ad hominis Dei Verbi, unius sanctæ Trinitatis personæ descensum: & quod homo vere sit factus profiteor. Animo quoque ipsum sua Deitate non excidisse, & sanctam virginem Mariam certo & vere secundum carnem eam peperisse, & Deiparam esse credo, & prædico. Et venerandam Christi crucem, & sacras Imagines credo, suscipio, veneror, & amplectior: & hoc pacto ex tota anima, & corde, & fide vera, ad Christianam fidem accedo. Sin autem doloso & ficto animo, & non ex fide integra & perfecta Christum sincere amante, sed nunc quidem me Christianum esse simulo, deinceps vero negare voluero, & ad Judaicam redire superstitionem, aut cum Judæis convivans repertus fuero, aut festum agens, aut furtim conversans, & Christianam religionem condemnans, & non potius ipsos manifeste coarguens, & vanam eorum fidem detestans: nunc quidem Cain memor, & Giezi lepra super me veniant, præter politicarum legum pœnas quibus me subjiciendum agnosco: & in futuro sæculo anathema sim & anima mea cum Satana & dæmonis collocetur.

Τάξις γινομένη ἐπὶ τῶν τῷ Ἑβραίων τὴν Χριστιανῶν πίστιν προσερχομένων Barberinum legit. Πῶς δεῖ δέχεσθαι τὸν ἐξ Ἑβραίων τὴν Χριστιανὴν, ἢ παίδευσις.

Ἐξαγορεύειν αὐτὸν χρή, ἢ διαμαρτύρεσθαι πᾶν ἔθνος Ἑβραϊκόν· κἀπειτὰ δεικνύειν πῶς ἐξ ὅλης καρδίας, ἢ πίστεως εἰλικρινοῦς Χριστιανὸς συμβιώσεται (Regii Χριστιανὸς) καὶ ἀποταξάσθαι μὲν φανερῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πάσῃ τῇ Ἰουδαϊκῇ θρησκείᾳ, τὰ ἑορτάσιμα δηλαδὴ λέγοντος, ἢ αὐτὸ ἀποκρινομένου ἢ τί γὰρ ἂν ἢ τὸ ἀναδέξασθαι αὐτὸ, εἴπερ ὑπάρχοι παιδίον· δὲ ἀποτάξις ἔστι τοιαύτη. Ἀποτάσσομαι πᾶσι τοῖς Ἑβραϊκοῖς ἔθεσι, ἢ τοῖς ἐπιτηδεύμασι ἢ τοῖς νομίμοις, ἢ τοῖς ἀζύμοις, ἢ τῇ θυσίᾳ τοῦ ἀμνοῦ, ἢ τῇ σάλπιγγι, ἢ τῇ σκηνοπηγίᾳ, ἢ τῇ λοιπῇ ἀπάσῃ ἑορτῇ τῶν Ἑβραίων, ἢ τῇ θυσίᾳ, ἢ τῇ προσφορᾷ, ἢ τοῖς ῥαντισμοῖς ἢ καθαρμοῖς, ἢ τοῖς ἁγιασμοῖς, ἢ τοῖς ἱλασμοῖς, ἢ τῇ νηστείᾳ, ἢ ταῖς νεομηνίαις, ἢ τοῖς σάββασι, ἢ ταῖς γοητείαις, ἢ ταῖς ἐφῳδαῖς, ἢ τοῖς περάσμασι, ἢ τοῖς φυλακτηρίοις, ἢ ταῖς συναγωγαῖς, ἢ τοῖς βρώμασι, ἢ τοῖς πόμασι τῶν Ἰουδαίων· ἢ ἁπλῶς ἀποτάσσομαι παντὶ Ἰουδαϊκῷ πράγματι, ἢ νομίμῳ, ἢ ἔθει, ἢ ἐπιτηδεύματι. ἢ ἐπὶ πᾶσιν ἀποτάσσομαι τῷ ἐν χρίσματι τῷ Χριστῷ προσδεχομένῳ ἀπὸ πάντων τῶν Ἰουδαίων Ἀντιχρίστῳ, ἢ συναίρομαι τῷ ἀληθινῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ· ἢ πιστεύω εἰς Πατέρα, Υἱὸν, ἢ Ἅγιον Πνεῦμα, τὴν ἁγίαν, ἢ ὁμοούσιον ἢ ἀχώριστον Τριάδα· ἢ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν, τὸν ὁρισθέντα ἄνθρωπον ἐπιδημίαν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὸ ἅγιον Τεκεῖν ἐκεῖ, ὁμολογῶν κατ' ἀλήθειαν αὐτὸν ἄνθρωπον γενέσθαι. πεῖθομαι μὴ ἐκστῆναι τῆς οἰκείας θεότητος, ἢ τὴν σάρκα τεκοῦσαν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν κυρίως ἢ ἀληθῶς Θεοτόκον εἶναι πιστεύω ἢ λέγω. ἢ τὸν σεβάσμιον τοῦ Χριστοῦ σταυρὸν, ἢ τὰς ἱερὰς εἰκόνας πιστεύω, ἢ δέχομαι ἢ ἀσπάζομαι· ἢ ὅπως ἐξ ὅλης ψυχῆς ἢ καρδίας, ἢ πίστεως ἀληθοῦς προσέρχομαι τῷ πίστει τῶν Χριστιανῶν. εἰ δὲ μὴ ὑποκρίσεως ἢ δόλου, ἢ ἐκ πίστεως ὁλοψύχου τὸν Χριστὸν ἐν καρδίᾳ ἀγαπῶντος· ἀλλ' ἄρτι μὲν χρηματίζω εἶναι Χριστιανὸς, ὕστερον δὲ βιάσωμαι ἀρνήσασθαι, ἢ φῶς ἢ ἰουδαϊκὴν ὑποστρέψαι πάλιν θρησκείαν, ἢ ἄρτιθῶ συνεδίοις τοῖς Ἰουδαίοις ἢ συνεορτάζων, ἢ συνομίλων λάθρᾳ, ἢ τὸν Χριστιανισμὸν βλασφήμων, ἢ μᾶλλον φανερῶς ἐλέγχω τάττων, ἢ ἀδίκως τὴν ματαίαν πίστιν αὐτῶν· πάντα μὲν ἔλθοιτο ἐπ' ἐμὲ ὁ τρόμος τῆ Καΐν, ἢ ἡ λέπρα τῷ Γιέζι, φῶς τε, ἢ ταῖς ποιναῖς τῶν πολιτικῶν· πρὸ δὲ τῶν μέλλοντα αἰῶνα εἶδον ἀνάθεμα, ἢ κατάθεμα, ἢ ἡ ψυχή ταχθείη μετὰ τοῦ σατανᾶ, ἢ τῶν δαιμόνων.

Dicit & orationem hanc pro Hebræo.

DOmine Jesu Christe, Fili Dei vivi, Agne & Pastor, sæculorum Rex, qui ad ovile ovem errantem reducis, qui peccatorem ex erroris via converteris, ipse servum tuum hunc ex adversariæ tenebris ad lumen æternum

Εἰς Ἑβραῖον λέγει ὁ τοῦ τόπου.

Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ Υἱὲ τοῦ Θεοῦ ζῶντος, ἀμνὲ ἢ ποιμὴν, βασιλεῦ τῶν αἰώνων, ὁ ἐπιστρέψας τὸ πεπλανημένον πρόβατον εἰς τὴν μάνδραν, ὁ ἐπιστρέφων ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ· αὐτὸς ἐπίστρεψον ἢ τὸν δοῦλόν σου τοῦτον ἀπὸ τῆς σκοτίας τῆς ἀντικειμένης πρὸς

converte, ex errore diaboli ad divinam cognitionem unigeniti Filii tui revoca: in side & dilectione ipsum confirma, & in Ecclesia tua gaudentem & sortem illi largire. Tu enim es Deus noster, extra te alium non novimus, nomen tuum invocamus, ut jugiter & in omnibus sis benedictus Deus noster, nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

φῶς τὸ αἰώνιον· ἀνακάλεσαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς πλάνης τοῦ διαβόλου εἰς τὴν θεογνωσίαν τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ· ἐβράιωσον αὐτὸν τῇ πίστει εἰς σὲ ἀγάπην, μεθ' ἧς καὶ ἡμῖν αὐτοῖς χαρίσασθε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ σου· σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐκτὸς σοῦ ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ἐπικαλούμεθα· ἵνα πάντοτε καὶ διὰ πάντων εἷς εὐλογημένος ὁ Θεὸς ἡμῶν· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Deest in Regiis, Cryptof. Bessarionis, oratio hæc: ad suprenum vero ordinem subjungunt hæc pauca in Allatiano non extantia.

Hæc Proselyta in Ecclesia dicente, Christianum eum facimus, id est, censemus ut Christianum nondum baptizatum, qualis sunt Christianorum filii Baptismum adhuc suscepturi. Secunda vero die Catechumenis illum annumerandus, dicentes super eum orationem, super pueris Catechumenis dicendam: & sequente alia die, exorcismorum orationibus adhuc, atque ita ordine cuncta in Baptismo prescripta exequimur.

Ταῦτα τὸν προσερχόμενον λέγοντος ἐν ἐκκλησίᾳ, ποιοῦμεν αὐτὸν Χριστιανὸν, τουτέστιν εὐαγγελισθέντα Χριστιανὸν ἀβάπτιστον, ἵνα τυγχάνοι τοῦ τῶν Χριστιανῶν παιδίου τὸ μέλλοντα βαπτίζεσθαι· τῇ δὲ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τοῖς κατηχουμένοις συναριθμοῦμεν, λέγοντες ἐπ' αὐτοῦ δηλονότι, διὰ τῶν κατηχουμένων παίδων φημὶ· ἢ τὴν ἑξῆς χώραν τοῖς τῶν ἐξορκισμῶν δηλοῦμεν εὐχαῖς, ἢ κατὰ ἀκολουθίαν ἐπιτελοῦμεν πάντα τὰ ἐπὶ τῷ βαπτίσματι νομιζόμενα.

Ad faciendum ex Ethnico Catechumenum ex Cryptoferratensi Bessarionis Manuscriptis.

Oratio ad faciendum ex Ethnico Catechumenum.

Εὐχὴ εἰς τὸ ποιῆσαι Ἕλληνα κατηχούμενον.

Ante fores Templi jubet eum genuflectere cruce ter signat, & dicit.

Ποιεῖ αὐτὸν κλῖναι τὸ γόνυ πρὸ τῆς πύλης, σφραγίζειν τρίτον, ἢ λέγει.

BEnedictus es Domine Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui ex omnibus gentibus eligis tibi abundantem populum, bonorum operum zelatorem: ne præsentem servum tuum ad sanctam Ecclesiam tuam accedentem benedic: revela oculos ejus ad mirabilium tuorum contemplationem, aperi aures ejus ad divinorum verborum tuorum obedientiam, Catechumenis populi tui illum junge; ut in tempore opportuno regenerationis indumenti incorruptibilis lavacro dignus fiat.

Εὐλογητὸς εἶ Κύριε ὁ Θεὸς, ἢ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν ἐκλεγόμενος ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων· σὺ τὸν παρόντα καὶ προσελθόντα τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ δόξαν σοι ἀπόδοσον· κατάπλησον τὰς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ πρὸς τὴν σὴν θαυμασίων σου κατανόησιν· ἀνάπτεξον αὐτοῦ τὰ ὦτα εἰς ὑπακοὴν τῶν θείων λογίων σου, σώφρονα αὐτὸν τοῖς κηρύγμασι τοῦ λαοῦ σου· ἵνα ἐν καιρῷ εὐθέτῳ καταξιωθῇ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας.

Deinde ruisus cruce illum signat, & nomen ejus inter Catechumenos scribit.

TU Domine sanctum tuum Verbum fatuerem in mundum misisti ut divinæ tuæ cognitionis luce cuncta adimpleres. Tu animam servi tui a maligno eripuisti, tu illam illumina, & in sanctificationem Christi tui adduce: & nulli maligno spiritui locum in illo habere permitte. Tu enim genetis nostri es liberator, & tibi gloriam & gratiarum actionem offerimus: Patri, & Filio, &c.

Εἶτα σφραγίσας αὐτὸν πάλιν τρίτον ἐγγράφει αὐτοῦ τὸ ὄνομα τοῖς Κατηχουμένοις.

Σὺ δέσποτα τὴν σωτηρίαν ἐξέπεμψας τῷ κόσμῳ ἐν ἁγίου σου λόγου· ἵνα πληρώσῃ πάντα τὰς θεογνωσίας σου. Σὺ ἐξέλου τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου ἐκ τοῦ πονηροῦ· σὺ δὲ φώτισον αὐτὸν, ἢ ἑτοίμασον εἰς ἁγιασμὸν τοῦ Χριστοῦ σου· μὴ συγχωρήσῃς πνεύματι τινι πονηρῷ χώραν ἐν αὐτῷ ἔχειν. Σοὶ γὰρ τὸ κράτος λατρευτὸν ἢ γένος ἡμῶν, ἢ σοὶ ἡ δόξαν ἢ εὐχαριστίαν προσάγομεν· τῷ Πατρὶ ἢ τῷ Υἱῷ, ἢ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι.

1. Ἐ[illegible]) Non numero, sed collectione, una est ad faciendum Catechumenum oratio: atque insuper scribit hic Thessalonicensis Præsul libro de sacramentis, [illegible] Non semel tantum, sed pluries dicendæ sunt, tum antiquæ exorcismorum, tum aliæ orationes: in Euchologio siquidem septies aut decies recitari præscribuntur. Talis enim erat antiqua consuetudo, ut a Sacerdotibus Catechistis super baptizandis recitarentur. Invaluit tamen ritus modernus ut unica solum vice percurratur.

2 [illegible]) Puerulos recens natos non posse commode vestiri, exui, calceari aut excalceari probe intelligimus; quo possunt nihilominus modo, & ritu sicut adultos baptizant Græci: ætate tamen grandiusculos ad Ecclesiam baptizandos adducunt, atque ita cærimonias cunctas facilius circa illos observatas videre licet: *& ego*, scribit de seipso Arcudius libro primo capite decimotertio, *quando lustratus fui ejusmodi ætatis eram, ut plane meminerim*.

3 Φωτισθῆναι.) Ex quo Divus Paulus, baptismo suscepto, Christianos φωτισθέντας *illuminatos* vocavit ad Hebræos sexto, nil crebrius apud Patres Græcos reperias quam voces φῶς, φωτισμός, & φώτισμα baptismo declarando usurpatas: ut qui juxta Dionysium de Ecclesiastica Hierarchia capite tertio, [illegible] *Primi luminis homines participes facit, principiumque est omnium divinarum illustrationum, & efficitur vero illustrationis nomine celebrandus*. Qualem vero conferat animæ [illegible], fuse Gregorius Theologus explanat orat. de illo habita.

4 [illegible]) De hoc ritu iisdem pene verbis tractatum instituens Chrysostomus initio sermonis ad illuminandos, ejus causam se indicare velle profitebatur: [illegible] inquit, [illegible] *Velim hoc quidem primum nunc declarare sermone, cur majores nostri, post nostram instructionem, vos denudantes & excalceantes, nudo corpore & pedibus, cum solo indusio ad exorcizantium mandant voces?* Quam autem ibi non profert Chrysostomus rationem, hanc Augustinus de Symbolo ad Catechumenos libro secundo capite primo depromit: *Quid est, inquit, dilectissimi, quod in vobis celebratum est? Quid est quod hac nocte circa vos actum est, quod præteritis noctibus actum non est? Ut ex locis secretis singuli produceremini in conspectu totius Ecclesiæ, ibique cervice humiliata, quæ male fuerat antea exaltata, in humilitate pedum, cilicio substrato, in vobis celebraretur examen, atque ex vobis extirparetur diabolus superbus, dum super vos invocatus est humilis altissimus Christus*. Plura inferius Symeon Thessal. Vide Cyrillum Catechesi Mystag. secunda.

5 [illegible]) Catechumenos exorcismis subjiciendos, sive dæmoni renunciaturos, recto corpore, ad robur animi profitendum semper stetisse, non obscure innuit Gregorius Nazianzenus, in oratione funebri sui patris, cum eum præter morem in genua procumbentem in Catechesi, futuri sui Sacerdotii clarissimum signum exhibuisse narrat; de quo nos alibi. Orientem vero primo respicere Catechumenos admonentur; non enim Paradisi tantum terreni, unde exulat, sed & cœlestis habitationis a Christo, cui nomen est Vir Oriens, aditum baptismi ope, sibi pandendum expetit, & expectat. Hac de causa Elias Cretensis in oratione Gregorii 19. *Qui divinam, ait, nativitatem & spiritualem regenerationem consecuturi sunt, recto corpore stantes, nunc ad Orientem se convertentes, atque adversario quidem & ejus operibus renunciantes, Christo, Christianæque vitæ se adjungunt*.

6 Ἔχων κάτω τὰς χεῖρας) In servitutis signum qua illuc usque a dæmone oppressus est Catechumenus, ante Exorcismos demissas manus tenet: quod indicat quoque quinta Synodus Constantinopolitana actione quinta: [illegible] Non putavimus latere aliquem qui jam divino Baptismatis ritu dignus sit habitus, quantum animi agon detinet Dominum timentes, eo tempore, quo qui erroribus antea subjecti erant, ad divinum baptisma debent accedere. Et quemlibet divinum lumen cum veritate super hujuscemodi animabus splendet, & a difficili valde servitute liberantur: stant figuram certaminis explicantes, deorsum innuentes, & manus complectentes, & opportune tremcntes, ex adverso jam oppositi invidiosæ diaboli astutiæ, semel veram libertatem salutaris baptismatis præstolantes.

7 Ἐμφυσᾷ εἰς τὸ πρόσωπον.) Exsufflationem, post Clementem & Dionysium memorat etiam Gregorius in suo sacramentorum lib. scribens: *Ad Catechumenum ex pagano faciendum, Gentilem hominem cum susceperis, primo Catechizes eum divinis sermonibus. &c. Post hæc facies Catechumenum, & exsuffles in faciem ejus*. Tet autem sicut etiam hic, fit ejusmodi exsufflatio in Ordine Romano. *Tunc exsuffles in faciem tribus vicibus, dicens. Exi immunde spiritus, & da locum Spiritui Sancto Paracleto*. Cujus rationem post Augustinum de nuptiis & concup. lib. 2. cap. 18. suggerit Hugo a S. Victore lib. 1. de Sacram. cap. 18. *Insufflatur*, inquit, *non creatura Dei in ipso sed diabolus in cujus regno propter peccatum natus est, exsufflatur ab ipso; id est, per Spiritum Sanctum cujus signum est flatus exterior, annuntur diabolus, dum per ea quæ timet agi, potestas ejus minuitur, non omnino tollitur*. Hunc autem, sicut & reliquos hucusque memoratos ritus apte & dilucide enumerat, & exponit Symeon Thessalonicensis: [illegible] Et infra: [illegible] *Stat cum Susceptore baptizandus, manifestans se*

spontaneum accessisse, & fidejussorem se habere. Et benedicente Sacerdote (gratias enim a principio agere convenit, pro perditæ ovis salute) nudum confessum, & detectum, solo amictu coopertum Catechumenum exsufflat ter in crucis modum Sacerdos. Et per exsufflationem quidem, primam Dei in Adamum inspirationem sopitam exsuscitat: quoniam & insufflavit in faciem ejus spiraculum vitæ, inquit, *Et Sacerdos quidem, Christum Deum repræsentat (unde & laudandum est post Christi communionem, baptizare, & flare velut Christo ex corde aspirante Inspirare) tertio vero inspirat propter Trinitatem cujus opus commune est gratia, & operatio; cruciformiter vero, propter Incarnatum, pro nobis passum in carne unum e Trinitate Christum. Et in fronte certe, propter mentem; in ore, propter rationis loquelam: & in corde tandem, propter vitæ fontem in eo residentem. Solvit autem zonam Catechumeni Sacerdos, & denudat ad Orientem respicientem, eo quod ad Deum accedens verum lumen cernit, & ab infidelitate solutus est, & omni nequitia nudus & a peccati tegumento alienus: servitutem autem Deo pollicetur, & ideo nudus stat, & quia etiam propter peccatum nudus homo factus est. Secundo denique & tertio Sacerdos insufflat, ut exsuscitationis & renovationis ex hoc demonstratæ opus sit certius & firmius*. Paucioribus iterum cuncta hæc Augustinus enarrat lib. 4. de Symbolo ad Catech. capit. *Omnia Sacramenta quæ acta sunt & aguntur in vobis per ministerium servorum Dei exorcismis, orationibus, canticis spiritualibus, insufflationibus, cilicio, inclinatione cervicum, humilitate pedum, pavor ipse animi omni securitate appetendus: hæc omnia, ut dixi, escæ sunt quæ vos reficiunt in utero ut renatos ex baptismo, hilares vos exhibeat Christo*.

8 [illegible]) Symeon, [illegible] *Imponit ei manum Sacerdos ut sanctificatum, & Spiritu illum reformatum*. Et infra. [illegible] *Post hæc benedicit Deum Pontifex, (sequente oratione) quia justum est eum benedicere, in perditi hominis inventione, & humana salute: deinde manus impositione gratiæ communicationem, & hominis reparationem vult esse significatam*. Tria porro valde diversa, crucis nempe signatio, tum manus impositio, & oratio, in uno hic conjunguntur, quæ & Augustinus una sententia complexus est de peccator. meritis & remissione lib. 2. cap. 26. dicens: *Non uniusmodi est sanctificatio: nam & Catechumenos secundum quemdam modum suum per signum, & orationem manus impositionis puto sanctificari*. Una etiam ponuntur in Exequiali rit. Severi Alexandrini: *Imponit eis manus Sacerdos, & in omni invocatione facit crucem super vultum eorum*.

9 [illegible]) Nomina sub Ecclesiæ signis militaturi dabant Catechumeni, ut baptismi charactere, in vitæ libro nomina sua fore referenda sperarent.

10 Ἀποκρύψαι αὐτόν.) Exorcismorum usum exemplo suo Christus hominum Servator videtur docuisse & instituisse, cum ab ungrobatum spiritum insultu liberavit eum, cujus infirmitas erat ut ad statutas lunæ conversiones mente & sensibus excederet; ita Chrysologus serm. 52. & Isidorus lib. 2. de Offic. div. cap. 20. *Exorcismus, inquit, sermo increpationis est, contra immundum spiritum in Energumenis sive Catechumenis factus, per quem ab illis diaboli nequissima virtus, & inveterata malitia, vel violenta incursio fugatur: quod significabat ille lunaticus quem increpavit Dominus Jesus, & exiit ab eo dæmonium*. Ut itaque divino ex instituto processerunt; ita & divinis verbis conflatos esse voluerunt exorcismos primi Ecclesiæ Patres; & de illis propterea scripsit in Procatech. Cyrillus Hierosolymitanus, [illegible] *divini sunt, & ex divinis scripturis collecti exorcismi*.

11 [illegible]) Præcedenter quidem sed conjunctim ad hanc orationem, Euchologia quædam Venetra antiqua præmittunt hæc verba: [illegible] Quæ quidem verba præsentem Ecclesiæ Græcæ usum indicant, juxta quam Baptisteria non amplius in Vestibulo, sed in ipsa Ecclesia cernuntur esse constituta.

12 [illegible]) Vicecomes lib. 2. de Baptismo cap. 18. Catechumenos exorcismis pronunciatis dæmoni renunciaturos, nudos penitus stetisse contendit. Nam qui dæmonis castra, inquit, se deserere profitebantur, omnes vestes exuebant, ut cum sese nudos arbitrarum more cernerent, ac tam humiliter gererent, ad pugnam sese agnoscerent vocari, & dæmonis cui nuncium remittebant superbiam in seipsis recondendam promitterent. Nicetæ Choniatæ, & Zabelonis Æthiopis, quibus pueri authoritatibus mente confirmat: sed & adducit Dionysium de Eccles. Hierarch. Catechumenum, γυμνὸν τελέως, [illegible] stare referentem, quibus addit, quæ placent, conjecturas. Verum Roperti Lincolniensis auctoritas, & utriusque Ecclesiæ, Latinæ simul & Græcæ moderatior laudatusque usus, in eam nos inclinat sententiam, ut non omnino nudos, sed retenta interula, vestes dumtaxat exteriores, ex quarum cultu superbit homo, a se rejecisse in exorcismis opinemur; nam & Christiana modestia id exigit tum in adultis, tum maxime in mulieribus, ut quamvis veterem hominem se expoliasse, & Christi humilitatem non erubescere profiteri velint, verecundiam tamen cum vestibus a se non abjecisse manifestent: unde & ut decoro procederent mulieres, socias & adjutrices in baptismi officio Diaconissas habuisse, ostensum est supra fol. 221.

13 [illegible]) Catechumenos Christi agminibus adlegendos, Orientem primo, velut Imperatoris signa & agnovisse & salutasse superius contemplati sumus: nunc quasi cum hoste manus commissuri, faciem ad Occidentem ejus stationem vertunt: [illegible] *Sistit vero deinde illos Sacerdos, ad Occidentem respicientes, manus ad modum detrudentis agitantes*, ait Dionysius memoratus; & in theoria: [illegible] *Sponsoris & pedibus nudis versus occasum respicientes collocat*. De utroque in hanc vel illam partem obversu, dixit jam supra Elias Cretensis: *Qui divinam nativitatem & spiritualem regenerationem consecuturi sunt, recto corpore stantes, ac nunc ad Occidentem nunc ad Orientem se convertentes, atque adversario quidem & ejus operibus renunciantes, ad Christum, & Christianam vitam se adjungunt*. Aversionis autem & versionis ad Occidentem, Cyrillus Hierosolymitanus causam assignat Catech. [illegible] *Quæ de causa porro versus Occasum stetisti, operæ pretium esse puto explicare, cum solis Occasus apparentium tenebrarum sit locus; diabolus autem cum sit tenebræ, robur in illis suum habet: ideirco symbolice Occasum spectantes caliginoso illi tenebrarum principi renunciatis*. Idem scribit Hieronymus in cap. 6. Amos. *In mysteriis*, inquit, *primo renunciavimus ei qui in Occidente est, nobisque moritur cum peccatis: & sic versi ad Orientem pactum inimus, cum sole justitiæ, & ei nos servituros esse promittimus*.

14 [illegible]) Contendit Arcudius l. 1. cap. alt. non [illegible] sed [illegible], vel [illegible] legendum, qua tamen conjectura ductus, ignoro; cum idem utriusque dictionis in hoc loco sit sensus, (quem Cyrill. Hierosol. his verbis [illegible] *manu extensa in adversum effugat*) imo retinendum [illegible], docent omnia usque cuncta MSS. cum editis collata. Satius itaque est sententiam mysteriorum cum

Cabasila oratione de vita Christi secunda attendere: χαρὰς τε ἐκπίνειν, καὶ ἀναπίπτειν καὶ ἀνακλίνεσθαι τῷ κυρίῳ καὶ ἀναπαύεσθαι καὶ ἀναπνεῖν ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιθεῖναι τῷ στήθει αὐτοῦ, καὶ τὰ ἴχνη αὐτοῦ καταφιλεῖν, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὰς πλευρὰς καὶ τὰ γόνατα καὶ τοὺς πόδας, καὶ τὰ ἴχνη αὐτοῦ ἐκμάττειν τοῖς δάκρυσιν. *Abrenuncio Satanæ & operibus ejus, cultui ejus, angelis ejus, machinamentis ejus, & omnibus quæ sub ipso sunt.* Credideris nihilominus priscos Antistites, vel pro suarum Ecclesiarum usu, vel pro pietatis fervore, interrogata baptismandi nonnumquam mutasse vel adauxisse: Cyrillus Hierosolymit. secundum omisit Catech. mystag. apud Ambrosium vero cap. 2. lib. de iis qui mysteriis initiantur alia repetimus. *Repete quid interrogatus sis? Recognosce quid responderis? Renunciasti diabolo & operibus ejus:* & lib. 1. Hexameron cap. 4. *Derelinquit, ac deserit qui abintus, intelligibilem illum Draconem, principem istius mundi, dicens: Abrenuncio tibi, diabole, & angelis tuis, & operibus tuis, & imperiis tuis.* Hieronymus ad cap. 3. Matthæi scribit: *Renuncio tibi, & pompæ tuæ, & vitiis tuis, & mundo tuo, qui in maligno positus es.* Salvianus libro sexto de providentia, addit, *Spectaculis & operibus ejus.* Colligit cuncta Beatus Ephraim de Abrenunciatione in Baptismo facta: *Monstri*, inquit, *verbis cuncta quæ nominantur mala, quæque odit Deus, valere jubemus & abrenuntiamus, cujusmodi sunt non unum dumtaxat, nam duo, non decem, sed quotcumque appellatus malum: puta, Abrenuncio Satanæ, & cunctis operibus ejus.*

17 Καὶ ὑπέταξα σοι τρόπον.) Symeon Thessalonicen. ἀποτάσσεται τοῖς διὰ τὸ ἀσεβὲς ἀποστατήσασι τῆ πίστει, καὶ εἰς δεῦρο τῷ ἐν Γεθσημανῆ Θεῷ ἡμῶν ἐκπεπληρώκασι τὸ ποτήριον. *Renuncial usque terito, propter renunciationis malignæ firmitatem, nec non ad unius Dei nostri gloriam, qui malignum dejecit.*

18 Ἐμφύσησόν μοι τοῦτον αὐτῷ.) Grandiusculos nonnumquam pueros, cum soleant Græci baptizandos offerre, nil mirum si exsufflatione & conspuitione, quæ ratione utentibus, contemptus, diffidii, & horroris sunt signa, dæmonem jubeant declarari. De exsufflatione nonnihil jam actigimus, num. 4. & iterum de illa redibit sermo. Computationem vero repudii perfecte dari, & contemptus consummati judicium esse docet Anselmus in cap. 3. Matth. his verbis: *Moscretenim in lege, ut si aliquis superbus repudiaret uxorem, alius qui eam jure propinquitatis ducere vellet, disceleraret eum qui repudiaverat illam in media porta, & ipsa sputaret illi in faciem, & vocaretur ille in æternum opprobrium.*

19 Κατατάττει χείρας ἐχούσῃ.) Corrigendus hic Arcudius, lib. 2. capite ultimo, Euchologium falso incusans, asserensque falso non κατατάττει χεῖρας ἔχοντας, sed ἀποτάξει χεῖρας ἀποτάσσοντα legendum: alio namque gesti Catechumenus diabolo renunciat, & alio rursus se Christo subjicit: protensis & actis athletarum more in aerem manibus dæmonem a se repellere videret, ex adverso patres Christi amplexus, manus demittit, & complicatas coram se tenet, ut omnimodam profiteatur servitutem; prout jam dilucide numero 6. & 14. explanatum est. Atque ita male intellectus ab Arcudio Dionysius adversus ipsum militat, & attente respiciatur: ait enim μετὰ τοῦτο (à Ieiunio) σοὶ τὸν ἀφανῆ ἀποτάξασθαι, καὶ τοῖς χεῖρας κενὰς σωστεῖναι τῷ Χριστῷ. *Ad Orientem (Catechumenum) transfert (Sacerdos) & ceelum respicere, & manus componere jubet paulo cum Christo initiaturum.* At qui cum alio pudum servitutis init, & homagium, ut ita loquar, præstat, longe est ut libellatis manibus quasi minas intentet, quin potius, demissis, compositas & complicatas semper obtendat, ut in ejus manibus & gestibus nil quod subjectionem non polliceatur, possit observari.

20 Καὶ σοὶ τῷ σατανᾷ;) Prima cum Deo societas fœdere initur: fœdus itaque cum Deo deinceps habiturus Catechumenus, de fide inquiritur. Credere siquidem prius oportet, ait Basilius lib. 3. contra Eunomium, & deinde baptismate consignari: nec nisi de fide prius edoctas gentes Baptismatis unda tinguere Apostoli, qui eas primum docendi, mox baptizandi præceptum a Christo Domino acceperunt. Adde Thessalonicensis rem interrogari, & ter symbolum a Catechumeno recitari τρὶς λέγει τὸ, συνέπου βεβαιοῦν τὴν ὁμολογίαν, ἕως ἂν ἐξ ὧν ἐπαθε τὰ πάντα ὁ τελειωτὴς ἐκ τοῦ Θεοῦ τύπος. *Ter dicit Credo, & confessionem confirmat, summi etiam & honorem Deitatis in personis irrite tradit.*

21 Καὶ προσπίπτει αὐτῷ.) Flexis genibus hæc fit adoratio, ut ex Basilio citatus Arcudius annotat: τὸ ἀνακύπτειν πρὸς τὸ δῶρον γενέσεως βάπτισμα, ὅτι οὐκ ἔδει ἔμπαλιν δυσκόλως τὰ ἀνάπαλιν βάπτισμα; τοίχος δέ ἐστι νοητὸς ὁ τῆς ἀπιστίας, ἀνὴρ τὴν πρὸς Θεὸν ἕνωσιν ἐπιτελοῦσι ὁ νόμος· οὐ χεῖρας ἀρωγὰς αἴρουσι, ἐξάπτει πόδας διωκόντων, καὶ πλέον γάρ ἐκ τῶν προσκόπτειν, οὐ διδάσκουσιν ἡμᾶς, οὐχ ὑπολογίαν ἀσφαλῆ, οὐχὶ σωζόμενοι Θεοῦ, ἀλλ' ἀνταξίως τῷ ἔχθρῳ. *Quid capellas me febris beneficio tibi Baptisma contingas, quando negque poteris loqui salutaria verba, fortasis autem neque concederetur, ut pure audire possis, in ipso capitis habitante morbo? Non manum ad ejiam tollere, neque in pedes erigi, non genuflectere ad adorationem, non commode docet, non certo confiteri, non pacifici mox Deo, non renunciare inimico.* Hanc Basilius cæremonias omnes Catechismi perstringens: Cabasilas vero tres ultimas jam jam decurtas orat. 1. de vita in Christo explicans: ἡ τάση γοῦν τῶν χειρῶν, inquit, ἐκ τῆς πάλαι πρὸς τὰ ἔργα τοῦ σκότους, ζοφερᾶ ἕξεως, καὶ κυβείᾳ τῶν τοιούτων χειρῶν, ἡ ἔκτασις ἀφίστησι, καὶ ἀνάγει τὸ τοιοῦτον ἐπιτηδεύματα ἀκατόπτου, καὶ ἐξαπατῶντος ἀγαθοῦ αὐτοῦ, ἡ ἀπόλαυσις ἀληθινῆς ἀγαθότητος, καὶ ἐκ τούτων τὸ Θεῷ ἐκ αὐτοῦ τοιοῦτος, καὶ τοῦ αὐτοῦ κοινωνὸν γενέσθαι. *Tenebris fuga derelictis, ad lucem recurrit, & ubi Orientem conversus, solem requirit: a manibus Tyranni solutus, regem adorat: spretoque illegitimo germanum dominum agnovit, cujus subjici optat, & pro omnibus tanquam in Deum, in eum credere: & de eo, quæ decent fontive, profitetur.*

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΒΑΠΤΙΣΜΑΤΟΣ.

OFFICIUM SANCTI Baptismatis.

Ingreditur Sacerdos, & albo Sacerdotali ornatu assumpto, & brachialibus, tersisque accensis omnibus, thuribulo etiam accepto, ad piscinam proficiscitur, & thus in circuitu ejus adolet: redditoque thuribulo, adorat. Tum vero Sacerdos dicit.

Εὐλόγησον Δέσποτα. Ὁ δὲ ἱερεὺς ἐκφώνως·

Benedic Domine. *Et Sacerdos alta voce, ait:*

2 Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Benedictum regnum Patris, & Filii, & Sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Ὁ Διάκονος.

Diaconus.

3 Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.
Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης.
Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος.
Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου.
Ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιερέως.

In pace Dominum precemur.
Pro superna pace.
Pro pace totius.
Pro sancta hac domo.
Pro Archiepiscopo.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγιασθῆναι τὸ ὕδωρ τοῦτο, τῇ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ καὶ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος. τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ut sanctificetur aqua hæc virtute, & operatione, & adventu Spiritus Sancti: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ καταπεμφθῆναι αὐτῷ τὸν χάριν τοῦ λουτροῦ σωτηρίας, καὶ εὐλογίαν τοῦ Ἰορδάνου, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ut in eam redemptionis gratia, & Jordanis benedictio mittatur: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ καταφωτισθῆναι τοὺς ὕδασι τούτοις, τὴν καθαρτικὴν τῆς ὑπερουσίου Τριάδος ἐνέργειαν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ut virtus purgativa supersubstantialis Trinitatis his aquis insideat: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ φανεῖσθαι ἡμᾶς φωτισμὸν γνώσεως καὶ εὐσεβείας ἐπὶ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ut lumine cognitionis & pietatis per Spiritus Sancti adventum per eam illuminemur: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ ἀνελεῖν ἀπὸ παντὸς ἐπιβουλὴν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ut fiat depulsio omnium insidiarum inimicorum, tam visibilium quam invisibilium: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ ἄξιον γενέσθαι τῆς ἀφθάρτου βασιλείας τὸν ἐν αὐτῇ βαπτιζόμενον, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ut baptizandus in ea regno immortali dignus fiat: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ καὶ προσερχομένου τῷ ἁγίῳ φωτίσματι, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Pro eo qui nunc ad sanctam illuminationem accedit, & pro salute ejus Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ ἀκούσαι φῶς αὐτὸν ὑμᾶς φωτὸς, καὶ κληρονόμον τοῦ αἰωνίου ἀγαθοῦ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ut filius lucis, & hæres æternorum bonorum fiat: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι αὐτὸν σύμμορφον καὶ κοινωνὸν τοῦ θανάτου καὶ ἀναστάσεως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ut complantetur, & particeps mortis & resurrectionis Christi Dei nostri fiat: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι αὐτοῦ τὴν σφραγῖδα τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος, ἄπταιστον καὶ ἀμώμητον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς φοβερᾶς Κρίσεως τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ut baptismi stola, & Spiritus arrha pura & immaculata in tremendo Christi Dei nostri die, illi conservetur: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι τοῦτο τὸ ὕδωρ τοῦτο, λυτρὸν παλιγγενεσίας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ἔνδυμα ἀφθαρσίας, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ut regenerationis lavacrum fiat ei aqua hæc, in peccatorum remissionem, & incorruptionis indumentum: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ εἰσακοῦσαι Κύριον τὸν Θεὸν φωνῆς τῆς δεήσεως ἡμῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ut Dominus Deus vocem & orationem nostram exaudiat: Dominum precemur.

Ὑπὲρ τοῦ ῥύσθαι αὐτὸν τὸν θεὸν ἡμᾶς, ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς, καὶ ἀνάγκης, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ut ipse & nos ab omni tribulatione, ira, & angustia liberemur: Dominum precemur.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον.

Suscipe, salva, miserere.

Τῆς παναγίας ἀχράντου,

Sanctissimæ, illibatæ.

Diacono hæc dicente, Sacerdos tacitus apud semetipsum orationem hanc dicit:

Clemens & misericors Deus, qui corda scrutaris, & renes, secretaque hominum solus nosti: nihil enim coram te absconditum est, sed omnia nuda & aperta sunt oculis tuis: qui ea quæ in me sunt probe nosti, ne projicias me, neque faciem tuam avertas a me: sed omitte peccata mea in hac hora, qui hominum peccata dissimulas propter pœnitentiam. Ablue sordes corporis mei, & maculas animæ meæ; totumque & integrum me tua virtute invisibili sanctifica: ne libertatem aliis prædicans, eamque dicta ineffabilis tuæ humanitatis fide aliis largitus, ipse ut servus peccati reprobus efficiar. Ne Domine, solus bonus & misericors, ne avertar confusus, quin potius mitte ad me virtutem ex alto, & ad præsentis magni mysterii ministerium me corrobora: & in regenerando per meam miseriam Christum efforma, & eum super fundamentum Apostolorum & Prophetarum superædifica: & ne evellas, sed potius in tua sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, ceu veritatis germen eum complanta, nec inde eradicari permittas: ut eo in pietate proficiente, glorificetur sanctissimum nomen tuum; Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Sciendum in suprapofita oratione non fieri exclamationem, sed Sacerdotem tacitum apud se, Amen, dicere.

Deinde clara voce orationem hanc profert.

Magnus es, Domine, & miranda sunt opera tua, nec ullus sermo ad mirabilium tuorum laudem sufficit. *Dicatur ter.* Tu enim voluntate tua, ex non existentibus ad esse cuncta adduxisti: tua potestate cuncta contines, & tua providentia mundum moderaris. Tu e quatuor elementis creatura compacta, quatuor temporibus anni circulum coronasti. Te intellectuales cunctæ potestates contremiscunt, te laudat sol, te luna celebrat, tibi adsunt astra, tibi lux obtemperat, coram te tremunt abyssi, tibi obsequuntur fontes. Tu cælum sicut pellem extendisti, tu firmasti terram super aquas, tu arena mare circumvallasti, tu ad respirationem aerem expandisti. Angelicæ virtutes tibi ministrant, te adorant Archangelorum chori, multis oculis inclyta Cherubim, & sex alis volitantia Seraphim te circumstantia, inaccessæ tuæ gloriæ metu occultantur. Tu namque Deus incomprehensus, sine causa, & ineffabilis in terram descendisti forma servi accepta, in similitudinem hominum factus. Non enim poteras, Domine, propter viscera misericordiæ tuæ videre hominum genus tyrannidi diaboli subjectum, propterea venisti, & salvasti nos. Gratiam fatemur, misericordiam prædicamus, non occultamus beneficium. Naturæ progeniem liberasti, tuo partu virgineum uterum

Καὶ τοῦ διακόνου λέγοντος ταῦτα, 4. ὁ ἱερεὺς λέγει καθ᾽ ἑαυτὸν τὴν εὐχὴν ταύτην μυστικῶς. 4

Officium ad excommunicationem Sacerdotalem solvendam, cum a Sacerdote contumeliæ causa secularis fuerit illa innodatus.

OFficium superscriptum, absque matutinis tamen Evangeliis ex integro exquitur. Matutinis vero finitis missam incipit Sacerdos: qua finita, priusquam dimissionem faciat, sacris adhuc ornatus, super stratili caput orationem hujusmodi recitat.

Pax omnibus. Dominum precemur.
Clemens Domine benigne &c.

relaxa vinculum, & jugum illi impositum, & ut bonus & clemens remissionem integram illi concede: & ne segreges eum a sancta tua Catholica & Apostolica Ecclesia, puro rationabilium tuarum ovium gregi illum consocia: & furtus regni tui haredem illum constitue. Quia tu dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Vitam a peccato immunem illum agere, & illibati tui corporis, & dispensationis pretiosi tui sanguinis participem esse concede. Intercessionibus super omnes immaculatæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, venerandi Præcursoris & Baptistæ Joannis, sanctorum & in orbe universo celebrium Apostolorum, & omnium sanctorum. Exorare Domine; integra venia illum dona, ab omni vinculo solve, maledictionem omnem & excommunicationem irritam declara, & ad tuam majestatem cum fiducia & conscientia pura illum accedere, & copiosam misericordiam a te postulare permitte. Quia tu clemens & misericors es Christe Deus noster, & tibi convenit gloria in sæcula. Amen.

Atque ita missa dimissionem super caput ejus perficit & eum dimittit.

Ακολουθία εἰς λύσιν ἀφορισμοῦ Ἱερέως ἐπὶ κοσμικόν τινα δι' ἁμαρτίαν παρ' αὐτοῦ τοῦ Ἱερέως γενέσθαι.

ΠΟτὲ τῶν προγεγραμμένων ἀκολουθίαν ἀνάλεκτων χωρὶς τοῦ ἱερατικοῦ Εὐαγγελίου. Πληρωθέντος δὲ τοῦ ὄρθρου ἀρχέτω ὁ ἱερεὺς τῆς λειτουργίας, καὶ μὴ τὸ τέλος, ἀφιὼν τὰ ποιήσας ἀπόλυσιν, ἐπὶ φορεμάτος ὢν λέγει ἐπὶ τοῦ κεφαλίου τοῦ δεδεμένου πατάλου σύχελι.

Εἰρήνη πᾶσι. Τὸ Κυρίῳ ἐκδυθῶμεν.

Εὐλογητὸς Κύριος ἡμῶν &c. Ut supra.

Ac post verba τὸ ἐπιτιμίον αὐτοῦ δίσμιλ subdit, καὶ ἀφιέσεως· ἵνα ἀπὸς αὐτοῦ τὸν ἐπιδέτα δισμὸν καὶ ζυγόν, καὶ δώρησαι αὐτῷ τελείαν συγχώρησιν, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος· ἵνα μὴ χωρισθῇς αὐτὸς τῆς ἁγίας σου καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς ἐκκλησίας· σώσατον αὐτὸν τῇ καθαρᾷ σε πίστει καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις· καὶ ἀξίωσον αὐτὸν πάλιν τῆς βασιλείας σου γενέσθαι κληρονόμον· ὅτι σὺ εἶπας, ὁ θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Δώρησαι αὐτῷ ἵνα μὴ ἁμαρτάνῃς πορεύεσθαι, καὶ ἀξίωσον αὐτὸν μεταλαβεῖν τοῦ ἀχράντου σώματός σου, καὶ τοῦ τιμίου αἵματός σου ἐν τῇ οἰκονομίᾳ σου. Διὰ πρεσβειῶν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τοῦ τιμίου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. παρακλῆσαι Κύριε, καὶ συγχώρησον αὐτῷ τελείαν συγχώρησιν, καὶ πιστὸς ὄντως λύσον, πᾶσαν κατάραν καὶ ἀφορισμὸν ἄκυρον ἐποίησε ποιῆσον, καὶ δώρησαι αὐτῷ μὴ παῤῥησίας καὶ καθαρᾷ συνειδότος προσέρχεσθαι σοὶ μεγαλειότητι, καὶ αἰνεῖν σου παράσχου τὰ πλήκτρα σου ἐλέει. Ὅτι φιλάνθρωπος καὶ ἐλεήμων ὑπάρχεις Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Καὶ ἔστω τελεία ἡ ἀπόλυσις τῆς λειτουργίας ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἀπολύει αὐτόν.

Εὐχὴ ἑτέρα εἰς τὸ ἀναλῦσαι κληρικὸν εἰς ἀφορισμόν.

Εἰρήνη πᾶσι. Τῷ Κυρίῳ ἐκδυθῶμεν.

ΚΎριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ παραγενόμενος ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου μαθητὰς καὶ Ἀποστόλους, διὰ θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ εἰρήνην σοι δὸς αὐτοῖς· λέγων· ὧν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας ἀφέωνται αὐτοῖς· ἄφεσιν κρατῆσι κεκράτηκαι· ἀνὸς καὶ νῦν δέησιν πολυσπλαγχνί· παρακλήθητι ἐπὶ τῷ δεδωκότι τὸν δεσμὸν, καὶ λύσον τὰ ἁμαρτήματα αὐτοῦ· καὶ τὴν κεκολλημένην αὐτῷ ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καθάρισον. Ἐπειδὴ διὰ πλημμέλειαν πεπτώκασιν ἀπὸ τῆς ἐντολῆς σου· καὶ μόνος ἐφιλάνθρωπος· καὶ ὡς ἄλυσις τὰς ἁμαρτωλοὺς πόδας καὶ πλοῦτος· καὶ ὡς ἔδεσας αὐτοὺς πέλεκυν συγχώρησιν· ὕστε λῦσον ἐκ τοῦ δεσμοῦ σου, τοῦ δεσμοῦ, ἐκ τῆς ἐγκειμένης ἀσεβείας τὸ ἀφορισμόν. Ὅτι σὺ εἶ ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, Θεοὶ καὶ δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ ὀνόματί σου ἁγίῳ.

Oratio altera ad relaxandum pœnam excommunicato infligendam.

Pax omnibus.

Dominum precemur.

DOmine Deus noster, qui ad sanctos discipulos tuos & Apostolos januis clausis ingressus es, & pace illis data, dixisti. Quorum remiseritis peccata ab ipsis perpetrata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ipse & nunc clementissime Domine, exorare pro famulo tuo N. & peccata ejus dissolve, & maculas fordesque animæ ejus expunga. In peccatum siquidem lapsus ad te solum facile placabilem recurrit: Ut quondam itaque meretrices & publicanos integra remissione illis data absolvisti, ita & ex inflicto excommunicationis vinculo servum tuum N. absolve. Quia tu omnes homines salvari desideras, & in agnitionem veritatis venire. Quia misericors & clemens Deus existis: & tibi gloriam referimus in sæcula. Amen.

IN ORATIONEM QUÆ FIT SUPER EOS QUI CENSURIS inflictis & pœnitentiis impositis liberantur. Notæ.

ΕΤχὰ ἐπὶ τῶν ἐπιτιμίων.) Cum ἐπιτιμίων, si de illis ample satis & communiter hac sermone fiat prima genera, unum quidem, quo non tantum Sacramentorum & precum consortio cuncto quis privaretur, & ab Ecclesia velut membrum putridum ejiceretur, sed etiam pœnitentium cœtu ejectus, percussis anathemate, diris devoveretur, & ut in excommunicatione majori nunc dicta, Satanæ traderetur: aliud vero quod in pœnitentium numerum reos, aggregabat, sed veluti eos primo crimina diu in Ecclesiæ vestibulo, *ἐν τῷ πρόναῳ in ferula & multa luce*, plangere fineret, vel Dei Verbum audire permitteret, vel cogere dolentes precibus & manuum impositioni subjicerendos, aut tandem inter fideles eis daret orationis locum, non tamen offerendi vel Sacramenta suscipiendi potestatem faceret: quæri merito potest, quibus ex justæ pœnis tollendis hæc oratio proficua sit? Respondeo, quod cum absque ullo discrimine *ἐπιτίμια*, in numero multitudinis connotes ejus titulus, etiam omnis penitus pœnæ abrogandæ, illam apud antiquos fuisse. At cum pœnitentiæ publicæ ingeniosa mos inoleverit, & e quatuor ejus gradibus numeratis, quarctus tantum superfuerit apud Græcos, quo etiamnum hodie ab Eucharistiæ sumptione peccatores quosdam arcent; ut ejus sumendæ juri illos restituant, illam eandem orationem robur omne suum hucusque conservasse, eamque adhuc vim habere, ut ea lecta excommunicatus Ecclesiæ reconciliari possit dicendum est: quamvis huic proposito accommodatiores videantur quæ inter varias lectiones se offerunt, quarum prima absolvendo ab Episcopo Sacerdoti, aliæ vero diæ cuicumque alii a Sacerdote relaxando idoneæ conspiciuntur: licet qui ex Episcoporum indulgentia, vel precibus Martyrum, vel tempore ad præscriptum terminum devoluto ab onere pœnitentiæ sibi impositæ liberabantur; non nisi Episcopi jussu, præsentia, precibus & manus admotione solemniter & publice Ecclesiæ restituerentur juxta Canonem Concilii Carthaginensis apud Balsamonem septimum: *τὰ ἐπιτίμια ἐπιτιμίων ἐπιτιμίοις ἐστί. In publica missa pœnitentes recipiuntur, Episcoporum est*: & juxta Leonem Papam epist. 91. his verbis scribentem. *Mediator Dei & hominum homo Jesus Christus, hanc præposuit Ecclesiæ tradidit potestatem, ut & confitentibus actionem pœnitentiæ daret, & eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem Sacramentorum per januam reconciliationis admitteret.* Reconciliationem autem illam publicam fuisse in publice pœnitentibus declarat Hieronymus dialogo adversus Luciferianos paulo post initium. *Sacerdos quippe* (Episcopum intelligit) *pro Laico offert oblationem, frustra imponit manum subjecto, orationem sancti Spiritus invocat: atque ita cum qui fuerat traditus satanæ in interitum carnis ut spiritus salvus fieret, indulta in populum oratione altario reconciliat: nec prius unum membrum reficiendi sanitati, quam omnia simul membra confoverint.* De quibus alii plura: Nos etiam recentiores Græcorum usus exponere cupimus, quod jam notavimus, e quatuor pœnitentium gradibus, postremum qui *Consistentium* est, severissime observari animadvertimus, paucaque effluxere sæcula ex quo Arsenius Michaelem Palæologum si non diris devovit, nec nomen ejus e Diptychis obliteravit, a Sacramentis tamen percipiendis repulit: *ἐδιώχθη ἀπὸ τῶν ἱερῶν μυστηρίων ὑπὸ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου τοῦ Ἀρσενίου τοῦ Αὐτωρειανοῦ, δείσαντος γὰρ σχῆμα, καὶ λέγοντος τὰ ἐπιτίμια ἀνέχεσθαι. At ille multum moderate ferens, completis diebus in supplici gestu & habitu perseveravit, & censuram condemnationis profligatus est.* Hunc quoque pœnitentiæ rigorem subiisse Leonem cognomine Sapientem jus Græcoromanum refert pagina 109. Hanc eandem facem disciplinam hucusque observatam plura loca juris Græcoromani testantur paginis 183. 184. 224. 392. 208. 396. Blastares cap. 9. τοῦ Δ τιτλου: & cap. 6. 7. & 8. τοῦ Φ τιτλου.

ORATIO SUPER PROCLIVE JURANTES.

DEus & Pater Domini nostri Jesu, qui hominum naturæ debilitatem & infirmitatem nosti, & mentis nostræ cogitationes dilucide penetras, primas animi apprehensiones ex impetu vel naturæ inclinatione natas malorum immemor ipse negligere non dedigneris; & juramenti improvisa prolatione præoccupatis parce, tu enim abscondita cordium nostrorum nosti; rogamus itaque, ut ipsis & nobis propter ineffabilem bonitatem tuam veniam præbeas. Quia benedictum est nomen tuum: Patris, & Filii, & Spiritus sancti: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Α΄ ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΤΩΝ ΠΡΟΠΕΤΩΣ ΟΜΝΥΟΝΤΩΝ.

Ο Θεὸς ὁ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, ὁ τῷ ζῷ ἀρξάμενος φύσιν τὸ ἀθάλωτον, καὶ ἀθανάτῳ ἐπαυλίσας, καὶ τοῖς ἰδίοις ποιμέσιν ἡδέλογιμους σαρκὸς ἐπιγνώσεως τοῖς ἐκ προπετείας ἡμῶν γινομένοις ἐνδυμίσεις, ἀμνησίκακος ὤν, παιδεύει κατεξίστορα· καὶ τοὺς παρελθόντας ἔρκυ συχθῆναι, συγχώρησον. Σὺ γὰρ ἐφίς καὶ τὰ κρύφια τῆς καρδίας ἡμῶν. διόπερ σε δεόμεθα εὐαγγελίων αὐτοῖς τὸ ἀμὴν, διὰ τοῦ υἱοῦ σου ἀρρήτου ἀγαθότητος παρέχε. Ὅτι εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ ἁγίῳ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἐπὶ τοῖς προπετῶς ὀμόσασιν.] Pro hac singulari ac hæc Oratio in Barberino S. Marci codice, ἐπὶ τοῖς προπετῶς ὀμόσασι: cum in ipso vero quam in Cryptoferratensi Bessarionis & Allatiano, ab Orationis textu expuncta sunt illa verba, καὶ σκέπασόν σου ἡμᾶς ἐπὶ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

ORATIO SUPER EXECRANDOS ET vetitos ciboscomedentes.

DOminator Domine Deus noster: qui in excelsis habitas & humilia respicis, qui in sanctis requiescis, laus Israel: inclina aurem tuam, & nos deprecantes exaudi: & famulo tuo huic invito veritum & execrandum cibum comedenti, carnes, aut hujusmodi immundum, cujus degustatio in sancta tua lege prohibita est, delibanti veniam præbe: condona ex his non sponte sumenti, & tremendorum mysteriorum pretiosi corporis & sanguinis tui participem & indemnatum eum esse concede: ut, in posterum immunda omni comestione & actione liber, divinis tuis mysteriis delectatus, sancta & mystica tua mensa, & immoratibus mysteriis delectatus, & nobiscum in sancta tua Ecclesia custodiens, excelsum nomen tuum omnibus diebus vitæ suæ laudet & glorificet. Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria, Patris, & Filii, & sancti Spiritus: nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Α΄ ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΤΩΝ ΜΙΑΡΟΦΑΓΗΣΑΝΤΩΝ.

Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν, ὁ τὸν ἄγγελος ἀναπαύσιμος, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραὴλ· κλῖνον τὸ ὦς σου, καὶ ἐπάκουσόν ἡμῶν δεομένων σου, καὶ παράχρα συγχωρήσιμον τῷ σῷ οἰκέτῃ, τῷ δὲ, μιαροφαγήσαντι, καὶ ἐνδυσάμενον κρέων, ἢ τῶν ἀλόγων βρωμάτων μὴ καθαρῶν, ἃ ὧν τοῦ βρώσιν ἀπηγόρευσας ἐν νόμῳ σου· τούτου δὲ ἀβούλητος μεταχόντι συγχώρησον, καὶ κατεξίασον αὐτὸν ἀκηκέρτου μυστηρίου τοῦ φρικτοῦ μυστηρίου τῆς τιμίας σαρκὸς καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου. ὅπως εὑρεθῇ λοιπὸν πάσης ἀκαθάρτου μυσελίξεως καὶ ῥυπαρίας, ὡς ἐντρυφῶν τοῖς θείοις σου μυστηρίοις, καὶ ἀπολαύων τῆς ἁγίας σου καὶ μυστικῆς τραπέζης, καὶ τοῦ ἀθανάτου μυστηρίου, καὶ ἀβρυλλιτόμενος σοὶ ἡμῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, αἰτῶν καὶ δοξάζων τὸ ὄνομά σου τὸ ὕψιστον πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἐπὶ τοῖς μιαροφαγήσασιν.] Barberinum S. Marci, Cryptoferratense Bessarionis, & aliud Barberinum numero 88. aliam nullis in editis extantem præmiserunt orationem.

Εὐχὴ ἐπὶ τῷ τὰ βεβήλωτα σκανδαλίσασι.

Oratio pro illis qui in cibis secundum passi sunt, & offenderunt.

ΚΥριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τῷ κορυφαίῳ τῷ ἀποστόλων Πέτρῳ δι' ὁπτασίας καὶ φωνῆς μυσθέντας μηδὲν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον προεῖπας τῇ ὑπὸ σοῦ δημιουργηθέντι εἰς ἀπόκρεψιν τῷ ἀνθρώπου· ὁ τῷ ἐκλογὴν Παύλου πάντα καθαρὰ τοῖς καθαροῖς κηρύξας· σὺ καὶ τοὺς δούλους σου τούτους τοὺς βαρβαρικαῖς ἀνάγκαις πεσόντας, καὶ κατὰ παράβασιν ἀκαθάρτων ὧν ἐκείνων γεύσαμένους, σκανδαλισθέντας δὲ, τοὺς ἐπιλήσμους ἐπιστρέψας αὐτοὺς ἀπόσκοπος, καὶ τὰ σὰ προσώπατα βεβαίωσον ἐν αὐτοῖς, ἵνα αὐτὸς ἀμόλυντον τὸ ἁγίου Πνεύματος κατασκεύασον εἰς ἀποδοχὴν τῷ ἀχράντων σου μυστηρίων. Ὅτι εὐλογητὸς καὶ δεδόξασται τὸ πανσεμνὸν, καὶ μεγαλοπρεπές ὄνομά σου.

Oratio pro illis qui in cibis secundum passi sunt, & offenderunt.

DOmine Deus noster, qui Coryphæo Apostolorum Petro, per visionem & vocem, nihil eorum quæ a te creata sunt in hominum cibum, commune aut immundum ducere famuisti: & per vas electionis Paulum, omnia munda mundis esse prædicasti; ipse servis tuis barbarica vi circumventis & compulsis, & non ex proposito, prout reatur, immunda degustantibus, & scandalum inde passis cunctas conscientiæ maculas ablerge: & deinceps in illis velut in impolluto templo tui Spiritus ad immaculatorum eorum mysteriorum susceptionem præparatis, manenta tua confirma. Quia benedictum & glorificatum est honorandum, & magnificum nomen tuum.

IN ORATIONEM PRO HIS QUI PROHIBITA & immunda comederunt. Notæ.

a ΕΠΙ τῷ προπετῶς ὀμόσασι.] Creaturam quamcunque humanis deputatam usibus & concessam, post animæ anxietatem a Petro divina voce sublatam, nullus communem & immundam, homo-cuilibet: quamvis Spiritui sancto & Apostolis sub Ecclesiæ primordiis placuerit, alienigenis ad Christi fidem conversis, quædam Mosaicæ legi præcepta conformia tradere vel consulere, ut nec, ceu prius, ab eis Judæi abhorrerent, nec ipsi Judæis magis conjuncti longius ab idolorum cultu deterrerentur; ex quibus illud fuit præcipuum, ut ab immolatis, sanguine, & suffocato abstinerent: quod quidem unanimi consensu Orientis pariterque Occidentis inviolatum conservavit Ecclesiæ; de Latinis siquidem scribebat Tertullianus Apolog. adversus gentes cap. 8. *Erubescat error vester, qui ne animalium quidem sanguinem in patulis habemus: qui propterea quoque suffocatis & sanguine abstinemus, ne quo sanguine maculemur, vel intra viscera sepulto. Denique inter testamenta quoque Christianorum bonulos etiam cruore dissentes adnotaveris: certissimum scilicet illicitum esse penes illos, per quod exorbitare eos vetitis.* Recentius Concilium Aurelianense secundum anno 536. habitum jubet ab Ecclesiæ cœtibus arceri, *qui bestiarum morsibus extincto, vel quolibet morbo aut casu suffocato, vescuntur.* Dicendis deinde exactis annis Gregorius tertius inter Canones pœnitentiales cap. 30. reposuit, *ut qui morticina comederit jejunet 20. dies pœnitet: jejuna, 40. & qui comederit vel biberit sordidarum avium vel a muribus 50. psalmos cantet: secularis tres dies pœnitet. Qui pecten manducat quod talem potum biberit, psalterium cantet: secularis tres dies pœnitet.* Vormatiensis etiam Synodus ante 800 annos celebrata cap. 64. & 65. cujuscunque *suffocati carnem abjiciendam præcipit.* Nec ita diu est ut annotat Pamelius in locum Tertulliani relatum, quod Christiani vescuntur suffocato, & morticina carne. Nam Beda presbyter, & Rabanus in Pœnitentiario, sed & quotquot de hac re supra quadringentos annos scripserunt, (ut videre licet tum in Halitgarii Pœnitentiali Menardi notis in Gregorium adjuncto, tum in Canonibus Pœnitentialibus Augustini Tarracon.) certum pœnitentiæ tempus præscribunt hujus Apostolicæ sanctionis trangressori. Orientalium autem fedulom & religiosum legis hujus cultum referre, omnino superfluum est: neque etenim pisces nisi sanguine illorum diligenter ablato comingere audent: & ad hanc, aiunt, provocantur observantiam Canone Apostolico 63. Gangrensis Concilii sequendo, & Leonis Philosophi Imperatoris edicto: qui additis etiam publicationis bonorum, verberum, & exilii pœnis in eos qui vetitum exponant, aut emere attentent quæ a Deo vetantur, etiam ipse prohibuit: hæc propterea Origenes lib. 8 contra Celsum, *Demonum cibos*, ut illis quondam offerri soliros vocat: quamvis non hac causa ab illis abstinere, se Græci astrictos confessi, sed ut quod terræ est, terræ reddant, & sanguinem animalis e terra natum, vice repensa mercedis, terræ refundant. Ab hac tamen consuetudine religiosos observanda jam olim quosdam Latinos defecisse ostendit Augustinus lib. 32. contra Faustum cap. 13. *Et si hoc nunc*, ait, *Apostoli præceperant ut animalium sanguine abstinerent Christiani, ne præfocati carnibus vescerentur: elegisse mihi videntur pro tempore rem facilem, & nequaquam observantibus onerosam, in qua cum Israelita etiam Gentes propter angulatem illum lapidem duos parietes in se contendentem, aliquid communiter observarent: simul & admonerentur in ipsa arca Noe quando Deus hoc jusserit, Ecclesiam omnium Gentium fuisse præfiguratam; cujus facti prophetia jam Gentibus ad fidem accedentibus incipiebat impleri. Tum facilis vero illo tempore quo duo illi, unus ex circumcisione, alter ex præputio venientes, quamvis in angulari lapide concordarent, tamen suis quibusdam propriis ritibus dissimilibus cohærebant. At ubi Ecclesia Gentium talis effecta est ut in ea nullus Israelita carnalis appareat, qui jam Christianus observat, ut turdos vel minutiores avesculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus esse aut leporem non edat, si manu a cervice percussus, nullo cruento vulnere occisus est? & qui forte pauci adhuc contingere ista formidant, a cæteris irridentur.* Timorem præterea legalem cunctum, ante octingentos annos Nicolaum primum fabricasse docet ejus epist. ad consulta Bulgarorum cap. 43. quamvis Genebrardi Chronologia ad annum usque 1114. sanguine & suffocato vulgo abstinuisse Occidentales enarret. *Historici namque*, inquit, *scribunt tempore Callisti Pontificis, Pomerenses tum ad fidem conversos rejecisse ne quid immundum comederent, non morticinam, non suffocatum, non sanguinem animalium*, &c.

2 Οὐ τῷ βρῶσιν κοινοῦσθαι τὸν πόλυ.] Non Mosaicæ sed Ecclesiasticæ legis studio, ab immundis degustandis sibi cavent Orientales, quibus etiam olim Canon septimus Ancyranus ne perpetis bestiisque cibis in Gentilium festis vescerentur, præceperat, περὶ τῶν συναπτόντων τὰ ἑορτὰ εἰδωλῶν, ἐν τοῖς ἑορτασίμοις τῶν εἰδωλῶν τῶν βρωμάτων οὐκ ἀναστρέφεσθαι ἐ

ταχόντων ἔλεξε, Iustum ἀναπεπόντως ἔχθιμεν. De iis qui in festo sibaico, in loco Gentilibus deputato, convivati sunt; & propria sibi attulerunt & comederunt: visum est, ut cum biennio subtrahi pœnitentiam egerint, esse recipiendos. Proindeque a Judaico ritu observando, dum Ecclesiæ observare traditiones, longe alienos se præstant: quicquid in adversum garriat, & falso imputet Catum Syrticus, qui ut Euchologii Cryptoferratensis, quo primum usus est Bessarion, & ultimo Arcadius, fidem minuat; Judaizum illud infami verbo vocare non veretur: atque in universum Græcorum gentem Judaizantem, ipse Italo-Græcus, quasi sententia & stibuendi lata, deblateret. De præcepto tamen abstinentiæ a suffocatis & sanguine plurima litteris Pontificiis adversa scripsit Alcisiodorensis lib. 4. titulo 8.

ORATIO IN TURPES COGITATIONES.

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΑΙΣΧΡΩΝ ΛΟΓΙΣΜΩΝ.

DOminator Domine Deus meus, in cujus manibus sortes meæ, suscipe me secundum misericordiam tuam: & me, in iniquitatibus meis perire, vel carnis adversus spiritum concupiscentias voluntatem sequi, ne permittas. Creatura tua sum ego: opus manuum tuarum ne despicias. Ne averteris a me, miserere; neque ad nihilum redigas me: ne abjicias me quia infirmus sum, & ad te confugi protectorem meum Deum. Sana animam meam quia peccavi tibi. Salvum me fac propter misericordiam tuam: quia in te projectus sum a juventute mea. Erubescant qui me sævis inhonestis, cogitationibus indecoris, noxiis imaginibus a te separare moliuntur. Sordes omnes & malitiæ excessum a me amove: quia tu solus sanctus, tu solus fortis, solus immortalis; solus virtute incomprehensa prædites: & per te adversum diabolum & ejus exercitum virtus & robur conceditur. Quæ convenit tibi omnis gloria, virtus, & adoratio, Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Ἅγιε Θεός μου, ὁ ἐκ χειρὸς οἱ κλῆροί μου, ἀντιλαβοῦ μου κατὰ τὸ ἔλεός σου, καὶ μὴ ἐκτρέψῃς με σὺν ταῖς ἀνομίαις μου, μηδὲ τῷ θυμῷτι ἐπακολουθῆσαι τὰς ἐπιθυμίας σαρκὸς κατὰ τὸ πρόσταγμα. πλάσμα σόν εἰμι, μὴ παρίδῃς ἔργον χειρῶν σου· μὴ ἀπορρίψῃς, οἰκτίρμον, καὶ μὴ ἐξουδενώσῃς, μηδὲ ὑπερίδῃς με Κύριε, ὅτι αὐθις εἶμι. ὅτι πρός σε κατέφυγον ὑπερασπιστήν μου Θεόν. ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου· ὅτι ἐπί σὲ ἐπερρίφην ἐκ νεότητός μου· αἰσχυνθήτωσαν οἱ ζητοῦντές με ἐξῶσαι ἀπό σοῦ, διὰ φαύλους ἀσεμνους, διὰ λογισμῶν ἀφρόνων, δι' ἐνθυμήσεων ἀσυμφόρων. ἀπέλασον ἀπ' ἐμοῦ πᾶσαν φυσικὴν, καὶ ἕξιν πεφυσιωμένην· ὅτι σὺ εἶ μόνος ἅγιος, μόνος ἰσχυρός, μόνος ἀθάνατος, καὶ πάντα ἔχων τὴν δυναστείαν ἀνεξιχνίαστον· ᾧ δὶ σοῦ δίδοται πᾶσιν ἡμῖν κατὰ τοῦ διαβόλου καὶ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς ἰσχύς. Ὅτι σοῦ ἐστι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ORATIO SUPER POENITENTES.

ΕΥΧΗ ΕΠΙ ΜΕΤΑΝΟΟΥΝΤΩΝ.

DEus Salvator noster, qui per Nathan propheram Davidi de propriis peccatis pœnitentiam agenti concessisti indulgentiam, & iterum (Manasse orationem in pœnitentia exaudivisti: ipse & servum tuum N. de iis quæ perpetravit peccatis pœnitentiam agentem solita tibi humanitate suscipe; ne respicias ad ea quæ egit, tu qui injustitias dimittis, & præteris iniquitates. Tu enim dixisti Domine, Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat., & ne septuagies septies remitterentur peccata; quoniam sicut incomprehensa est magnitudo tua, ita & misericordia: si enim iniquitates observaveris, quis sustinebit? Quia tu es pœnitentium Deus, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Ἅγιε Θεός ἡμῶν, ὁ διὰ τὴν προφητικὴν τοῦ Νάθαν μετανοήσαντι τῷ Δαβὶδ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις πλημμελήμασιν ἄφεσιν δωρησάμενος, καὶ τὸ Μανασσῆ τῷ ἐπὶ μετάνοιαν προσευχῇ δεξάμενος, αὐτὸς καὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν δεῖνα, μετανοοῦντα ἐφ' οἷς ἐπραξε πλημμελήμασι προσδέξαι τῇ συνήθει σου φιλανθρωπίᾳ, παρορῶν πάντα τὰ αὐτῷ πεπραγμένα· ὁ ἄφεις ἀδικίας καὶ περβαίνων ἀνομίας. σὺ γὰρ εἶπας Κύριε, ὁ θέλων θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι, καὶ ζῆν αὐτόν. καὶ ὡς ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ ἀφιέναι τὰ ἁμαρτήματα· ἐπεὶ ὡς ἡ μεγαλωσύνη σου ἀνέκλαλος, καὶ τὸ ἔλεός σου ἀνεξιχνίαστον. Εἰσὶ γὰρ ἀνομίας παραπτώσεις, τίς ὑποστήσεται; Ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς τῶν μετανοούντων, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Alia Oratio.

DOmine Jesu Christe, Fili Dei vivi, pastor & agnus qui tollis peccatum mundi, qui debitoribus debitoribus mutuo datum dimisisti, & peccatrici delictorum ejus indulgentiam largitus es: ipse Domine, relaxa, remitte, condona peccata, iniquitates, delicta sponte & non libente, scienter vel ignoranter, ex transgressione vel inobedientia, a servis tuis illis commissa: & si ut homines carnis infirmitate circumdati & mundi incolæ a diabolo, sive in verbo, sive in opere, sive ex scientia, aut ignorantia decepti sunt, aut Sacerdotis verbum spreverunt, aut ejusdem maledictioni subjecti sunt, aut in propriam suam execrationem inciderunt, vel jusjurando se adstrinxerunt: ipse ut bonus & malorum immemor Dominus verbo absolvi conscientias, relaxato eorum anathemate vel jusjurando, secundum magnam misericordiam tuam. Ita fiat benigne Domine, exaudi nos, clementiam tuam pro famulis tuis deprecantes; & ut misericors valde cunctis eorum peccatis ne attendas. Ab æterna damnatione illos libera. Tu enim dixisti: Domine, Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cœlis. Quia tu solus ex abjecto peccato, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Ἅγιε Θεός ἡμῶν, ὁ τοῦ Πέτρου, καὶ τῆς πόρνης ἐκ δακρύων, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δωρησάμενος, καὶ τὸ τελώνιον τὸν ἐξ ὑπογείου πταίσματα δικαιώσας, καὶ προσδεξάμενος ἐξομολογούμενον σὲ δόλιον σε ὄ, καὶ ὅστις ἐπλημμέλησεν ἑκούσιον ἢ ἀκούσιον ἁμάρτημα, ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ τῇ ἔξωσεν, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς συγχώρησον. Σὺ γὰρ μόνος ἐξουσίαν ἔχων ἀφιέναι ἁμαρτίας· ἔστοί σε δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Παιδὶ, καὶ τῷ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἐπὶ μετανοίαν.) Allatianum M. S. legit, ἐπὶ ἐξομολογουμένων.

b Ὁ Θεὸς ἡμῶν.) Addunt Cryptoferr. Bessarionis & Barberinum S. Marci sequentem Orationem.

Ἐπὶ ἐξομολογουμένων.

Super confessos.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τοῦ Πέτρου, καὶ τῆς πόρνης ἐκ δακρύων, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δωρησάμενος, καὶ τὸ τελώνιον τὸν ἐξ ὑπογείου πταίσματα δικαιώσας, καὶ προσδεξάμενος ἐξομολογούμενον σὲ δόλιον σε ὄ, καὶ ὅστις ἐπλημμέλησεν ἑκούσιον ἢ ἀκούσιον ἁμάρτημα, ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ τῇ ἔξωσεν, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς συγχώρησον. Σὺ γὰρ μόνος ἐξουσίαν ἔχων ἀφιέναι ἁμαρτίας· ἔστοί σε δόξαν ἀναπέμπομεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Παιδὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

DOmine Deus noster, qui Petro, & meretrici per lachrymas peccatorum remissionem largitus es, & publicanum propria facientem scelera justum reddidisti; confessionem servi tui N. suscipe: & si in aliquo factionre sponaneo vel involuntario, verbo, opere, vel cogitatione deliquit, ut bonus & misericors Deus remitte. Quia tu condonandi peccata potestatē polles: & tibi gloriam referimus, cum principii experte tuo Patre, & cum bono & vivifico Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Addit Allatianum.

Εὐχὴ ἑτέρα.

Alterа Oratio.

Ὁ Θεὸς ὁ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας, καὶ πάντας τοὺς κόσμους τὰς ἁμαρτίας βαστάζων, αὐτὸς τῷ παραγάλῳ αὐτοῦ χαρίσοντι καὶ πᾶσι πᾶσι ἀναδέξηται (in vetusto edito Thuanæ bibliothecæ legitur παραδέξατο) ὅσα ἐνώπιον αὐτοῦ τῇ ἐμῇ ἐξεπίς ἀναξιότητι, ἀδελφοί, συγχωρῶν σοι πάσῃ, καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ ἀκαταίσχυντον ἐμπροσθεν τοῦ βήματος αὐτοῦ παραστῆναι κατηξίωσε, ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀλήθειαν ἐλθεῖν· ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

DEus qui propter nos homo effectus est, & omnes mundi peccata tollit, ipse suavissima sua benignitate, cuncta hæc excipiet (seu suscipiat) quæ coram indignitate mea enarrasti, frater, condonans, & in præsenti sæculo, pariter ac in futuro: & indemnatum coram tribunali sun te astare concedet, qui vult omnes homines salvari, & omnium salutem moderatur: qui est benedictus in sæcula sæculorum.

Subjungunt vetusti codices Thuani.

Oratio condonatoria super confessos.
Dominum precemur.

DEus, qui per Nathan, Prophetæ David propria peccata confesso, & Petro negationem lugenti, meretrici quoque ad immaculatos pedes tuos lachrymanti, & publicano, & prodigo pepercisti; qui dixisti: Confitemini alterutrum; &, si confiteamur peccata nostra, fidelis est & justus ut omnia nobis dimittat, & ab omni peccato nos mundet. Ipse Salvator noster & Dominus Jesus Christus remittat tibi omnia, quæ hanc coram mea tenuitate confessus es, & quorum memoriam non tenes, in præsenti & in futuro: & indemnatum coram se adstare te jubeat, qui est benedictus in sæcula.
Amen.

Altera oratio Chrysostomi.
Dominum precemur.

DOminator Domine Jesu Christe, Deus noster, qui per Prophetam Nathan Deiparenti Davidi peccata, quæ perpetraverat, pepercisti, & ipsi dixisti: Dominus quoque abstulit peccatum tuum; eo quod dixisset: Peccavi Domino: qui Petro negationem amare flenti, & confessio condonasti, ejusque lachrymas acceptas habuisti: qui & meretricem fervide lugentem, pedesque tuos immaculatos rigantem, & capillis eos tergentem suscepisti, eique dixisti: mulier, remittentur tibi peccata tua: qui & Manassem in Babylone pœnitentem, & in æreo animali tibi confitentem rursum in regem in Sion constituisti: qui & prodigum cum meretricibus omnem suam substantiam dilapidantem, & more porcorum deinceps siliquis pastum, ad te reversum benigne amplexus es, & mactato vitulo saginato, annuloque in manum ejus immisso exosculatus es; qui publicani pœnitentiam & humilitatem præ superbo Pharisæo laudasti justificatumque declarasti: qui & in cruce latronis pœnitentiam suscepisti, qui dixisti: Confitemini alterutrum peccata vestra: sicut vocasti, ita fidelis & justus existis ut dimittas nobis omnia, & ab omni inquinamento carnis & spiritus nos emundes. Tu optime & valde misericors Domine, cuncta quæ filius meus spiritualis N. contrito corde, coram te, tenuitati meæ confessus est, in præsenti & in futuro sæculo condona: & indemnatum coram te adstare concede: qui es benedictus in sæcula. Amen.

Εὐχὴ συγχωρητικὴ ἐπὶ ἐξομολογουμένων.
Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

ΟΘεὸς, ὁ συγχωρήσας διὰ Νάθαν τοῦ προφήτου Δαβὶδ τὰ ἴδια ὁμολογήσαντι ἁμαρτήματα, καὶ Πέτρῳ τὴν ἄρνησιν ὕστερον κλαύσαντι, καὶ πόρνῃ δακρυσάσῃ ἐπὶ τοὺς ἀχράντους σου πόδας, καὶ τελώνῃ, καὶ ἀσώτῳ· καὶ ὁ εἰπών· ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις· καὶ, ἐὰν ἐξομολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ ἡμῖν πάντα, καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, καὶ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς συγχωρήσαι, πάντα ὅσα σοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ τῇ ἐμῇ ἐλαχιστότητι ὡμολόγησας, καὶ ὧν ἐπελάθου· ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ ἀκατάκριτόν σε ἔμπροσθεν αὐτοῦ παραστῆναι καταξιώσῃ. ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ Χρυσοστόμου.
Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

ΔΕσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ συγχωρήσας διὰ Νάθαν τοῦ προφήτου τῷ θεοπάτορι Δαβὶδ τὰ πλημμελήματα αὐτοῦ ἅτινα εἰργάσατο, καὶ εἰπὼν αὐτῷ· καὶ ὁ Κύριος ἀφείλετο τὸ ἁμάρτημά σου, διὰ τὸ εἰπεῖν· ἡμάρτηκα τῷ Κυρίῳ· ὁ τῷ Πέτρῳ τὴν ἄρνησιν κλαύσαντι πικρῶς, καὶ ἐξομολογουμένῳ συμπαθήσας, καὶ προσδεξάμενος τὰ αὐτοῦ δάκρυα. ὁ καὶ τὴν πόρνην δακρύσασαν θερμῶς, καὶ καταβρέξασαν τοὺς ἀχράντους σου πόδας, καὶ ταῖς θριξὶν αὐτῆς ἐκμάξασαν προσδεξάμενος, καὶ εἰπὼν αὐτῇ· γύναι ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι. ὁ τὸν Μανασσῆν μετανοήσαντα ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἐν χαλκῷ ζωδίῳ ἐξομολογούμενόν σοι, ἐν τῇ Σιὼν πάλιν βασιλέα καταστήσας, ὁ τὸν ἄσωτον καταδαπανήσαντα πᾶσαν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν μετὰ πορνῶν, καὶ δίκην ξυλῶν χοίρων διαιτώμενον, ὑποστρέφοντα καλῶς ἐπιδεξάμενος, θύσας τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, καὶ καταφιλήσας αὐτὸν δακτυλίδιον τῇ χειρὶ ἐπιβαλών. ὁ τοῦ τελώνου τὴν μετάνοιαν καὶ τὴν ταπείνωσιν, ὑπὲρ τοῦ μεγαλαύχου Φαρισαίου ἀποδεξάμενος, καὶ δικαιώσας ῥήματι· ὁ καὶ τοῦ λῃστοῦ τὴν μετάνοιαν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ δεξάμενος, ὁ εἰπών· ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα ὑμῶν ἀμφοτέρωθεν. καθὼς ἐκάλεσας, πιστὸς ὑπάρχεις καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφήσῃς ἡμῖν πάντα, καὶ καθαρίσῃς ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος. Σὺ Κύριε πανάγαθε καὶ πολυέλεε, συγχώρησον πάντα ὅσα ἐνώπιόν σου τῇ ἐμῇ ἐλαχιστότητι ἐξωμολογήσατο μετὰ συντετριμμένης καρδίας ὁ πνευματικόν μου τέκνον, ὁ δεῖνα, καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ ἀκατάκριτον αὐτὸν ἔμπροσθέν σου παραστῆναι καταξίωσον· ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

IN ORATIONES SUPER POENITENTES.
Notæ.

EΥχὴ ἐπὶ τῶν μετανοούντων.) Non improbatum Sacramenti cujusque conferendi usum Ecclesiam Orientalem hucusque tenuisse agnovit Ecclesia Romana. In Concilio siquidem Florentino, in quo leviorum rituum momenta rationesque a Græcis expoposcit, nullum de Sacramentis nisi de conjugum non succidenda societate, cum eis examen constituere proposuit, quasi Sacramenti cujuscumque ab eis administrati normam, formam, sententiamque, approbatam conferet ac ratam: unde licet Armenios, de illorum partibus, materia videlicet & forma, & aliis ad singula quæque spectantibus, voluerit ample esse instructos, Græcos tamen de hujusmodi nihil monitos prius abire permiserat: ut quæ circa illa nihil ab iis desiderandum aut castigandum judicasset. Theologo nihilominus cuivis duas hasce Orationes ἐπὶ τῶν μετανοούντων, Sacramento Pœnitentiæ conferendo, a Græcis legi solitas diligentius attendenti, dubium confestim se objicit, an aliquid circa Sacramentum hocce valeant aut efficiant, cum nulla in eis verborum series prima fronte deprehendatur, quæ veram absolutionis formam in se includere, possit existimari. Atque equidem, si ex Ecclesiastica historia, ritualibus antiquis, traditione, aut aliis non excipiendis testimoniis conjicere licet, antiquam in Ecclesia Latina, Pœnitentiæ Sacramenti sive absolutionis formam deprecativis verbis compositam fuisse; eamque indicativam & judicativam, ut ita loquar, qua nunc utimur, *absolvo te a peccatis tuis*, quatuor circiter sæculorum ætatem forsan non superare, necullatenus in Sacramentariis reperiri, aut ab antiquioribus Scriptoribus referri, proindeque recentius, æquo tamen rationum pondere motam Ecclesiam, illam ut communem & ab omnibus recipiendam induxisse; plures jam sunt qui liberrime asserunt, tenaciter propugnant, clare docent, & feliciter scribunt. Et certe forma hujus Sacramenti etsi deprecativa, non excludit, imò continet actionem ministri, sicque ad indicativam potest reduci: quemadmodum & indicativa Dei misericordiam pœnitenti necessariam expostulat implicite. Qui ergo dicit ἄνες, ἄφες, συγχώρησον: *dimitte, relaxa, condona*, subintellige, *per me*: item εὐδοκήσας τῷ λόγῳ λελῦσθαι εὐδόκησον, *complaceat tibi hunc servum tuum verbo* (supple meo) *solvi*: ita ut in prædictis orationibus judiciaria quoque potestas, exerceri ab Sacerdote super pœnitente orante satis significatur: maxime Christi verbis in eadem secunda oratione citatis. σὺ γὰρ εἶπας ἐξουσίαν δεδωκὼς ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ τὰ ἑξῆς. *Tu enim dixisti, Domine, quæcumque solveritis super terram*, &c. quibus agnoscitur potestatem solvendi peccata fuisse Sacerdotibus a Deo concessam, & quam ipsi orationibus, absolutione, & pœnitentiis impositis exercent. Cæterum ut prædicta sese habeant, ipsos etiam Græcos in absolvendis pœnitentibus uti forma aliqua absoluta & indicativa ex ipsis Christi verbis, *quæcumque solveritis*, &c. velut proprio & paterno semine enata compertum habeo. Sum etenim ego ipse expertus quosdam, videlicet Sacerdotes Latinos timenda potius & scrupulis mota conscientia, quam sincero & tuto scientiæ lumine ductos, pœnitentes ad se ex Ecclesia Græca pro Exomologesi more Christiano accedentes in magnas conjecisse angustias, dum peccata Græcis Sacerdotibus patefacta quasi his solis orationibus, de quibus supra, minus remissa, iterum pro venia impetranda sibi detegi, & clavibus subdi præciperent; unde gravia jam parata erant nasci scandala, quasi nullum foret apud Græcos pœnitentiæ Sacramentum, & incondonata remanerent peccata: nisi aliorum, qui de Græcorum ritibus, & traditionibus optime erant instituti monitis & industria, sopita penitus fuissent & extincta: cum publice assertum est Græcos in universum absolutionis formam Latinæ consentientem, nec respuere, nec omittere: sicut ergo Latini quarto ab hinc sæculo in antiquioribus ritualibus indicativam Sacramenti pœnitentiæ formam, his verbis, *Absolvo te a peccatis tuis*, conceptam nequeunt ostendere, quæ tamen successiva traditionis serie ab antiquis PP. accepisse profitentur: parem eadem ratione, scriptis nullibi commendatam, per manus tamen a pristinis sæculis ad hæc usque tempora deductam πνευματικοὶ *Confessores*, ejusdem Sacramenti formam habere potuerunt, quas, nimirum occasione a Pœnitentis verbis accepta, communiter uti consueverunt. Forma autem est hujusmodi, ἔχω σε συγκεχωρημένον: *Habeo te condonatum*: Pœnitens siquidem omnis cum peccatis enumeratis, & cordis contritione manifestata, veniam a Deo, & a spirituali patre rogare soleat, his vulgaribus suæ linguæ verbis: παρακαλῶ νὰ μὲ συγχωρήσῃς, *precor ut condonatum mihi eroges*, si petitioni annuat, & peccatorem indulgentia dignum putet, ad mentem rogantis laudatum illud, ἔχω σε συγκεχωρημένον, *Habeo te venia donatum*, aut vernacule, ἔχεις σε συγχωρημένος, *sis condonatus*, respondet πνευματικός. Quæ verba Latinorum æquipollere formæ, & eadem virtute pollere, fuse demonstrat Arcudius lib. 4. cap. 3. præter cujus expositionem, hoc solum superest addendum: illud, *habeo te venia donatum*, aut *condonatum*, esse idem penitus ac, *facio, reddo te venia donatum*, aut *condonatum*, quod absolute est venia donare & condonare: mutua est enim activorum & passivorum consequentia & correlatio, nec nisi venia donans, alium venia donatum constituere potest: condonare autem peccatum, est illud absolvere ut D. Thomas asserit Opusculo 22. condonatum igitur aliquem habere aut facere vere est illum a peccatis absolvere. vel quod in idem redit condonatum aliquem habere, est idem quod mente illum condonatum tenere, cum non nisi ejus qui loquitur ministerio contingat esse condonatum, in Orationibus namque aliis jam jam referendis potestatem dimittendi peccata, a Deo se accepisse profitentur Græci: consequitur ejus sermone & loquela, quæ est hæc ἔχω σε συγκεχωρημένον, Pœnitentem vere constitui condonatum: ut juxta sensum suum, sermo hic operetur: atque ita etiam apud Græcos comprobetur Sacramenti formam efficere quod significat: quæ si imperative, ἔστω σε συγχωρημένος *sis condonatus*, proferatur, virtutis ejus nihil excidit. Nam & absoluta loquutio omnis, in imperativa fundari potest. sicut in hac, *Accipe potestatem offerendi Sacrificium Deo*, &c. alia hujusmodi fundatur, *Do tibi potestatem offerendi Deo sacrificium*, &c. & iterum in hac *baptizetur servus Christi*, &c. a D. Thoma aliorum relationi fidem adhibenti, Græcis imputata, alia, *ego baptizo servum Christi*, &c. Atque ita cum verba: *sis condonatus a me*, interiorem condonandi actionem importent eumdem quoque sensum inferent; idemque erit, ac *ego tibi condono*. Gaudent autem Græci passivis potius quam activis loquutionibus Sacramentorum vim exponere: ne minister eorum auctoritatis quidquam circa illa sibi irroget cumque in illis verbis, ἔχω σε excellentiæ nonnihil sonet, illis Episcopus veretur uti, & quo dignitate superior est, humilius de se in conferendo Sacramento sentit & ait, ἡ ταπεινότης μου ἔχει σε συγκεχωρημένον. *Humilitas mea habet te condonatum*: Archiepiscopo aut Patriarchæ, sufficit dicere, ἡ μετριότης μου ἔχει σε συγκεχωρημένον. *Mediocritas mea habet te condonatum*. Selectos autem & non obvios quosvis licet confessionibus excipiendis exponant Græci, fieri tamen posset ut literarum defectu ut plurimum in hoc Sacramento conferendo aberraret minister, & usu vel casu potius quam doctrinæ lumine excitus, verum ad-

Euchol.

ministrandi Sacramenti illius regulam observaret. Hinc illa vox Arcudii post longam de tolerandis Græcis in hujus Sacramenti dispensatione disceptationem. *Et Deus Opt. Max. dives in misericordia: & miserationes ejus super omnia opera ejus.* Ne ramen ignorantiæ & rusticitati Græcorum Sacerdotum dilectos sibi Orientales Ecclesia Romana de omnibus sollicita salutem moderandam reliquæ suam Pœnitentiæ Sacramenti formam typis consignatam, a quibusdam jam receptam ad eos transmittere, & distribuere curavit.

Oratio in hominem peccata confessum, quæ quidem a patre spirituali recitanda est.
Dominum precemur.

DOmine Deus salutis servorum tuorum, misericors & longanimis, qui super peccatis & malitiis nostris pœnitentiam agis: qui per Ezechielem Prophetam dixisti; Quia non voluntate volo mortem peccatoris quantum ut convertatur, & vivat ipse. Ipse humane & malorum tolerator Domine Dominator, exorare nunc quoque super servum tuum N. & modum pœnitentiæ, peccatorumque veniam illi concede; condonans illi per me indignum famulum tuum omne delictum spontaneum pariter ac involontarium. Tu enim dixisti Domine divinis & sanctis Discipulis tuis & Apostolis: Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis: quorum retinueritis, retenta sunt. Et, quæcumque ligaveritis & solveritis super terram, erunt ligata & soluta in cœlis. Ipse igitur Domine, remitte servo tuo N. per me indignum & abjectum propria quæ commisit delicta, & reconciliare, & sanctæ Ecclesiæ tuæ illum aggrega, &c. Cui quo convenit tibi gloria, potestas, magnificentia: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Altera Oratio compendiosa.
Dominum precemur.

DOminus noster Jesus Christus, & Deus qui hoc mandatum ligandi atque solvendi peccata hominum divinis & sacris suis Discipulis & Apostolis tradidit: ipse de excelso prætereat omnia peccata & omnes iniquitates tuas. Ego vero indignus ejus servus, ab ipsis idem faciendi occasiones & causas nactus: Absolvo te ab omni excommunicatione in quantum possum, & valeo, & tu indiges. Insuper ego absolvo te ab omnibus peccatis tuis quæcumque coram Deo, & mea indignitate confessus es. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Alia Confessionis Oratio.
Deus justus, qui propter nos carnem assumpsit, & universi orbis peccatum tollit: ipse suavissima sua benignitate volens, expectans, & dispensans omnibus salutem, hanc quoque, Frater, delicta tua deleat: quæcumque mea indignitati revelasti. Ego vero condono tibi omnia peccata tua. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

His orationibus utuntur Calabri, Apuli & Siculi Græci; Venetis nunquc subjecti, mentem & sensum Constantinopolitani Patriarchæ studiosus sequantur: acceptaveruque quoque illas Orientales nonnulli, & ut in usum actas memini quondam mihi ab ipsis oblatas, tranſcriptas vero & quasi laudatas & receptas quibusdam cum plerisque sint ritus orationibus recenter ad me missis, mota mihi necessitudine conjunctus Georgius Coresius Ecclesiæ CP. Theologus.

At cum plerique crassam Orientalium Sacerdotum inscitiam mirati, an simplex rudisque plebs sub Exomologesi peccata denudet, & utrum specieï numerique diversitatem agnoscat, a me exquisierint: paucis monendum arbitror, Græcos, raros nisi forte *Patres spirituales* e Monasteriis maxime selectos (Laicos enim Sacerdotes, quamvis erronee, non ita confidenter conveniunt prout subindicat Balsamonis Responsum 19.) ad hoc onus admissos, literisque *ἐπιτιμητικοῖς* instructos exponere. Illi sedentes, pœnitentes pariter sedentes (pro antiquo Latinorum more, apud Alcuinum de div. offic. ubi de capite jejunii) pro Exomologesi audiunt: si leves & venia dignas pœnitentis culpas deprehenderint, nullam adhibent absolutionem, sed de pio devotoque quodam opere exercendo monitum, amice remittunt: si lethifera, quæ *Sextenus* dicunt crimina detegunt, illa in Nomocanone juxta se posito examinant, censuramque districtioni, prout leguut, cuncta subjiciunt, & tandem pœnitenti benigne precantur, his atque aliis Orationibus, aut in remedium præteriti delicti, vel in cautelam futuri compositis: de quibus alia nonnulla Juris Græcorum pagina 397. reperies. Peccata tandem cuncta *κατονήσει*, id est, ad Canonum rigorem examinata pœnis in eis perfectis castigant & emendant, propereaque *Pœnitentiam impositam* ut Canonibus præscriptam solent ipsi *κατ' ἐκ* vocitare. Ea autem est *ἐγκράτεια ab edulio quocunque olei pisciumque & carnium & a vino abstinentia, genuflexio* seu *prostratio* *ἐπτακις* abitque numero, his verbis adjunctis *κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ λάβε ὁ ἁπλοῦς Θεὸς τὰ ζῶντα, διὰ τῆς δυνάμεως, ἐλέησόν με τὸν ἁμαρτωλὸν. τετραστιχὸν ἑξάμηνο missa per 40. dies celebranda*, divitibus *ἑξαμηνο* valet extreme & spiritualiter infirmis, ex ignorantiæ abusu, preces psalteria literis edoctis, indicuntur. Publica vero pœnitentia nulli licet amplius imponatur & relaxato nihilorum apud eos antiquo Canonum rigore a Nectarii & delecto Joannis jejunatoris mitissimi in delinquentes animi tempore, & levioribus pœnis compensato) aliquos ramen Confessione expiatos a sacra Communione, per annum vel plures, quandoque arcent. Hi non ita plene reconciliati privationem Eucharistiæ panis Eulogici, Communionis vices agentis vere tunc *ἀντιδώρου* sumptione solantur: & sanguinis Dominici fumendi loco, aquam in Theophaniis benedictam, Diacono eam *παναγιάδος* porrigente. Communionis diebus Paschatis, scilicet, Apostolorum Petri & Pauli, Assumptionis, & Christi natalitiorum, summa cum religione hauriunt, & tandem Oratione *ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ λοιπὸν* super eis recitata, ex integro Ecclesiæ reconciliantur. Horum fere omnium formā & exemplar, ne quid a quovis curiose prospectionis desideretur ex antiquissimo Euchologio Barberino, a duobus jam citatis diverso nonnullis refertis deprompsum, subjicimes.

Officium eorum qui peccata confitentur.
Dicit Sacerdos. Benedictus Deus noster, perpetuo: nunc & semper, & in sæcula.

In pace Dominum precemur.
Pro superna pace.

Pro remissione peccatorum, condonatione delictorum servi Dei N. & ut ei omne delictum spontaneum lenetiam involuntarium condonetur.

Dominum precemur.

Ut Dominus Deus ei peccatorum veniam, & pœnitentiæ tempus largiatur: Dominum.

Ut ipse, & nos pariter ab omni tribulatione, flagello, periculo, & angustia liberemur: Dominum precemur.

Sanctissimæ, immaculatæ, super omnes benedictæ.

Quia tibi convenit omnis gloria.

Deinde præsentem orationem dicit Sacerdos. Dominum precemur.

Domine Jesu Christe, agne, & pastor, &c.

Et cantat. Ter *sanctus.* Venite adoremus. *Et quinquagesimum Psalmum: & modulos sequentes: Tonus secundus.* Miserere nostri Domine, miserere. Gloria. Domine miserere nobis. Et nunc. Misericordiæ portam. Domine miserere; *quadragies. Ipse vero in terram prostratus dicit ter.* Peccavi Domine: parce mihi. *Et exurgens alt.* Deus propitius esto mihi peccatori.

Dominum precemur.

Deus Salvator noster, qui per Prophetam, &c

Tum vero pœnitens sublatis in cælum manibus dicit. Domine Pater cæli & terræ quia tu omnia cordis mei secreta nosti: *Mox cum flenti voce interrogat.* Frater: ut quid ad Deum & ad me accessisti: ne vereatis: non enim mihi, sed Deo, coram quo stas, peccata tua confitens.

Quomodo corrupta est integritas tua, fornicatione, mollitie, vel legitimo matrimonium propositio?

An propter fornicationem, vel alium quemvis modum, jamentum cruce interposita firmatum irritasti?

Mulieri in Ecclesia commixtus? aut animalis, vel maris copula iniquatus?

Tum pluribus circa varia peccata deinceps adjunctis interrogationibus, subditur.

Καὶ ἐρωτᾷ αὐτὸν ὁ ἐπιτιμῶν εἰς τὰ ἄλλα. καὶ μετὰ τὸ ἐρωτῆσαι περὶ λαπτὸν πάσσον τὸ πένθος, καὶ ἐρεύνησον τὸν βίβλον πάντας, ὅπως ἁμάρτημά ἐστι καὶ ἐκκλησίας αὐτὸ ἐμφανὲς τῆς βίβλου πάντας, ὅπως ἁμάρτημά ἐστι· εἶπε λέγε πάντα.

Circa alia quoque Pœnitentiarius Interrogat. Et postquam omnium interrogaverit de singulis, ipsum indicem: & quale sit peccatum inquire, & cum hoc libro confer, ut quale sit peccatum dignoscat: & ipsi debitæ jubjunge.

Fili mi spiritualis, abjectus sum & humilis peccator: ejus propterea qui apud me confitetur, non valeo remittere super terram peccata; sed Deus est, qui illa condonat. Propter illam autem divinitus prolatam, post Christi resurrectionem auditam, & Apostolis dicentem vocem. Quorum dimiseritis, & quæ sequuntur: propter illam, inquam, & nos confisi, dicimus. Quæcumque tenuissimæ meæ humilitati enarrasti, & quæcumque minus ex ignorantia vel oblivione, qualecumque sit, exprimere non valuisti: condonet tibi Deus, in præsenti sæculo, & in futuro.

Adjunge & istam Orationem.

Deus, qui Davidi propria peccata confitenti per Nathan pepercit, qui Petrum negationem lugentem, & meretricem ad pedes flentem, & publicanum & prodigum suscepit: ipse Deus, per me peccatorem in præsenti & in futuro sæculo tibi parcat: & indemnatum te in tremendo suo tribunali sistere faciat. De revelatis autem in confessione hoc tuis criminibus nulla sit tibi sollicitudo. Vade in pace.

Oratio in eum qui peccata confessus est.

Domine Deus noster, qui Petro & meretrici &c.

Τέκνον μου πνευματικὸν, ἐγὼ ὁ ταπεινὸς καὶ ἁμαρτωλὸς, ὁ τῇ ἐμῇ ταπεινότητι ἐξομολογούμενος οὐκ ἰσχύω ἀφιέναι ἁμαρτήματα ἐπὶ τῆς γῆς, εἰμὴ ὁ Θεός. διὰ δὲ τὴν θεόλεκτον φωνὴν ἐκείνην, τὴν μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀνάστασιν γινομένην, τὴν πρὸς τοὺς Ἀποστόλους λέγουσαν· ἄν τινων ἀφῆτε καὶ τὰ ἑξῆς. εἰς ἐκείνην καὶ ἡμεῖς θαρροῦντες λέγομεν. ὅσα ἐξεῖπες τῇ ἐμῇ ἐλαχίστῃ ταπεινότητι, ὅσα οὐκ ἐφθάσεις εἰπεῖν, ἢ κατ' ἄγνοιαν, ἢ κατὰ λήθειαν οἷον δή ποτε, ὁ Θεὸς συγχωρήσει σοι, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.

Συνάψον καὶ ταύτην τὴν εὐχήν.

Ὁ Θεὸς ὁ συγχωρήσας Δαβὶδ διὰ Νάθαν τοῦ προφήτου τὰ ἴδια ἐξομολογήσαντι κακὰ, καὶ Πέτρου τὴν ἄρνησιν κλαύσαντος πικρῶς, καὶ πόρνης δακρυσάσης ἐπὶ τοὺς αὐτοῦ πόδας, καὶ τελώνην, καὶ ἄσωτον· αὐτὸς ὁ Θεὸς συγχωρήσει σοι δι' ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ ἀκατάκριτόν σε παραστήσει ἐν τῷ φοβερῷ αὐτοῦ βήματι· περὶ δὲ τῶν ἐξαγορευθέντων ἐγκλημάτων μηδὲ μίαν φροντίδα ἔχης· πορεύου εἰς εἰρήνην.

Εὐχὴ εἰς ἐξομολογούμενον.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ τῷ Πέτρῳ καὶ τῇ πόρνῃ Ut supra.

Circa has Orationes animadverto desiderandum esse ut omnes illis uterentur Confessores: penultima namque earum indubitatam tenet Sacramenti Pœnitentiæ formam his verbis contentam; ὁ Θεὸς συγχωρήσει σοι δι' ἐμοῦ. *Per me tibi condonet Deus*, quamvis enim deprecativa prima fronte appareat, absoluta nihilominus his dictionibus δι' ἐμοῦ *per me* redditur, auctoritatemque a Deo acceptam quam prius minister memorabat, reo pœnitenti applicat, & indulgentiæ divinæ instrumentum, & causam subordinatam se prædicat: in editis tamen vel M. S. quibusque aliis desideratur.

Ad calcem tandem hujus elucubrationis animadverte: Pontifices quosvis maxime Episcopo superiores, diplomata quædam, a pœnis & Canonibus non plene adimpletis Pœnitentes eximentia, maxime circa discessum ex hac vita extra Sacramenti susceptionem, ut hanc κατὰ γράμμα συγχωρητικόν, concedere; & hæc συγχωροχάρτια, *chartæ condonativæ*, indulgentiarum vicem, apud Græcos obtinent: earumque forma in Allatiano Euchologio extat.

Oratio condonatoria in omnem necessitatis eventum.

Germanus Dei misericordia, Amathentis Episcopus civitatis Nemesi & Curearum præfectus.

Fidem præbet hujus tertiæ assertionis veritati S. Methodii auctoritas, qui præsenti Canone edito, modum quo transfuga quisque a fide, pro ætate, & viribus, Ecclesiæ foret restituendus edixit: cunctosque καθάπερ οἱ βαπτιζόμενοι *more baptizatorum*, Unguento sacro denuo ungi voluit. Quam auctoritatem advertens Arcudius, modo suspicatur eum Canonem non esse auctoris illius & S. Methodii opus genuinum, sed alterius Methodii Schismatici fœtum adulterinum: modo de Hæreticis non Confirmatis sermonem haberi: nunc corruptionem in Canonem irrepsisse: & tandem qualiscumque Methodius auctor fuerit, modicæ auctoritatis fuisse audet asserere, ut ritum omnino condemnandum, & quo videtur iterari Confirmationis sacramentum in Ecclesiam induceret. At primo cum MS. sexcenta, eaque Methodio juniore Schismatico extra dubium omne antiquiora, & auctores inter Latinos pariter ac Græcos non excipiendi, sanctissimo æque ac doctissimo Methodio Confessori, opus hoc adscribant, non est cur & frustra detrahere velit Arcudius. Ac ne proferam qui eum Canonis hujusce parentem in suis Bibliothecis proclamant Possevinum & Gesnerum; certe quasi scriptorum Ecclesiæ voce de illo scribit Baronius anno 842. num. 20. Methodius ad revocandos in Ecclesiam lapsos, mirifice laboravit. Quod vero hi reperirentur variæ ætatis, diversæque conditionis: ne vilesceret Ecclesiastica disciplina, illos omnes diverso modo censuræ Ecclesiasticæ voluit esse subjectos. Quamobrem pro salute omnium ejusmodi promulgavit edictum, cui ejusmodi titulus reperitur inscriptus. *Methodii sanctissimi Patriarchæ Constantinopolitani, de iis qui abnegarunt per diversos modos & ætates.* Moxque insuper totum Canonem juxta veterum exemplarium lectionem, exacte, verbo tenus, velut Canonis & auctoris fidem firmaturus, exarat. Et vero Cedrenus ipse hæresim quamdam extinctam simul ac natam, Methodii laboribus & industria, moxque ejus auctores & asseclas cunctos, sancto Chrismate illis inuncto, in gratiam cum Ecclesia revocatos enarrat, his verbis. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ἡ τῶν Ζηλίκων λεγομένη αἵρεσις, ἅμα τῷ ἀρχηγῷ Ζήλικι τῷ ἐπὶ τοῦ σεκρέτου, ἀπεσβέσθη, καὶ διεσκεδάσθη, αὐτοῦ τε καὶ τῶν ὁμοφρόνων μεταχθέντων εἰς θεοσέβειαν, καὶ τῷ θείῳ μύρῳ χρισθέντων, καὶ τελειωθέντων. *Sub hoc tempus Hæresis quædam Zelicum nomine exorta simul cum principe suo Zelice qui a Secretis erat, extincta & dissipata est, ipso & sectatoribus ad veram religionem conversis, sacroque Chrismate unctis & perfectis*. Quibus verbis χρισθέντων καὶ τελειωθέντων *Unctisque & consummatis*, sive perfectis, præter Unctionem præfatis Hæreticis adhibitam, insinuat quoque super eos pronunciata verba Confirmationis juxta præfatum Methodii Canonem. Perfecti enim sacro Unguento dicebantur, non tantum quibus sola unctio applicaretur: sed præterea super quos verba prædicta tamquam perfectio & complementum proferrentur. Quamquam neque hæc verba, immo nec ullam prædictæ Methodianæ Cæremoniæ particulam, sacramenti virtutem obtinere, contendam.

Forte quis dicet, hinc non probari a Cedreno præfatum Canonem fuisse antiquissimi illius Methodii. At cum possit tantum tribui, vel supra memorato Methodio illustrissimo, qui floruit circa annum 840. & sequentes: aut alteri Schismatico, qui circa annum 1240. sedem obtinuit Constantinopolitanam: Cedrenus vero medius fuerit circa annum 1060. non potuit non loqui nisi de priore Methodio.

Deinde vero quod ait Arcudius, hunc Canonem Methodii intelligi de inconsignatis, seu qui apud Hæreticos non fuissent Confirmati, sive quod illud sacramentum neglexissent, vel omnino rejecissent, ut de Novatianis clare testatur Theodoretus citatus de fabulis Hæreticorum, sive quod inter eos non essent veri Episcopi, id est, vere Ordinati, qui illud administrarent: id, inquam, non est verisimile. Neque enim de uno aut altero Hæreticorum genere, puta Novatianorum, loquitur, verum de quacumque penitus secta, quam quidem ubicumque disseminata fuerit, Confirmationis sacramentum repudiasse, aut semper vere Ordinatis Episcopis caruisse, non est minus sincere asserendum. Deinde loquitur etiam Methodius de illis qui præcoci ætate, tormentorum vi, aut infirmitate animi, a fide prius professa lapsi sunt: hos autem, utpote in vera Ecclesia baptizatos secundum antiquam totius Ecclesiæ, & perpetuam Orientalis consuetudinem, statim post baptismum Confirmatos fuisse, nemo nescit: quos tamen Methodius adhuc ungi, quemadmodum baptizatos; nec non super eos eadem verba, quæ in Confirmatione, pronunciari instituit, aut certe observari curavit ritum alias retro prioribus sæculis jamdudum institutum.

Hunc præterea Canonem neque irrepticium neque corruptum, præterquam quod constat ex ipso Baronio jam citato, qui illius a Methodio editi mentionem facit, imo & integrum sub ejus nomine scriptis suis inserit, sexcenta fere exemplaria, item Græcorum omnium, tum Latinorum a me productorum consensus evincunt, quæ omnia corruptionis & falsitatis arguere facile est, at convincere, non ita: quicquid sit, nisi probetur, facile nobis persuadere non poterimus.

At Methodius non est tantæ auctoritatis, inquit Arcudius, ut contra sacram scripturam decernat; quod per octingentos annos Orientis Ecclesia in usu non habuit: ita pagina mihi 104. & 123. peculiaris est ait ex Armenopulo, hæc Methodii constitutio, quæ aliter, quam de cæremoniali unctione absque prolata verborum forma, aut de Hæreticis non Confirmatis intelligatur, tanquam nova, doctrinæ Patrum minime consentanea, & sacris paginis contraria, penitus rejicienda est.

Verum potuisset mitius cum Methodio Arcudius agere. Quis enim credat Methodium acerrimum fidei defensorem, eumque doctissimum, aliquid aut sacris codicibus, aut doctrinæ a majoribus acceptæ repugnans fecisse, vel etiam cogitasse? Fateor itaque cum omnibus Catholicis, Confirmationis sacramentum denuo conferri non posse, ac proinde Methodianum hunc ritum sacramenti rationem non obtinere: fateor etiam cum Arcudio nonnisi de Cæremoniali unctione posse intelligi. At dico, prolationem verborum, σφραγὶς δωρεᾶς Πνεύματος ἁγίου non secus ac unctionem pure Cæremonialem, omni penitus exceptione indigenam non esse seu quod per intentionem tum Canonis, tum ministri, Hæreticos reconciliantis, potuerint tam verba citata, quam prædicta unctio, seclusa omni ratione sacramenti, ad ritum pure Ecclesiasticum restringi, ac

determinari: nimirum ut hac signorum exteriori repetitione, aut amissæ gratiæ, quam receperant in Confirmatione, aut numquam acceptæ propter hæresim memores fierent.

Porro si quis animo repetendæ Sacramentalis Confirmationis hunc ritum Methodianum usurparet, nefariæ Hæreseos labe carere haudquaquam posset. Quare si qui ea mente etiamnum illud faciant, non modo Arcudianæ censuræ, sed & totius Ecclesiæ judicio eos subjectos esse volo: immo nec facile probarem, quamvis recta cum intentione, nunc temporis ab aliquo alio ritum præfatum observari: ne scilicet repetendi hujus sacramenti vel minima occasio Hæreticis offerretur, qui quod sancte, & simplici animo antiquitus fuisset observatum, illusorie & decipiendi causa possent usurpare: sicque Hæreses renovarentur potius quam extinguerentur. Si hoc modo temperet censuram Arcudius, & Methodii canitiem & zelum fuerit veneratus, jam non erit inter nos ulla concertationis atque dissidii materia. Quænam vero fuerint justæ causæ, quæ pristinos Patres ad ungendos Hæreticos ipsumque Methodium impulerint, & quandonam primum præfatam de unctione & verborum pronunciatione consuetudinem Canone edito invexerint, operæ pretium erit examinare. Certe qui noluerit primam consuetudinis hujus institutionem ad Concilium Constantinopolitanum primum revocare, non poterit ante quintum sæculum completum, illam dudum usitatam negare, cum de hujusmodi usu fidem faciat Timothei Sceuophylacis, qui circa annum 480. illud scripsit, Opusculum, Tomo sexto Bibliothecæ PP. Latinorum reperiendum: ejusdemque veritati attestentur supra relata Regia & Barberinum MM. SS. ante octingentos annos absque controversia exarata, si tamen Illustr. de Marca, & expertissimo Allatio nihil derogatum velimus: ac insuper ille sanum sanctumque ritum eundem auctoritate doctrinaque sua singulari confirmet, tractatu de Primatu Lugdunensi Pag. 493. & sequ. Quod ipsam vero constitutionis originem & causam, conjicit ea fuit antiquorum Patrum scriptis firmata mens, & sensus ab omnibus receptus, nullum esse quoad virtutem proficuum sacramentum quod cum infidelitatis præsertim obice susciperetur. Unde cum sacra Chrismatis Unctione Spiritus sancti plenitudinem animæ conferri, & veræ fidei per eam testimonium reddi conspicerent: ex adverso vero non posse illam profiteri, qui se in Ecclesia subjicit Hæretico Pontifici, cujus errores mente amplectitur, aut saltem exterius profitetur: Unctionem propterea illius, nullum in anima gratiæ effectum, nullum Spiritus sancti donum incussisse, merito prædicabant. Hinc frequentes illorum sententiæ, quibus Spiritum sanctum in Confirmatione ab Hæreticis ad alios derivare non posse, nec donari, qui non haberetur, in Ecclesia quondam resonabant: sicque prudenter coeperunt propalata infidelitate, suscipientem ad Pœnitentiæ studium provocare, ferventes & publicas ad Deum pro illo preces fundere, & repetitis Confirmationis Cæremoniis, Confirmationis ipsius defectum, gratiæ nimirum absentiam supplere, fidem protestari, & ad eam audacius enunciandam Spiritus sancti adventum efflagitare, & denique ut cum sanctorum Doctorum turba loquar, infidelitatis crimen, & quam secum traxerat ruinam & perniciem, Spiritus divini sanctificationibus, per Unctionem, vel manus impositionem compensare. Deinceps autem cum fidei desertor per lapsum in Hæresim, aut in nefariam sectam consensum, fidemque quam in Confirmatione prædicandam propugnandamque modis omnibus pollicitus fuerat, donatumque sibi Spiritum sanctum abjiciat, conculcet, extinguat: ut & illum removet, & Dei Spiritum in se revocet, quasi Confirmationem (quæ tamen denuo repeti nequit) exposceret, ejus signa Cæremoniasque suscipit: & hoc pacto Confirmationis gratiam, & effectum, prius deperditum in suorum animis reparare, Orientalis Ecclesia adinvenit. Non ita tamen ut assertum velim, ritum hunc ex se propriaque virtute, posse opus tam sublime & arduum (quale est in anima reparatio gratiæ pro solito sacramentorum virtuti connexa) producere: quid namque ad gratiam restituendam imbecillius, Cæremonia humanitus adinventa, & instituta? Sed quod vel Ecclesiæ precibus, vel Sacerdotis meritis, vel conversi humilitate, vel tandem, ut latius dicam, pœnitentiæ simul semper adjunctæ vi & potentia infidelitatis defectus omnis resarciatur, sanctitasque cuncta per Confirmationem adveniens, rursum per iteratum ejus ritum concedatur: qui, quia Confirmationem imitatur, & ad Confirmationis effectum reparandum tendit, ad eam pertinere, ex sanctis Patribus potest asseri: quia vero Pœnitentiæ demissionem, & infidelitatis confessionem adjunctam habet, & ad eam a mente obliterandam operatur, mere reconciliativum esse profiteor: quod & observatio sequens manifestat.

Euchol.

5 Sane hanc esse sanam totamque Græcorum opinionem nullatenus est diffitendum, ubi se Justini doctrinæ sequaces profitebuntur, eandemque Latini volent esse probatam & acceptam. Is porro cum in responsionibus ad Orthodoxos, cum sibimet quæst. 14. objecisset baptismum Hæreticorum velut falsum & frustraneum non esse iterandum, Ordinisque ab eisdem accepti stabilem permanere inaugurationem: quasi Confirmationis Unctionem denuo adhibitam sigillaret, de illa tacet in quæstione, in responso vero de Baptismo, & Chrismate, dubietatem omnem depellere nititur, & Baptismi quidem ab Hæreticis suscepti nævum, Unguenti sancti unctione scribit abstergi; Ordinationis vero, quæ *manus impositione* perficitur, & est vera perfecta germanaque χειροτονία alia non adeo laudata vel in pretio habita ceu inferiori, et pœnitentiali vel saltem cæremoniali *manus adductione*, χειροθεσίᾳ, labem tolli docet: τὸ βαπτίσματος τὸ σφάλμα διορθοῦται τῇ ἐπιχρίσει τοῦ ἁγίου μύρου, τὸ δὲ χειροτονίας τῇ χειροθεσίᾳ. οὐδὲν τῶν πάλαι μένει ἄκυρον: *& nihil eorum quæ antea fuerant, remanet inabolitum*. Superest itaque, *si nihil abolitum est*, Baptismum Confirmationemque semper illi solitam adjungi, sicut & Ordinis potestatem in baptizato, & ab Hæreticis ordinato salvam & integram reperiri. Hujus autem χειροτονίας, non alia χειροτονία, sed tantum χειροθεσία (cujus a præcedenti discrimen alibi subindicavimus) corrigitur: Quidni ergo ut & τὸ τοῦ μύρου χρῖσμα ἄκυρον; ut antiquum dico Chrisma & ejus Unctio non sit irrita, sive a Catholico sive ab Hæretico sit accepta, alia simili Unctione mere pœnitentiali, priorisque emendatrice, si nulla omnino prout supra exposuimus habeatur; vel renovatrice & reparatrice, si Catholicus minister eam perfecerit, non poterit denuo propter Ecclesiæ propositum & preces, & lapsi pœnitentiam exsuscitari, & in priorem statum reduci?

6. Κατὰ τὴν ὡρισμένην τάξιν.) Ordo Pœnitentiæ hic est, ut fidei desertor Ecclesiæ reconciliandus duabus quadragesimis jejunet, genuflexiones oret, toties *Domine miserere*, dicat, quæ sunt opera satisfactionis, & Pœnitentium in gradu *flentium* constitutorum propria: ubi vero λαμβάνει ἱκεσίας τὰς εὐχάς *suscipit reconciliatricas preces* per octo dies continuos tunc dubio procul ἐν τοῖς εὐχαῖς *orationibus subjici et substerni* intelligitur: si sponte transfugerit, quia mysteriis indignus habetur, inter συνεστῶτας *consistentes* locum habet, alias ex infirmitate fidem abnegans, ἀξιοῦται τῶν ἁγιασμάτων *communionem sacramentorum accipit*, & fit de numero τῶν μετεχόντων. Tuncque quasi denuo baptismi gratia, recuperata recens Illuminatorum opera exequitur.

7 Σφραγῖδα [illegible]) Quam recta fuerit de Confirmationis Charactere Methodii sententia, satis clare indicant hæc verba: per Hæresim nimirum, unctionis in baptismo receptæ non deleri sigillum, sed obfuscari tantum, & quasi ex parte obliterari: eapropter orat ecclesia ἀνανεῶσαι σφραγῖδα ... *ut impressus*

character expressus apparet : id est, non tantum res sacramenti, sed ejus virtus : non actus primi impressio, sed actus secundi expressio ; fidei nimirum illibatæ publica professio, cunctis nota hac & manifesta

8 Τὸν ἡγιασμένον.) In unitaris numero posita vox ἁγιάσματα, *sustrelem aquam* ; in multitudinis ; *corporis & sanguinis Dominici communionem* ; vel ; *panis benedicti & aquæ partici sanctificatæ perceptionem*, *significat*. Utrumque vero sensum potest hic obtinere : Vi namque tormentorum a fide lapsus, post reconciliationem ἁγιασμάτων corporis & sanguinis Christi fit particeps ; spontaneus autem transfuga, communione ad mortem usque privatus, panem benedictum & aquam lustralem, ἁγιάσματα percipit. Scribit enim Codinus cap. 17. τὸ ἁλᾶσμενον τῷ παρ' ἡμῖν ἅγιασμα, ὃ φασιν ἁγίασμα. *Sanctum populo distribuunt*, *quod panis benedictus dicitur*. Gravius itaque delinquentes Canonibus subjecti, vel etiam quilibet propria voluntate a Communione abstinentes, κατὰ μετανοίας diebus ; Paschatis nimirum, Apostolorum festo die 29. Junii, Assumptionis Deiparæ & Nativitatis Dominicæ, præmisso quatriduano jejunio, Diaconi ministerio, sacræ communionis ritu, præcedentibus nempe cereis, ἐν καθίδι sanctam aquam ebibit, & missa completa, panem benedictum Sacerdotis manu accipit : illorumque sumptione, sanctitatem sibi comparate, communionis orbitatem compensare, vel saltem hoc pacto solari confidit.

Post hæc scripta, MS. quoddam, Ecclesiæ Græcæ in admittendis & recipiendis Manichæis Hæreticis fidem requirentibus, manifestans lucem, forte fortuito in Bibliotheca Regia occurrit : quod hic lubentius adjicimus, quo lectionem ejus Ecclesiasticæ historiæ fore utilem, & Anathematismos illius impietatis superius positos, & in Euchologiis repertos, exinde facilius percipiendos novi.

b

ORDO SERVANDUS CIRCA EOS QUI A MANICHÆIS ad puram & veram fidem nostram Christianam accedunt.

Accedens ad rectam fidem præcedenter quidem jejunare tenetur duabus hebdomadibus : tum mane & vespere orationibus vacare, & tredituum in sacris Evangeliis a Domino nostro Jesu Christo oratorum, nec non & sanctum symbolum, & psalmorum aliquos recte tenuisse. Sacerdos deinde omni suo Sacerdotali ornatu indutus penes Baptisterium stans ; præsentibus qui adesse voluerint, renunciaturus advocat ; & illum capite nudatum juxta sanctam pisinam collocat : & dicit ad eum. Dic Anathema Manetî Manichæo, qui se Paracletum, & Jesu Christi Apostolum appellare attentavit. *Illoque assentiente, & eadem verba proferente, aut per seipsum, aut si Græcam linguam nesciat, per interpretem, aut si puer fuerit, per suffragatorem : versum sequentia Sacerdos infert : & secundum modum eumdem fiunt responsa. Et omni Anathematismo completo, dicit Diaconus* - Dominum precemur. *Et* Domine miserere. *Et converso capite inclinante : hanc orationem super eum facit Sacerdos.*

Deus magnus, & excelsi nominis, qui tenebras pristinas oris tui verbo illuminasti, qui ad peccatorum propitiationem unigenitum Filium tuum in terram misisti, qui sedes super Cherubim, & a Seraphim glorificaris : cui omne genuflectetur cœlestium, terrestrium, & infernorum & omnis lingua confitebitur. Rex sæculorum qui errantem ovem in Salvatoris nostri Jesu Christi ovile congregas, qui peccatorem a via erroris ejus averti : ipse quoque

ΤΑΞΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗ ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΑΠΟ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ

ἐπιστρέφουσι πρὸς τὴν καθαρὰν καὶ ἀληθινὴν πίστιν τῶν χριστιανῶν.

Προσερχόμενος μὲν ὁ προσερχόμενος τῇ ἀρθῇ πίστει σφόδρα πρώην ἑβδομάδας δύο, καὶ χαλιζέσθω τῇ ψυχῇ σφόδρα καὶ δέλτος, ἀλλαβέσθω τε τὴν ἐν ταῖς ἁγίαις ἀναγνώσεις παραδοθεῖσαν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσευχὴν, καὶ τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, καὶ τινας τῶν ψαλμῶν. εἶτα περιτεθέντος τῷ ἱερατικῷ στολῇ ὁ Ἱερεὺς ἐπὶ τῆς βαπτιστηρίου, συμπαρόντων καὶ ἑτέρων πιστῶν ἂν θελήσωσι, μεταλαβέτω τούτου, καὶ ἐστὼς πρὸς τῆς ἁγίας κολυμβήθρας ἀποκαλύπτον ἔχοντα τὴν κεφαλὴν, φησὶ πρὸς αὐτόν. εἰπὲ ἀνάθεμα Μάνεντι τῷ Μανιχαίῳ, ὃς ἐτόλμησεν αὐτὸν παράκλητον ἑαυτὸν καὶ Ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ χεῖρα σωτηρίου, καὶ λέγοντος τὰ αὐτὰ ῥήματα ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ δι' ἑρμηνέως, ἢ καὶ αὐτὸς μὴ γράμματα εἰδὼς, ἢ δι' ἀναδόχου αὐτῷ, εἰ παιδίον ἐστὶ. πάλιν ὁ Ἱερεὺς ἐπιστρέψας τὸ ἀνάθεμα, καὶ γίνεται ἀπόκρισις κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τοῦ ἀναθεματισμοῦ παντὸς πληρωθέντος, φησὶν ὁ Διάκονος. Τὸν Κύριον δεηθῶμεν. καὶ Κύριε ἐλέησον. καὶ κλίνας τὴν κεφαλὴν ὁ ἐπιστρέφοντος, ὁ Ἱερεὺς ἐπ' αὐτῷ ποιεῖ τὴν εὐχὴν ταύτην.

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ μεγαλόσωμος, ὁ τὸ πρῶτον σκότος φωτίσας τῷ λόγῳ τῷ στόματός σου, ὁ τὸν μονογενῆ σου Υἱὸν ἐξαποστείλας εἰς τὸν κόσμον εἰς ἴλασμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, καὶ δοξαζόμενος ὑπὸ τῶν Σεραφίμ. ὁ πᾶν γένος κάμπτων τῷ ἐπιτάγματι, καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται Βασιλεῖ τῶν αἰώνων, ὁ ἐπισκοπάζων τὸ πεπλανημένον πρόβατον εἰς τὴν πρώτην. τὸν Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὁ ἐπιστρέφων ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ. αὐτὸς ἐπίστρεψον καὶ τὸν δοῦλόν σου ἀπὸ τοῦ σκότους τῆς ἀπωλείας πρὸς τὸ φῶς τὸ αἰώνιον, ἀνακαλέσας αὐτὸν ἀπὸ τῆς πλάνης τῆς βλάβης εἰς τὴν θεογνωσίαν τῆς μετανοίας. σὺ Υἱὲ, ἐδράσωσον αὐτοῦ τὴν καρδίαν ἐν πίστει, ἐν ἀγάπῃ τῆς Χριστοῦ σου. μεσίδιά τε κλῆρον αὐτῷ χάρισαι ἐν τῇ ἐκλεκτίᾳ σου· σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐκτὸς σοῦ ἄλλον οὐκ οἴδαμεν. τὸ ὄνομά σου ἐπονομάζομεν ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ παντὸς εἰς ἀλλαγμένος ὁ Θεὸς ἡμῶν καὶ ὁ μονογενὴς σου Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον... νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Μετὰ δὲ τὸ, ἀμήν, σφραγίζων αὐτὸν ἀπολύει· καὶ λοιπὸν ὁ ἀναθεματίσας γίνεται χριστιανός. τὸν δὲ λογίζεται ὡς χριστιανὸς ἀβάπτιστος, ἐπὶ τῷ γνῶναι τὸ χριστιανικὸν τὰ παιδία τὰ μέλλοντα βαπτίζεσθαι τῇ ἕξῃς ἡμέρᾳ συναριθμεῖται τοῖς κατηχουμένοις. λουόμενοι δὲ αὐτὸν καὶ ἀπολουόμενον εἰσάγει ὁ ἱερεὺς, καὶ ἔστωτα ἐνδοθὲν τῆς τοῦ πυλῶνος, καὶ ἀναπολάς, καὶ ἐμφυσῶν αὐτῷ τρὶς σφραγίζει τὸ μέτωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ στῆθος καὶ ἐπωμίδας καὶ χεῖρα αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, λέγων τὸν αὐτὸν τρόπον.

Ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου Κύριε. Habetur in officio de baptismo.

Καὶ μετὰ τὸ, ἀμήν σφραγίζων ἀπολύει, καὶ ἡ ἑπομένη ἐξορκίζεται. πάλιν δὲ τὸν αὐτὸν ἄγων ὁ Ἱερεὺς εἰς τὸν αὐτὸν ἡμέρα τρίτον εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ τὰ ὦτα αὐτοῦ, ὃ ἐπιλέγων τῷ ἐξορκισμῶν τὰς ὄψεις· αὐθις σφραγίζει καὶ ἀπολύει, καὶ ὅτε πάλιν καταχθούσης εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀκροᾶται τῶν γραφῶν. εἶτα τελευταῖον πάντων τῶν ἐπὶ τῷ βαπτίσματι συνομιστέων, ἀξίωται τῆς θείας γενέσεως.

ferrum tuum ab adversarii tenebris ad æternum lumen converte, & ab errore diaboli ad divinum unigeniti Filii tui cognitionem revoca. Cor illius in fide, & in dilectione Christi tui confirma : partem illi, & sortem in Ecclesia tua largire. Tu enim es Deus noster, extra te alium non novimus : nomen tuum invocamus, ut jugiter & ab omnibus sit benedictus Deus noster, & unigenitus Filius tuus, & Spiritus tuus sanctus : nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et responso, Amen, signatum dimittit Sacerdos. Mox ipse Hæreticus Anathematizans fit Christianus, id est, reputatur ut Christianus nondum baptizatus : quales solent Christianorum pueri adhuc baptizandi. Sequenti autem die Catechumeni annumeratur. Exutum enim illum, & prædibus nudatum ducit, & intra templi fores ad Orientem stantem Sacerdos, & ter in faciem & pectus ejus exsufflans, in frontemque ejus capiti manum, dicit hanc orationem.

In tuo nomine Domine &c.

Et responso, Amen, signatum crucis dimittit : & sequentis diu exorcismus aggreditur. Iterum namque in templum illum Sacerdos ducit, & in faciem & in aures ejus exsufflat : exorcismumque orationem subjungit, ruri signoque crucis signatum dimittit. Atque ita desinente ut Catechumenus seu instructus, in Ecclesia morandi, & scripturas audiendi jus obtinet. Deinde perfectis omnibus circa baptismum ordinatis : divina regeneratione dignus habetur.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΕΙΣ ΙΕΡΕΑ ΕΝΙ

πνευδόντα.

Μετὰ τὴν ἐπιστασίαν ἀδὴς ἀνίστανται. Καὶ παύσας ἀναγνῶν. Ἀρχάτω τὸ Τεταγμένον. καὶ Κύριε ἐλέησον, ιβ'. Δεῦτε προσκυνήσωμεν ρ'. τὸν ν'. Εἶτα τὸ Κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες. Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν. τὸ, Ἄφες, ἄφες. Καὶ Ἀπολυτίκιον. καὶ κοντάκιον, τῆς ἡμέρας, καὶ ὅτως. Τὰ ἑξαπτέρυγα πάντα.

Ἦχος β'.

Ἡμαρτον εἰς σέ, Σωτὴρ, ὡς ὁ ἄσωτος Υἱός δέξαι με, Πάτερ, μετανοοῦντα, καὶ ἐλέησόν με ὁ Θεός.

Κράζω σοι Χριστὲ Σωτὴρ, τῷ πελάσαι τὴν φωνήν· ἐλέησόν μοι, ὡσπερεὶπον, καὶ ἐλέησόν με ὁ Θεός.

Ἦχος πλ. α'.

Τὴν ταχεῖαν σου σκέπην καὶ τὴν βοήθειαν καὶ τὸν ἔλεον δεῖξον ἐπὶ τὴν δούλωσιν, ἐκ τῶν κύματα, ἀγνὴ, σὺ καταπράυνον τὴν μανίαν λογισμῶν, καὶ ἐκ πονηρᾶς με ψυχῆς, ἀνάξησον, Θεοτόκε· οἶδα γὰρ

OFFICIUM IN SACERDOTEM TURPI somnio pollutum.

Post pollutionem somnii obscœnitate excitatum, confestim e lecto exilit. Et benedictione præmissa. Incipit ter Sanctus. Domine miserere, *duodecim vicibus.* Venite adoremus, *tribus.* *Psalmum quinquagesimum.* *Deinde.* Domine exaudi orationem meam. Deus in adjutorium meum intende. Gloria in excelsis Deo. Credo in unum Deum. Remitte, condona. *Dimissorium, & Breviculum diei. Et denique hoc pacto, Modulos sequentes.*

Tonus secundus.

In te velut adolescens prodigus, Salvator, peccavi : pœnitentem, me, Pater suscipe, & miserere mei Deus.

Ad te, Christe Salvator, publicani vocem emitto : propitius esto mihi, sicut & ipsi : & miserere mei Deus.

Tonus obliquus primus.

Festinam protectionem, & auxilium servo tuo manifesta, & vanarum cogitationum fluctibus repressis, animam meam lapsam erige, Deipara Virgo.

novi enim, novi, te quæcumque vis posse. Tor Sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster.

Versus alii. Tonus gravis.

Ut qui in latrones incidit, & vulneratus est: sic & ego in scelera incidi, & jam vulneribus saucia est anima mea: ad quem reus ego confugiam, nisi ad clementem animarum medicum? Insuide in me Deus magnam tuam misericordiam.

Vélut adolescens prodigus, accedo etiam ego, Misericors; procidentem me tibi Deus suscipe, velut unum e mercenariis tuis, & miserere mei.

Tonus obliquus quartus.

In meorum cogitationum latrones incidi, & mente miser spoliatus, graviterque percussam vulneribus animam offendo, hinc in vitæ via virtutibus nudatus jacco. Sacerdos vulneribus lacerum me conspiciens, a me visum avertit, Levitaque rursum intolerandum satis lauguorem, animæ meæ perniciem inferentem, me viso, prætergressus est: at tu cui non e Samaria, sed e Maria incarnari complacuit, Christe Deus, clementia tua medelam mihi affer, infundens in me magnam tuam misericordiam.

Tremendum judicii diem mente volvo, & pravos actus meos deflco. Quomodo tegi æterno respondebo? qua vero fronte judicem respiciam prodigus ego? Pater pie Fili unigenite, Spiritus sancte, miserere mei.

In planctus valle, in loco a te præstituto cum fœderis justum judicium redditurus misericors, ne secreta mea in publicum proferas, vel coram Angelis me confundas: sed parce Deus, & miserere mei.

Gloria.

Arbor illa infrugifera sum omni compunctionis fructu sterilis: abscindi vereor igeomque illum æternum metuo: obsecro propterea te noxæ calamitatem illam me conversa, & salves.

Et nunc. *Deipare.*

Roma ipse mundi, Delpara virgo, tuam & solam protectionem deposco: compatere mihi peccatori, & misericordem Deum deprecare, ut animam ab omni periculo liberet, sola benedicta.

Domine miserere, *Quadragenta vicibus dicitur & hæc Oratio quæ est Marci Monachi.*

Libabe, impolluteque, manifestissime Domine, qui humanitatis tuæ assumptione a corruptione naturam nostram liberam reddidisti, & ad meliorem conjunctionem totam eam sanctificasti, qui in te solum verum Deum credentibus gratiam tuam profuse largiris, superbientemque & antiquum supplantatorem in carnis infirmitate pudore suffundis: ipse benefice Domine, me quoque pravis affectibus subditum & peccati amicum, turpis somnii imagine delusum & coinquinatum ab omni corporis & spiritus foeditate expurga: & ut honestatis inimici intolerandique dæmonis invidia, sive negligentia, sive rerum noxiarum intemperantia, sive pravo habitu, sive dispositionis alibujus molestia, somnii delutione inquinatus sum, ne retrahi in peccatum sinas, sed me deinceps omnipotenti tuæ gratia adversus ejus furorem immanitatemque conforta, & variis ejus machinamentis me superiorem, continentiæ lucernæ inextinctæ semper servata, custodi: ut abominanda quavis titillatæ carnis voluptate, omnique tremenda nocturnarum imaginum caligine auxilio tuo vindicatus, lucidaque desideratorum & super me & tuum boarum judiciorum rerum nostu dieque contemplatione delectatus; in pura conscientia vivificorum & immortalium mysteriorum eorum particeps effici merear. Intercessionibus ejus quæ sine corruptione te genuit illibatæ dominæ nostræ Deiparæ, & semper virginis Mariæ, & omnium Sanctorum. Amen.

Altera Magni Basilii Oratio.

Valde misericors, pare, impollute, illibate, a peccato alienæ Domine, inotilem me servum tuum ab omni carnis & spiritus pollutione, & ab immunditie, quæ mihi ex subreptione & negligentia irrepsit, & ab omnibus aliis meis iniquitatibus me expurga, & per Christi tui gratiam ab omni peccati sorde me purum esse concede: Sancti Spiritus tui adventu me sanctifica, ut ex obfirmitatis meæ caligine, & diabolicis cogitationibus, insuper & ab omni diabolica pollutione resipiscens; conscientia pura, os meum sordidum & impurum, ad sanctissimum nomen tuum Patris, & Filii, & sancti Spiritus laudandum merear aperire, atque ita inculpate & indemnate illibatorum, immortalium, sanctissimorum, & vivificorum mysteriorum eorum unigenitæ filii tui Domini & Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi particeps fiam: cum quo benedictus es cum sanctissimo, & bono, & vivifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Altera ejusdem Oratio, quam quotidie ab ipso dicunt Beati Patres nostri Martianus.

Rursum pravæ peccati consuetudini, obsequutus, mente sum supplantatus rursum tenebrarum princeps, suaviique voluptatis auctor captivum me, servumque voluntati suæ subditum, carnis libidini servire coegit. Et quid faciam Domine, Domine Redemptor, & confidentium in se defensor. Ad te denuo revertar, suspirabo, & de delictis meis rursum veniam expostulabo. Quamvis metuam & vereor, ne forte quotidie confessus, & a malis abstinentiam pollicitus, denuoque in peccata lapsus, nec vota mea Deo meo reddens, patientiam tuam in indignationem provocem. Et quis furorem tuum sustinebit Domine Misericordiarum itaque tuarum multitudine, & humanitatis tuæ abyssu cognita, in misericordias tuas me ipsum immergo: & exclamo: Peccavi Deus, inei lapsi miserere, in voluptatis cœno demerso mihi, manum auxiliatricem porrige: nec me creaturam tuam iniquitatibus & sceleribus meis corrumpi permittas: verum solita tibi manifestandæ virtus, a cœno sordibus-

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Ὁλοτέλεια, ἀσπιλε, ἀμόλυντε, ἀχραντε, μόνε ἀναμάρτητε Κύριε, κάθαρσόν με τῶν ἀχρείων ἔργων, καὶ ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, καὶ τῆς νυκτερινῆς ἀκαθαρσίας μου καὶ ῥυπαρίας μετὰ τῆς ἐμῆς ἀλλοτρίας ἀναισθησίας, καὶ ἀνάπλεώσόν με ἁγιασμοῦ τῆς σῆς χάριτος τῷ Χριστῷ σου, καὶ ἁγίασόν με τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος· ἵνα ἀσυνείδητος ἐν τῇ ἐμῇ ψυχῇ καὶ ἀκαθαρσίᾳ μου καὶ φαντασίᾳ δαιμονικῇ ἀπόδημος γένωμαι τῆς θείας σου βασιλείας· ἀλλὰ ἀξίωσόν με καὶ ἐν τῇ ἐμῇ ταπεινώσει καὶ ἀθλιότητι εὑρεθῆναι ἐν τῷ μέρει τῶν ἁγίων σου, ἐν τῷ φωτὶ τῆς ζωῆς, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ἐν τῇ ἀπολαύσει τῶν ἀγαθῶν σου τῶν ἑτοιμασθέντων τοῖς ἀγαπῶσί σε, καὶ ποιούντων τὸ θέλημά σου ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ αὐτῶν· ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς καὶ ἡ ἀνάπαυσις καὶ ἡ ἀνάπαυσις τῶν ἁγίων σου,

que carnis meæ, & a cogitationibus turpi affectui sociatis, animam meam miseram quotidie inquinantibus, me libera. Ecce enim Domine Deus meus, nulla est pars in ea pura: sed tota lepra infecta est, unaque plaga sola totum corpus occupat. Ipse itaque animarum medice, & misericordiæ fons, lachrymis mihi profuse concessis, earum profluvio ablue illam; effunde clementiam tuam, & ejus contritiones sana. Medelam purificationemque mihi largire. Ne avertas faciem tuam a me, ne me desperationis ignis devoret: sed sicut tu a mendacio alienus Deus dixisti, quia gaudium erit in peccatoris pœnitentia, illud in me peccatore fiat, & ne clementiæ tuæ aures claudas in meæ pœnitentiæ oratione: quia potius illas mihi aperi, & sicut incensum ceram te mea deprecatio dirigatur. Infirmitatem enim naturæ & juventutis lubricum tu conditor nosti, & præteritis peccatis, pœnitentiam in veritate confessorum suscipis: quia te solus es absque peccato, qui tollis peccatum mundi, & tibi gloriam referimus Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et corpore quinquies incurvato adorat, in sequenti inclinatione dicens: Deus propitius esto mihi peccatori, & miserere mei propter nomen sanctum tuum. *Ant.* Peccavi tibi, Domine miserere mei procigi. *Tum dicit.* Omni tempore. Prae Cherubim venerandam. In nomine Domini benedic Pater. *Subjungit Orationem.* Dominator Domine Pater omnipotens. Deinde. Tes Sanctos. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Domine miserere. *Duodecim vicibus.* Præ Cherubim venerandam. Incipiunte. Et fit dimissio.

Et si quidem ex diabolica importunitate præsentit imaginatio, hoc eodem ritu observato, Sacerdos celebrandi, inquit autem Eucharistiam sumendi licentiam accipit: si vero ex crapulæ excessu, ne tangas: juxta quartum Dionysii Canonem, & juxta magnum Athanasium in ea quæ est ad Ammun epistola, & secundum Basilium magnum in Asceticis. Require illa: sicut & legis elementum K, capite vigesimo octavo.

φθαρῶσι ταῖς ἀτοπίαις καὶ ταῖς ἁμαρτίαις μου. Ἀλλὰ τῇ συμπαθείᾳ σου χρησάμενος, ῥῦσαί με ἀπὸ μιασμοῦ, καὶ τὸ ῥύπωσον τῆς σαρκός μου, καὶ τῇ ἐμπαθῶν λογισμῶν μου, τῇ καθ' ἑκάστην καταρυπουμένῃ ἐμοὶ ἀθλίῳ ψυχῇ. Ἰδοὺ γὰρ Κύριε ὁ Θεός μου, οὐκ ἔστι τόπος ἐν παντὶ καθαρός· ἀλλ' ὅλη πελέφωται ἡ ὁλοσώματος ἕξις πληγαί. Δυπῶν οὖν ἀτάκτων τῇ ψυχῇ, καὶ τῷ ἕλκει παντὶ, καθάρσιον παντὸς τοῦ ῥύπου μου καθάρσει. Ταῦτα προχείρως, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἐπίκτητα τῆς φιλανθρωπίας σου, καὶ ἴασαι τὰ σαπτέλματα αὐτῆς, καὶ δὸς μοι τὴν ἴασιν, καὶ κάθαρσιν, καὶ μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σε ἀπ' ἐμοῦ, καὶ καταφάγεταί με, τὸ τῆς ἀπογνώσεως πῦρ. Ἀλλ' ὥσπερ ἔσπασ ὁ ἀψευδὴς Θεὸς, ἐπὶ μεγάλῃ χαρᾷ γίνεται ἐπὶ ἁμαρτωλῷ μετανοίᾳ. οὕτω παραχθεὶς καὶ ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ μὴ κλείσῃς τὰ ὦτα τῆς ἐλεημοσύνης σε εἰς ἐμὲ ἀφορμὴν τῆς μεγαυχίας μου. Ἀλλ' ἀνοίξον μοι πύλας, καὶ ὡς θυμίαμα κατευθυνθήτω ἐνώπιόν σου. οἶδας γὰρ τὸ ἀδύνατον τῆς φύσεως ὁ πλάσας καὶ τὸν ὀλισθὸν ὁ κτίσας, καὶ παροξὺς ἁμαρτίας, καὶ τὴν μετάνοιαν ἐπδέχῃ σε ἐν ἀληθείᾳ ἐξομολογούμενον σοι. ὅτι σὺ εἶ μόνος ἀναμάρτητος, ὁ ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν τὸ κόσμου, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν· τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ ποτὲ μετανοίας. Ὁρίλει δὲ λέγειν κατὰ μετάνοιαν τὸ, Ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ ἐλέησόν με διὰ τὸ ὄνομά σε τὸ ἅγιον. ἢ τὸ, Ἥμαρτόν σοι Κύριε συγχώρησόν μοι τῷ ἀσώτῳ. εἶτα λέγει τὸ, Ὁ ἐν παντὶ καιρῷ. Τὸν τρισάγιον. Ἐν ὀνόματι Κυρίε εὐλόγησον πάτερ. Καὶ ἡ εὐχή. Ὁ Δέσποτα Θεὸ πάτερ παντοκράτωρ. εἶτα. Τρισάγιον. τὸ, Παναγία Τριὰς. τὸ, Πάτερ ἡμῶν. τὸ, Κύριε ἐλέησον ιβ'. Τὴν τετράτερον. Τριπτρμάχιον. Καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

Καὶ εἰ μὲν ἦν ἡ φαντασία ἐκ δαιμονικῆς ἐπηρείας, ποιεῖ ὁ Ἱερεὺς τὴν ἀπολὴν ἡσυχάζειν, ἢ ἱερουργεῖ· ὁ δὲ λαϊκὸς μεταλαμβάνει. Εἰδὲ ἐκ παλυσπουδίας γίνεται, μὴ ἅπτου. κατὰ τὸν δ'. ὁ κανὼν τῆς Διονυσίου, καὶ ζ κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐν τῇ πρὸς Ἀμμοῦν ἐπιστολῇ, ἐν ᾗ κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον ἐν ταῖς ἀσκητικαῖς. ζήτει ταῦτα θ' εἰς τὸν νόμον, εἰς τὸ κ'. στοιχεῖον ἐν μεγαλαίρωτι.

VARIÆ LECTIONES.

a Μετὰ τὴν ὑστεραιάν.) Alia edita legunt solummodo, ἐκέρχεται εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

b Μαρτινιανῷ.) Edita eadem Μαρτινιανοῦ correctius legunt.

IN OFFICIUM IN SACERDOTEM ADJUNCTA turpi somnii cogitatione pollutionem passum. Notæ.

1 Ἄλλο Κανόνιον εἰς ἱερέα.) Aliud Officium præsenti non abhimile reperire est superius illustratum. Quemadmodum vero Sacerdotem puritas, ad cœlestia extollit, sic & a corporeis sordibus longe amovet; quibus si fortuito eum inquinari contingat, prolixioribus & idoneis precibus confestim illum expurgari vult Ecclesia: In quibus si σπερματορροίαν & ἀκουσίαν νύκτα se vocat, nil mirum: nam hæc peccati vox criminis quidpiam arguit in eo, qui pro nobis factus est peccatum. Cum igitur carnis peccati proles sit carnis pollutio, & ad voluptatem peccati

provocet; precibus ideirco cordisque compuncti affluione, emundanda & penitus abstergenda censeri.

2 Ἀνὰ ἑξῆς.) Hinc Orationem ita recitant Græci. *Ἀνὰ νῦν συγχώρησον ὁ Θεὸς, τοῖς πεπτώκασι ἡμῶν τὰ ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια, τὰ ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, τὰ ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ, τὰ ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ, τὰ κατὰ νοῦν καὶ διάνοιαν, τὰ πάντα μοι συγχώρησον· ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.*

3 Μάχρι μαντικῆς.) Si divinare liceat, Marcus Junior Orationis hujus auctor poterit asseri: fuit enim castus super omnes, & sincerissimus puritatis amator, ait Palladius in Lausiacis.

4 Μαρτινιανοῦ.) Μαρτινιανοῦ, potius legendum censeo, cujus 12. Februarii festum agunt Græci, cujus etiam ita commendata fuit castitas, ut facius in primis jacere, quam cum fœmina concubitu nefando pollui elegerit.

5 Δέσποτα Θεὸ.) Hujusmodi est hæc Oratio. *Δέσποτα Θεὸ, πάτερ, παντοκράτωρ, Κύριε υἱὲ, μονογενὲς Θεὸς Χριστὲ, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· μία θεότης, μία δύναμις, ἡ λυτρώσασα τὸν ἄνθρωπον, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν κλήσασα αὐτὸν μὲ τὸν ἀπόστολον, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν με τὸν ἀνάξιον δούλον σου. Σὺ ἐπιγνοὺς τὰ ἐν τοῖς αἰῶσι τῶν αἰώνων.* Reliquæ Orationes proprio sibi consulto indice reperientur.

6 Κανὼν τὸ Διονυσίου.) Est hujusmodi: *οἱ ἐν ἁμαρτίᾳ γενόμενοι μίαν μετάνοιαν ποιησάτωσαν· καὶ ἐκεῖθεν ἕτερα διαγενέσθωσαν, περὶ τούτου, ἕως μὲ, σκοπήσωμεν. Qui non spontaneo motu, sed quam fortuito, aut casu, ejiciuntur, illi quoque propriam conscientiam sequuntur, & seipsos, an de eo differant, an non, examinent.*

7 Κεφ. ζ' μέχρι Ἀθανασίου.) Tota ad Ammun Athanasii epistola difficultatem de pollutione, via naturæ se te exonerantis nata, dissolvit; sensum Græcorum de illa aperit: & orationem pro illa expiandæ faciendam commonget. Consulatur Balsamon in ejusdem epistolæ scholiis.

8 Τὸν μέγαν Βασίλειον.) Ejus hæc est sententia: *τὸ ἐν ὀνείρατι ὑπὸ ὕπνου ἐγερθέντα τοῦ ἀγίου, καὶ ἐν ᾧ τινὰ ἐκοινώνει βλέπειν διδάσκοντα τὸ σῶμα· τὸ δὲ τινὰ τὸ ἱερὸ αἷμα, εὐλαβείσθων ὅλως τοῦτον πιεῖν ἀνάξιον ὄντα· ὁ δὲ λαϊκὸν ἁπλῶς ὁ ἐσθίων τὸ ἅγιον σῶμα ἐσθίει καὶ πίνει. Impurum quemquam ad sacra accedere non posse, frequente veteris testamenti doctrina judicia. Cum vero hic major adsit sanctitas, severius utique cohibet nos Apostolus dicens, Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit.* Trium præfatorum Patrum sententiam uno complexus est Balsamon responso, ad Marci Alexandriæ Episcopi quæstionem: & quidem memoratis illis Patribus de Laico in somnis polluto sententiam ferit: quod si ejus culpa carnis corruptioni causam dederit, a Sacramentis percipiendis abstineat: si dæmonis invidia, audacius illa requirat: subdit vero, *παρὰ ἑκατέρων, δικαίων, καὶ ἐμοῦ ἁμαρτωλοῦ κατὰ συγκατάβασιν καὶ μόνον εἰρῆσθαι, τὸν αὐτὸν πάντα κρατεῖν ἀναμφιβόλως· ἀνεξιχνίαστα δὲ μᾶλλον αὐτοῦ τὰ τῆς ἱερατικῆς ἐπόψεως κατὰ μόνον τὸν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως ἀφιέμενα, διὰ τὸ τῆς ἡμέρας ταύτης ἐπίσημον· εἰδὲ καὶ ἄνευ τούτου ἐν ἁγίοις ἀναπαύεσθαι ἐκεῖνοι ἢ ὑπέλαβον, διὰ τὸ τῆς ἡμέρας παραφυλάττειν, ἢ διὰ τὸ ἀναίμακτον χρησιμεύειν, τῷ ὄντι γὰρ σωτηρίαν μὲν ἡ ἐκεῖ τῶν ἀνομιῶν ἄφεσις, ἀλλοδαπὴ δὲ τῆς ἱερουργίας ἡ ἐκείνων ἀπόλαυσις. In Episcopis, Sacerdotibus, Diaconis, pollutionem posse, per infantium solum ludibrium, eandem formam obtinere non nescimus. Abhorrent enim sanctificandi eis potius prohibendum censemus. Solo libidinoso somnii die, propter Sacerdotii reverentiam, nisi forte periculum sit in mora, vel propter diei solemnitatem, vel propter necessitatis celebritatem. Modo enim discrepare sententiis laqueus: & exulcetur die sanctificande potestas.*

9 Ἐκ τῶν νόμων.) Lex hic citata, Matthæi Blastaris Nomocanon est, qui στοιχεῖον κ. titulo κανονὶς. plurium Patrum sententias in unam hanc congerit. *Ἀκαθαρσίαν ὀνόματος οἱ τὸν σαπτικὸν ὄντα, ὃ γὰρ ἐν τοῖς αἵμασι διατελεῖ ἐκρέον, ἢ μὴ πω βεβὼς ἀπὸν ἀπ' ἐκεῖ τῶν γενιτῶν ἐπίσημον περὶ ὃ ὁ Κύριος ἔφη· ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ, καὶ τὰ ἑξῆς· ἢ ἐγκράτειαν, ἵνα κατὰ ἄγνοιαν ἁμαρτίᾳ διὰ συγκατάθεσιν τοιαύτην, καὶ ἐν ἀνδ' ὕπνου φαντασίᾳ, καὶ ἡ χάρις τοῦ ἁγίσματος. Impuritatem vocabuli non corporis effusum, a quo liberari non nisi decrepitæ ætatis senex potest: sed malignam concupiscentiam, de qua Dominus dixit. Qui viderit mulierem, &c. Qua præterea, cogitationis peccatum consensu consummatur: sanque interpretationis sequitur, & seminis effluxus.*

ΕΥΧΗ ORATIO

ΕΠΙ ΕΧΘΡΑΣ ΕΙΡΗΝΕΤΟΣΗΣ. DICENDA COMPOSITO INIMICITIARUM DISSIDIO.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, Δέσποτα φιλάνθρωπε τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων, καὶ δοτῆρι τῶν ἀγαθῶν, τῷ ἀναδείξαντι τὴν ἔχθραν τὸ μεσότοιχον, καὶ εἰρηνεύσαντι βλαβεσάντι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, τῷ δωρησαμένῳ μὲν σοι τοῖς σοῖς φόβον σε, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην βεβαίωσον, κατάσβεσον πᾶσαν ἔριν, περίελε πάντα τὸν τῆς

Gratias agimus tibi, Domine, clementi, sæculorum regi, & bonorum largitori, qui inimicitiæ pariete medio disjecto, pacem hominum generi contulisti, & nunc quoque eamdem inter servos tuos compositi: timorem erga te, & ad invicem firmam dilectionem illis infer, contentionem omnem extingue, & omnes dissensio-

nis occasiones abstinde. Quia tui est pax nostra, & tibi gloriam referimus Patri, & Filio, & sancto Spiritui: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

διχοστασίας σκάνδαλα. ὅτι σὺ εἶ ἡ εἰρήνη ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

a Ἐυχὴ εἰς ἀγάπην καὶ ὁμόνοιαν ἐξ ἐχθρῶν.) Cryptoferratensis Bessarionis MS. legit, ἐυχὴ εἰς τὸ ἐν ἐχθροῖς εἰρηνεύειν: & tam ipsum, quam Allatianum, præfert præsentem, Orationem aliam subiungunt;

Oratio in pacem & concordiam post aliquam simultatem.

Εὐχὴ εἰς ἀγάπην καὶ ὁμόνοιαν ἐξ ἐχθρῶν πινῶν.

DOmine Deus noster, dilectionis sator, pacis mediator, & concordiæ dator: pacem tuam, legis tuæ complementum nobis largire. Da ut nos invicem in dilectione suscipiamus, sicut & unigenitus Filius tuus nos suscepit. Da nobis alterum alterius onera portare, & cum studio invicem servire, & cum omni alacritate legem Christi tui adimplere, & ab innumeris malis, ab omnibus insidiis, & maligni machinamento nos libera. Quia tu es Deus pacis & concordiæ: & tibi gloriam, &c.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τῆς ἀγάπης φυτουργὸς, καὶ ἡ εἰρήνης βραβευτὴς, καὶ τῆς ὁμοιότητος δοτὴρ, χάρισαι ἡμῖν τὴν ἀγάπησιν, τὸ πλήρωμα τοῦ νόμου σου. δὸς ἡμῖν τὸ ἀναλαμβάνεσθαι ἀλλήλους ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ μονογενής σου Υἱὸς ἀνελάβετο ἡμᾶς. δὸς ἡμῖν ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζειν, καὶ μὴ ἐθέλειν ἀλλήλους, καὶ ἀναπληροῦν τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ σου μετὰ πάσης προθυμίας, λυτρώσεως μυρίων κακῶν, ἀπὸ πάσης ἐπιβουλῆς καὶ ἐνεργείας τοῦ πονηροῦ. ὅτι σὺ εἶ ἡ εἰρήνη καὶ ὁμοιότης καὶ οἰκτιρμῶν ὑπάρχεις· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.

IN ORATIONEM PRO INIMICITIA PACATA. Notæ.

a Ἐυχὴ εἰς ἐχθρὰς ἀλλαγείσας.) Fœdera diis testibus, porca cæsa, precibusque solemnibus additis quondam ibi a Templi pacis stipendas reliquias etiam hodie Roma imitatur. Pacis etiam initæ testem Deum verum advocant Christiani, quem auctorem agnoscunt, ejus datorem optant, & confirmatorem esse precantur.

b Καθιστὰς τοὺς ἐχθροὺς εἰς μετάνοιαν.) Pax nostra Christus, inimicitias in seipso, destructo medio maceriæ pariete interficiens, precibus quas Cyprianus, aut quilibet alius in Orationem dominicam vocat *Pacificas*, pacem inter homines conciliat & confirmat. Sub nomine Jesu Christi inediam patientem dissolventis Paschalis secundes Pontifex, Henrico quarto Imperatori Romæ communionem obtulit. Conciliatis etiam in unam fidem Latinorum Græcorumque sensibus, parum duraturo licet gaudio, gratulabundus, Concilium Florentinum concluſit Eugenius quartus. *Lætentur cœli & exultet terra: sublatus est enim de medio paries, qui Occidentalem, Orientalemque dividebat Ecclesiam, & pax atque concordia redit, &c.*

Illis autem qui in fraternam unitatem sunt jungendi, præparato & locato in mensa divino Evangelio, manibus impositis, cereos accensos iidem tenent. Sacerdos autem, ut præfatum est, dicit. Salva Domine, servos tuos: *& occurrentis diei Modulum.*

Gloria. Apostoli sancti.

Et nunc. Intervenia Domine.

Et rursus collectam majorem.

In pace Dominum precemur.

Pro superna pace.

Pro pace.

Pro sancta hac domo.

Pro Archiepiscopo.

Pro servis Dei ad benedictionem suscipiendam accedentibus, & eorum in Christo dilectione: Dominum precemur.

Ut illis Apostolicæ concordiæ agnitio concedatur: Dominum precemur.

Ut fides inconfusa, & dilectio sine fictione præbeatur: Dominum precemur.

Ut in pretiosa cruce gloriari digni habeantur: Dominum precemur.

Ut ipsi, & nos, ab omni afflictione, flagello & angustia liberemur.

Suscipe, salva, miserere.

Sanctissimæ, immaculatæ.

Exclamatio. Quia tibi convenit omnis gloria.

Dominum precemur.

DOmine Deus noster, qui omnibus in salutem nobis concessis, etiam invicem diligere, & offensas mutuo condonare præcepisti: ipse nunc humane Domine, servis tuis spirituali dilectione invicem junctis, ad sanctum templum tuum benedictioni suscipiendæ accedentibus, fidem inconfusam, & sine fictione dilectionem largire: & sicut sanctis tuis Discipulis pacem dedisti, ita & eis cunctis ad salutem postulata, & vitam æternam confer. Quia misericors & benignus Deus existis, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & sancto Spiritui.

Dominum precemur.

DOmine Deus omnipotens, cæli terræ & maris conditor, qui ad imaginem & similitudinem tuam hominem fecisti, qui sanctos Martyres tuos Sergium & Bacchum non natura, sed fide, & sancti Spiritus nexu, fratres ad invicem jungi voluisti: ipse Domine sancto tuo Spiritu super servos tuos ad templum hoc sanctum benedictionis suscipiendæ gratia accedentes mitte, fidem inconfusam & absque fictione dilectionem, absque dissidio & offensa semper invicem conversari illis largire. Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria Patris, & Sancti Spiritus: nunc & semper, & in sæcula.

Præparata vero in Ecclesiæ media mensa, sanctum illi Evangelium imponitur, Evangeliumque & se invicem osculantur: tum vero Sacerdos canit. Charitatis vinculum

OFFICIUM AD SPIRITUALEM FRATERNITATEM ineundam.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΕΙΣ ΑΔΕΛΦΟΠΟΙΗΣΙΝ πνεματικὴν.

SCiendum *Officium præsens Ecclesiasticis Cæsareisque legibus esse vetitum: illud tamen ut in plerisque aliis codicibus inventum est, a nobis præsto mandatur.*

Benedicit itaque Sacerdos, & incipit. Ter Sanctus. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Quia tuum est. *Quibus completis dicit Modulum.* Salva, Domine, servos tuos, & benedic hæreditati tuæ.

b Ἐπεὶ σὺ εἶ πάντων τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὰ ἐκλεκτὰ τῆς καὶ βασιλικῆς μεγαλειότητος ἐπιτηδεύεται, ἀλλ' ἡμᾶς ἐπιστράφηθι, καθὼς καὶ ἐν ἅλωσι παλαιᾷ βίβλοις ἐμνημόνευσε.

c Εὐλογεῖ ὁ Ἱερεύς, καὶ ἀρχεται τὸ, Τεταγμένον. Παναγία Τριὰς. Πάτερ ἡμῶν. Ὅτι σὸν ἐστι. καὶ μετὰ τοῦτο λέγει ὁ Ἱερεὺς ἐκφώνως. Σῶσον Κύριε τοὺς δούλους, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, οἱ ὃ

b 2

c

culo jubeti ad invicem Apostoli, omnium Domino Christo seipsos consecrantes, speciosos pedes pacem annunciantes protendebant.

Sacerdos. Miserere nostri Deus. *Et reliqua.*

